CHRONICON

DOMINI

WALTERI DE HEMINGBURGH.

JOHN RICHARDSON, Esq. F.S.A.

Member's Copy.

CHRONICON
DOMINI
WALTERI DE HEMINGBURGH,

VULGO HEMINGFORD NUNCUPATI,

ORDINIS SANCTI AUGUSTINI CANONICI REGULARIS,

IN CŒNOBIO BEATÆ MARIÆ DE GISBURN,

DE GESTIS REGUM ANGLIÆ.

AD FIDEM CODICUM MANUSCRIPTORUM RECENSUIT

HANS CLAUDE HAMILTON.

VOLUMEN II.



LONDINI:
SUMPTIBUS SOCIETATIS.
M.DCCC.XLIX.

LONDON:
Printed by S. & J. Bentley and Henry Fley,
Bangor House, Shoe Lane.

PREFACE.

In the Preface to the former volume of this Chronicle some observations were offered on its historical value, and the life of its author; but, an opinion that the portion subsequent to the year 1297 was written by a continuator at a later period was not adverted to.[1] The abrupt termination of three of the MSS. at that year, and the intention expressed in the prologue of bringing the History down to the year 1300, appear to have been the principal causes which led to this supposition; but there is reason for believing that the whole of the reign of Edward I., if not of Edward II. and III., came from the pen of Hemingburgh. The MSS. which conclude at the year 1297 are, the MS. at the College of Arms,[2] MS. Cotton. Tiberius B. iv., and the MS. R. 7, 9, in Trinity College, Cambridge. These MSS. are well written on

[1] Mr. Hardy, in his valuable Introduction to the Monumenta Historica Britannica seems inclined to the idea, that "perhaps the only part of the History that was composed by Hemingford is that which terminates in the year 1297."

[2] By the kindness of Sir Charles Young I am enabled to correct an inaccuracy at p. 13 of the Preface to Vol. I. MS. Coll. Arm. was presented to the college by Henry Duke of Norfolk, having been formerly part of the collection of Thomas Earl of Arundel. The William Howarde whose autograph occurs was Lord William Howard of Naworth.

vellum; but, with the exception of the last, are not of a very early date. On the other hand, MS. Lansdown, which is of higher antiquity, apparently contemporary, concludes with the death of Edward I., and attributes the whole to Hemingburgh. MSS. C. C. C. Cant. 250, and Stowe, II. xlviii., the latter written in 1533, have the Chronicle complete to the accession of Edward III., and MS. Coll. Trin. R. 5, 10, the whole History, from the Conquest to the Battle of Cressy. Internal evidence goes far to strengthen the above view. Under the year 1297, before the conclusion of any of the Manuscripts, the following expression occurs, "by the mediation of the venerable father, the Archbishop of Canterbury, Robert de Wynchelse, whose memory is blessed,"[1] which shows that Hemingburgh was living after the death of Robert Winchelsey, 11th May, 1313, and that the reign of Edward I. was compiled at some period subsequent to the accession of Edward II. And in 1299 we have a direct reference to Gisburn in the following passage:—"The same year, on the 17th of February, died Lord John de Bulmer, a gallant knight, and most estimable neighbour, and was buried at Gisburn, before the altar of St. John the Baptist."[2]

---

[1] "Mediante venerabili patre Cantuariensi archiepiscopo magistro scilicet Roberto de Wynchelse, cujus memoria in benedictione est," vol. ii. p. 148. Compare also this extract from the year 1305. "Interim vero obiit ille Henricus de Luceby, quem loco prioris episcopus præfecerat, ut prædictum est: et in anno sequenti scilicet MCCCVII. obiit ipse prior Ricardus in ipsa curia, et ad rogatum *novi regis* Angliæ et episcopi Dunolmensis dedit dominus papa," etc., vol. ii. p. 244.

[2] "Eodem anno obiit dominus Johannes de Bulmer, miles strenuus, vicinus peroptimus, XIII. kalendas Martii, et sepultus est apud Gisburne coram altare Sancti Johannis Baptistæ." In place of "apud Gisburne," MS. Coll. Trin. reads "apud nos," vol. ii. p. 184.

The reigns of Edward II. and Edward III. cannot with an equal degree of certainty be attributed to the same author, yet all MSS. ascribe them to him. MS. C.C.C.C. 250, originally had the following title, "Cronica Walteri de Gyseburn," "Hemingford canonici" has been overlined in a different hand. MS. C.C.C.C. 100, is intitled "G. de Gysburne. De rege Edwardo Secundo." MS. Coll. Trin. R. 5, 10, after the close of Edw. I. has "De Rege Edwardo Secundo;" and at page 317, "Galterus Gisburnensis de gestis regis Edwardi tertii et cæteris Eventibus," and the ancient MS. at Magdalen Coll., Oxford, is attributed to "Gualterus Gisburne." This portion of the work is very valuable as the notes of a contemporary historian, and for the number of original documents it contains.

After the year 1297 (p. 164) the text of the present edition has been founded on MSS. Lansd. and Coll. Trin. Cant. R. 5, 10.

The reign of Edward II. has been prepared from MS. C.C.C.C. 250, an excellent transcript of the commencement of the sixteenth century, with collations from MSS. C. C. C. Cant. 100 and Coll. Trin. R. 5, 10.

The text of Edward III. is based on the MS. in Magd. College, Oxon., MSS. Coll. Trin. Cant. R. 5, 10, and Nero D. ii. Mus. Brit. Reference has also been made to Harleian 655, a valuable manuscript of considerable antiquity, which contains the Polychronicon of Ralph of Chester, and a history of Edward III., compiled from Hemingburgh and Walsingham.

I am greatly indebted to the Rev. James Pulling, B.D., for the obliging courtesy with which he favoured me with permission to collate

the valuable MSS. of Archbishop Parker, which form the text of Edward II. Also to the Rev. William Whewell, D.D., for his kindness in permitting me to consult the MSS. in Trinity College Library; and to G. Brimley, Esq., M.A., for the interest he took to afford me a ready access to them. Nor may I omit to return due thanks to Sir Francis Palgrave, to whom I have had to apply frequently for access to the originals and enrolments of many public documents in this volume.

CHRONICON

WALTERI DE HEMINGBURGH,

CANONICI DE GISBURN.

De Coronatione Edwardi Regis et ejus Primordiis.

Edward I. A. D. 1274.

King Edward arrives in England, Thursday, Aug. 2;

is crowned at Westminster, Sunday, Aug. 19.

ANNO Domini M.CCLXXIV. quarto nonas Augusti applicuit in Angliam Edwardus, filius regis Henrici, et XIV. kalendas Septembris, die scilicet beati Magni martyris, magnificatus est, et in regem Angliæ coronatus, secundo anno regni sui post obitum patris; ipsumque inunxit in regem et Alienoram conjugem suam in reginam frater Robertus de Kiluerby archiepiscopus Cantuariensis apud Westmonasterium Londoniis, congaudentibus turbis et conclamantibus, "Vivat rex!" Erat enim aspectu pulcher, magnæ staturæ et elegantis formæ, ab humeris enim et supra in populo communi eminebat, et juvenilis ætatis, nondum enim compleverat annum ætatis suæ XXXVI. Hic in primordiis novitatis suæ leges justas condere et insufficientes adimplere cupiens, utpote justus, magni consilii, et discreti animi, convocatis magnatibus suis, anno regni sui tertio, de communi consilio, statuta condidit Londoniis quæ dicuntur Statuta Westmonasterii prima, et continent capitula XLVII.

Description of his person.

A. D. 1275. The first Statutes of Westminster.

Edward I.
A. D. 1274.

De Concilio Lugdunensi per Papam Gregorium 'decimum.'[1]

General council at Lyons.

Eodem anno, scilicet M.CCLXXIV. mense Maio, celebratum est concilium[2] generale Lugduni, præsidente papa Gregorio X., in quo specialiter exposuit papa negotium Terræ Sanctæ, ubi quidem Salvator omnium operatus est in medio illius terræ salutem, ubi sumpsit temporalis nativitatis initium et humanæ conversationis deduxit tempora, ubi probrosæ passionis sustinuit opprobrium, et tandem pro redemptione nostra mortem quidem subiit temporalem, ut sic, sui pretiosi effusione cruoris, vetus piaculum expiaret: adjecitque, "Numquid igitur non contingent redemptorum corda immensa et innumerabilia beneficia Redemptoris, numquid non accendent cujusque præcordia claves et stigmata nostri Salvatoris, ut ipsi pro tot quæ nobis tribuit hoc saltem necessitatis tempore aliquid rependamus, dum crucis hostes crucifixum habentes ostentui, cultores ipsius Christiani nominis, ut Christi cultum de terra deleant, incessanter exterminant et conculcant, ipsos debilitantes viribus, extenuantes 'opibus,'[3] et diversis et variis confusionibus saturantes? Ad vindicandas itaque Redemptoris injurias ac redimenda ignominiosæ conculcationis opprobria, nos ipsos et nostra debemus exponere, et ipsum negotium

---

[1] 'tercium,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] This, the fourteenth general council, was held from Monday, May 7, to Tuesday, July 17. In it twenty constitutions were published concerning the election of bishops and the ordination of clerks: the Greek and Latin churches were re-united, many other canons made, and discussion held on the affairs of the Holy Land, and the reformation of manners.

[3] 'operibus,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1274.

General council at Lyons.

viribus totis promovere; et licet omnia poterimus de plenitudine potestatis, volumus tamen 'nobis'[1] imponere frenum rationis, ut quod fuerit concedendum de communi consilio concedatur." Datusque est ei dies ad respondendum in scriptis, ut vel concederent vel certas rationes 'prætenderent'[2] quare non esset hoc faciendum. Adveniente die, multi consenserunt, contradicere non audentes, inter quos Cantuariensis archiepiscopus, frater Robertus de Kiluerby, de ordine Prædicatorum, qui per papam in hunc locum positus fuerat, sic respondit: "Pater sancte, opus et creatio manuum vestrarum ego sum, ecclesia mea ecclesia vestra et bona mea bona vestra sunt; disponite ergo de ecclesia mea et de bonis meis sicut et de bonis propriis." Inter cæteros vero qui contradicere proposuerant, erat ille magnus philosophus magister Ricardus de Mapham decanus Lincolniensis; hic papæ 'tradidit'[3] schedulam excusatoriam oppressiones Anglicanæ ecclesiæ continentem, tum propter guerram longinquam, quæ inter regem et subditos diu agitata duraverat, tum propter solutionem decimæ, per papam regi concessæ per 'sex'[4] annos, dicendo in tantum oppressam quod vix adjicere posset ut resurgeret. Cui tandem dixit papa: "Domine decane, dictastine schedulam hanc?" Et ille: "Pater sancte, ego dictavi et scripsi." Et papa: "Numquid consentis tu, vel contradicis?" Et ille: "Domine, non contradico." Et papa: "Aliud est non consentire, et aliud non contradicere; num ergo consentis?" Et iterato respondit: "Domine, non contradico." Cumque ex ore ipsius aliud habere non posset, privavit eum omni bene-

[1] 'vobis,' MS. Cott. Tib.
[2] 'prætenderunt,' MSS. Lansd. and Cott. Tib.
[3] 'tradiderat,' MS. Lansd.
[4] 'VII.,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1274. ficio ecclesiastico, et erat privatus tribus diebus et tribus noctibus. Obtinuitque petitionem a clero, et decimam VI. annorum in subsidium Terræ Sanctæ concessit; et restitutus est ipse decanus in gradum pristinum elapso triduo. (The Gregorian constitutions.) Fecitque papa in eodem concilio constitutiones multas, et incertis titulis decretalium eas intitulari præcepit, vocanturque Constitutiones Gregorianæ. (Death of Pope Gregory.) Eodem anno mortuus est idem Papa Gregorius[1] citra montes; (Accession of John.) cui successit Johannes papa; hic infra duos 'annos'[2] obiit sic, cecidit super eum camera sua, et oppressit eum; cui successit Nicolaus III. (Earthquake. A. D. 1275. Wednesday, Sept. 11.) Anno Domini M.CCLXXV. III. idus Septembris, inter primam et tertiam, factus est Londoniis, et per regionem Angliæ, terræmotus generalis, tam in castris quam in villis, ædibus, et campis. Eodem tempore cecidit pluvia sanguinea in diversis Walliæ partibus. Eodem anno incepit communis scabies ovium in Anglia per loca diversa.

Wallenses cum Leulino rebellare cœperunt.

A. D. 1277. Anno Domini M.CCLXXVI. misit Leulinus, princeps Walliæ, nuncios in Franciam, despon-

[1] Pope Gregory died Friday, January 10, 1276, at Arezzo, a town of Tuscany, and was succeeded by Innocent V., (Peter de Tarentaise, Cardinal Bishop of Ostia,) elected Friday, February 21, 1276, and crowned Sunday, the 23rd of the same month. He died Monday, June 22 following, and was succeeded by Adrian V., (Ottobone di Fresco, Cardinal of St. Adrian,) elected Saturday, July 11, 1276, and died Sunday the 16th of August following, before receiving consecration. He was succeeded by Pope John XX. or XXI., (Joano Pedro, a Portuguese, Cardinal Bishop of Frescati,) elected Sunday, September 13, 1276, and crowned Sunday the 20th of the same month. He died on the 16th or 17th of May, 1277, and was succeeded by Nicolas III., (John Gaetan Orsini, Cardinal of St. Nicolas,) elected Thursday, November 25, 1277, and crowned Sunday, 26th of December following.

[2] 'annos sequentes,' MS. Lansd.

savitque sibi in uxorem filiam quondam domini Symonis de Monteforti, cumque duceretur puella per Emericum fratrem suum, qui thesaurarius fuerat Eborum ecclesiæ, capti sunt in mari a quinque portubus et ad regem Edwardum adducti. Quo audito, statim guerram movit in Wallia ipse Leulinus, devastans gladio et igne succendens quæcunque manus ipsius contingere potuerunt: divertitque rex ibidem cum exercitu copioso, et in tantum arctavit eum quod pacem quærere compulsus est; composuitque cum eo magna pecunia,[1] et fœdus pepigit quod semel singulis annis ad parliamentum suum veniret Londoniis;[2] et sic, accepta uxore sua, recessit ab eo rex; quæ quidem uxor in anno sequenti mortua est: ipse vero Leulinus in eodem anno sequenti, in festo Nativitatis Dominicæ, Londonias venit, homagium fecit, et reversus est. Iterato infra tertium annum ad parliamentum vocatus ut veniret, venire contempsit et guerram movit: quod audiens rex divertit ibidem et iterato eum constrinxit ut componeret; dataque pecunia dimisit eum, et abiit. Anno Domini M.CCLXXVIII. in quindena Sancti Johannis Baptistæ tenuit rex parliamentum suum apud Gloucestriam, fecitque statuta quæ dicuntur Statuta Gloucestriæ,[3] continentia XV. capitula; et in mense Augusti fecit ibidem rex statutum Quo Warranto; et tractatum est de moneta retonsa per Judæos, et capti sunt

Edward I. A.D. 1277.

The Welsh rebel.

A. D. 1278. Friday, July 8.

The Statutes of Gloucester, and Quo Warranto.

[1] Viz. fifty thousand pounds sterling. See the Ratification of the Articles of Peace by King Edward, dated November 10, 1277, who, however, on the following day quitted his claim to the payment of the debt. Rymer, Fœdera, i. 546, 547.

[2] This is not corroborated by any article of the treaty.

[3] This statute was given at Gloucester on the 2nd of August. "Done a Gloucester le demeine procheine apres la feste sein Pere a la goule de Aust." Statutes of the Realm, i. 45–50. The old printed copies of the Statutes read "le quart jour de October."

Edward I. A. D. 1279.

A new coinage issued.

per totam Angliam XIV. kalendas Decembris, et detecta maleficorum fraude plures eorum suspensi erant; factaque est in anno sequenti nova moneta et incisibilis, et quadrantes et oboli rotundi, quod pauperibus perniciosum erat[1] et ecclesiæ. Cito post inquietavit rex quosdam 'ex magnatibus'[2] terræ per justiciarios suos scire volens quo warranto tenerent 'terras?'[3] et si non haberent bonum warrantum seisivit statim terras illorum; vocatusque est inter cæteros comes de Warenna 'coram'[4] justiciarios regis, et interrogatus quo warranto 'teneret,'[5] produxit in medium gladium antiquum et eruginatum, et ait, "Ecce, domini mei, ecce warrantum meum. Antecessores enim mei cum Willelmo bastardo venientes conquesti sunt terras suas gladio, et easdem gladio defendam a quocunque eas occupare volente. Non enim rex per se terram devicit et subjecit, sed progenitores nostri fuerunt cum eo participes et 'coadjutores.'"[6] Adhæseruntque sibi et suæ 'rationi'[7] cæteri magnates, et tumultuantes 'et'[8] impacati recesserunt. Rex autem cum audiret talia, timuit sibi, et ab incepto errore 'conquievit.'[9] Et cito post insurrexerunt Wallenses, et magnatibus suis rex multum indiguit. Cum 'autem'[10] teneret rex quoddam parliamentum, et filii magnatum starent coram eo in vesperis,

---

[1] From this point to the end of the section is supplied from MS. Lansd.; the only copy of Hemingburgh which gives the account of Earl Warren's famous reply to the justices. It is inserted in the Abingdon Chronicle from a more correct source, and with one or two verbal differences, which it has been thought proper to notice.

[2] 'magnates,' Abing. Chron.

[3] 'terras suas,' Abing. Chron.

[4] Supplied from the A. C.

[5] 'tenerat terras suas,' A. C.

[6] Supplied from the A. C.

[7] 'responsioni,' A. C.

[8] Omitted in A. C.

[9] 'contriverunt,' MS. Lansd.

[10] Omitted in MS. Lansd.

dixit eis, "Quid loquimini inter vos quando nos sumus in consilio cum patribus vestris?" Et respondit unus, "Non offendamini si veritatem dicam?" Et rex, "Non certe." "Domine mi rex, nos dicimus sic,— Edward I. A. D. 1279.

Le 'Roy cuvayte'[1] nos deneres
E la Rayne nos 'beau'[2] maners
E le Quo 'voranto'[3]
Sale 'mak wus al'[4] 'to'[5] do."

Obiit Archiepiscopus.

Anno Domini M.CCLXXIX. obiit Walterus Giffard[6] Eborum archiepiscopus X. kalendas Maii. Cui successit Willelmus 'Wychewang.'[7] Hic in anno archiepiscopatus sui secundo suffraganeum suum Robertum de Insula Dunolmensem episcopum et capitulum Dunolmense visitare volens, passus est ibidem repulsam, clauserunt enim portas civitatis contra eum; ipse vero pontificali accepto prædicavit ibidem in platea civitatis, et assumpto themate, "Descendi ut viderem Judæam et Jerusalem," et facto sermone in contradictores sibi sententiam excommunicationis terribilem fulminavit et locum eundem ecclesiastico supposuit interdicto. Ipsi vero parvipendebant omnia; fundaverant enim se super constitutionem Innocentii quarti de censibus et exactione Romana, et appellaverant, dicentes eum admitti non debere nisi proprium capitulum et diœcesim

Death of the Archbishop of York, Saturday, April 22.

The bishopric of Durham laid under interdict.

1 'rey coveit,' A. C.

2 'beaus,' A. C.

3 'waranto,' A. C.

4 'maketh us alle,' A. C.

5 'at,' MS. Lansd.

6 The date of this archbishop's death is assigned by Godwin to the 25th of April.

7 'Wetewang,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib. William Wickwane, Chancellor of York, was elected June 22, 1279, and consecrated at Rome on the 19th of September following.

Edward I. A. D. 1279.

prius visitasset, quod non fecit. Dicit enim constitutio illa sic: "Statuimus ut quilibet archiepiscopus, suam volens visitare provinciam, prius ecclesiæ suæ capitulum et civitatem ac diœcesim visitare procuret." Anno autem revoluto, et mortuo Dunolmensi episcopo, iterato et eodem tempore anni, scilicet circa festum Sancti Johannis Baptistæ, ibidem causa visitationis adveniens, majorem quam prius passus est injuriam, et renovata terribili sententia recessit et abiit: et extunc in Romana curia immensis sumptibus litigabant.

Obiit Papa.

A.D. 1281. Death of Pope Nicolas.

Anno Domini M.CCLXXXI. 'XIII.'[1] kalendas Junii obiit papa Nicolaus III.; cui successit Martinus[2] Thuronensis, VIII. kalendas Martii consecratus.

Translation of St. Hugh, Oct. 6.

Eodem anno II. nonas Octobris translatus est Sanctus Hugo quondam Lincolniensis episcopus, et consecratus est tunc Oliverus episcopus ejusdem ecclesiæ, qui successit Ricardo de Graveshend 'episcopo.'[3]

St. Botolph's damaged by fire, Wednesday, July 30.

Eodem anno III. kalendas Augusti combusta fuit magna pars Sancti Botulphi.

Round-table held at Warwick.

Eodem anno tabula rotunda tenebatur sumptuose apud Warewyk.

Statute of Mortmain.

Anno præcedenti scilicet M.CCLXXX. fecit rex statutum de Manu mortua,[4] præjudiciale religiosis et ecclesiæ sanctæ.

---

[1] 'XIIII.' MS. Lansd. Nicolas III. died August 22, 1280. L'Art de Verifier les Dates.

[2] Pope Martin IV., (Simon de Brie, Cardinal of St. Cecilia,) elected Saturday, February 22, 1281, consecrated and crowned Sunday the 23rd of March following.

[3] 'episcopus,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib. Richard Gravesend, Dean of Lincoln, nominated the 24th of August, 1258, and died the 18th of December, 1279. He was succeeded by Oliver Sutton, Dean of Lincoln, elected to the bishopric March 1, 1280.

[4] This statute was witnessed by the King on the 14th or 15th of November, 1279. Its original title was "Statutum de viris religiosis." Mag. Rot. Stat. in Turr. Lond. m. 47. Statutes of the Realm, i. 51.

Wallenses surrexerunt, et Leulinus occiditur cum Fratre suo David.

Edward I. A.D. 1282.

The Welsh rebel.

Anno Domini M.CCLXXXII. David, frater Leulini principis Walliæ, qui in duabus primis guerris Walliæ regi Angliæ contra Leulinum fratrem suum strenue militaverat, utpote quem donis variis et possessionibus multis rex ipse ditaverat in Anglia, et caram consanguineam suam eidem copulaverat in uxorem, cum fratre suo Leulino concordatus est. Cui 'tamen'[1] intulit ipse Leulinus quod nunquam ipsius veram consequeretur amicitiam nisi regi Angliæ in tantum efficeretur inimicus in quantum dudum fuerat verus amicus: et sic Herodis et Pilati inita concordia et facta conjuratione valida insurrexerunt in christos Domini Anglos innocentes, ceperuntque ad castrum de Flynt dominum Rogerum de Clyfford, quem rex Angliæ ibidem præfecerat, et tetro carceri tradiderunt; deinde vastantes igne et gladio quicquid ipsius regis vel Anglorum contingere potuerunt. Et hæc quidem incepta sunt in tempore sancto infra passionem Domini sanctam. 'Quod cum audisset rex, misit,'[2] tanquam filius catholicus, ad patres spirituales archiepiscopos et episcopos in fide Christiana, rogans ut ipsos malefactores et eorum complices et fautores qui, tranquillitati et paci ecclesiæ sanctæ et regni sui invidentes, deprædationes, homicidia, incendia, et multa enormia perpetrarunt, propter quæ in canonem latæ sententiæ ipso facto dinos-

Roger de Clifford taken prisoner.

Wales laid under interdict.

---

[1] 'causam,' MS. Coll. Arm.

[2] 'Quod cum audisset rex quam cum rege dudum fecerat scripto pariter et juramento vallatam, fœdusque quod pepigerant observaret, sed frustra; quippe Leulinus ad pacem indici non poterat, post triduum descendit archiepiscopus infecto negotio. Tunc rex misit,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1282.

cuntur incidisse, ab universis et singulis subditis suis per universas diœceses publice et solemniter denunciari facerent excommunicatos:[1] credidit enim, et adjecit, quod eorum rebellio et malitia mediante juvamine gladii spiritualis, qui in hujusmodi casu juvare dinoscitur, per brachium seculare facilius reprimerentur. Deinde rex, congregato exercitu copioso, profectus est in Walliam 'circa'[2] festum Pentecostes, et coarctavit eos ut in 'montes'[3] ascenderent. Marinarii etiam de portubus agentes animose, et periculo se credentes immenso, ceperunt insulam de Anglesay, fugatis Wallensibus et aliquibus interfectis. Et ait rex, "Jam Leulinus," inquit, "perdidit pulchriorem pennam totius caudæ suæ," fecitque fieri pontem ultra aquam 'Meneth'[4] ad ingressum de Snawdon super naves multas ad invicem conjunctas, compositis lignis et conjunctis tabulis super ipsas naves ita quod in fronte una transire possent LX. armati. Dumque esset rex in castro Abreconway nec adhuc transire parasset, ecce quidam ex nostris VII. quasi baneretti cum CCC. 'fere'[5] armatis, ut laudem acquirerent et nomen curiosum, necdum ponte plene firmato et perfecto, incautius transierunt, et hoc in descensu aquæ et aqua retracta; cumque lustrassent pedes montium, et essent a ponte aliquantisper remoti, superque venissent fluctus marisque 'inundantia'[6] ita quod ad pontem redire non possent præ aqua nimia, egressi sunt Wallenses a

The Isle of Anglesey captured.

---

[1] The King's letter to the Archbishop of Canterbury, desiring a sentence of excommunication against the Welsh rebels, is dated at Devizes on the 28th of March, 1282. Rot. Wall. 10 Ed. I. m. 10, d. in Turr. Lond.; Rymer, Fœdera, i. 603.

[2] 'contra,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[3] 'montem,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[4] 'Mench,' MS. Lansd.

[5] 'feris,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[6] 'inhabundantia,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1282.

The English are defeated at Menai Strait.

montibus excelsis, dirigentes ad eos iter et gressus suos. At nostri attoniti et multitudinem timentes magnam, se potius aquæ quam hosti credere voluerunt; ingressique sunt aquam ita ut erant onusti et armati, et quasi in puncto submersi sunt: inter quos erat ille nominatus miles dominus Lucas Tanay qui senescallus Vasconiæ dudum extiterat, habuit enim rex in exercitu suo multos Vasconienses et 'Basclenses' [1] qui in ejus auxilium pompose venerant, sed non revertebantur omnes; salvavit tamen Dominus in illa die illum strenuissimum militem dominum Willelmum Latymer, qui in dextrario suo portatus est per medium aquarum multarum. Facta est illa submersio misera die Sancti Leonardi confessoris. Circa vero sequens festum beati Nicolai descendit ipse Leulinus cum solo armigero de montibus, ut cautius exploraret si habitatores convallium in fide sua manerent ut prius, reliquitque totum suum exercitum in supercilio montis super aquam quæ vocatur Waye et præoccupaverunt sui pontem 'Grewyn,' [2] manseruntque ibi ex parte sua Wallenses plurimi et ex parte altera regales multi; rex vero eodem die apud 'Rotheland' [3] erat in præsidio. Dumque regales nostri, quorum duces exercitus erant dominus Johannes Giffard et dominus Rogerus de Mortimer juvenis, viderent Wallenses ad pontem et exercitum grandem in supercilio montis, loquerenturque mutuo quid esset faciendum, respondit unus cui nomen 'Hilias Wallayn,' [4]

Friday, Nov. 6.

---

[1] 'Basculenses,' MS. Lansd.; 'Basolenses,' MS. Coll. Trin. The inhabitants of the Basque Provinces.

[2] 'Orevin,' MS. Lansd.; 'Erewyn,' MS. Coll. Arm.

[3] Rhuddlan, Co. of Flint.

[4] 'Helias Walwayn,' MS. Lansd.; 'Helias Wawayn,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1282.

"Si manserimus hic nec proficere nec transire poterimus, sed est vadum quoddam non longe distans et a Wallensibus incognitum, ubi transire poterimus, cum difficultate tamen; sequantur ergo me viri fortes, et percutiemus a tergo Wallenses qui modo sunt ad pontem, et sic patebit ingressus per pontem reliquo exercitui nostro, poterimusque extunc plane procedere contra reliquos hostes." Fecitque sic et transivit vadum aliis incognitum, unde et nomen sortitum est usque in præsentem diem et 'vocatum est'[1] 'Hiliswath:'[2] percussisque Wallensibus qui erant ad pontem, liberum fecit introitum reliquo exercitui nostro. Cumque clamor ascenderet etiam ad aures ipsius Leulini qui ibi prope in grangio Thaulweyr latitabat, ait ipse Leulinus, "Nonne Wallenses mei sunt ad pontem 'Grewyn'?"[3] dicunt ei, "Utique sunt." Et ait, "Etiamsi tota Anglia esset in parte 'altera'[4] non timerem eos." Ingravescente tandem clamore et tumultuante ejus exercitu in excelsis dum exercitum Anglorum viderent properantem, festinavit ipse Leulinus cum puero suo latenter ascendere, timuit enim sibi cognito prædicto casu. Cumque videretur a quodam ex nostris, Stephano scilicet de Franketone, nec tamen cognosceretur quis esset, secutus est eum idem Stephanus cum paucis et ipsum fugientem et leviter armatum lancea perforavit, et confestim abiit, et reversus est ad exercitum nostrum. Steterunt itaque Wallenses per turmas suas in supercilio montis expectantes principem et dominum suum, sed incassum: et ascendentibus nostris, sagittas et telas multas

Llewellyn slain by Stephen de Frankton, Friday, Dec. 11.

---

[1] 'vocatur,' MS. Cott. Tib.
[2] 'Helyswath,' MS. Lansd.; 'Helieswat',' MS. Cott. Tib.
[3] 'Erevin,' MS. Lansd.
[4] 'opposita,' MS. Lansd.

direxerunt, factaque concertatione aliqua 'per'[1] sagittarios nostros qui inter equestres innixi erant corruerunt multi, eo quod animose steterunt expectantes dominum suum: tandem vero equestres nostri ascenderunt in montem super eos, et cæsis aliquibus reliquos in velocem fugam converterunt. Revertentibus ergo nostris obtenta victoria, prædictus Stephanus perrexit ut videret quinam essent illi duo quos percusserat, et visa facie Leulini et cognita, amputaverunt caput suum, et ad regem nostrum cum gaudio detulerunt. Rex vero illud mitti jussit Londoniis, et sic apposita serta argentea in signum principis per medium Westchepe Londoniis 'in'[2] lancea 'per equestrem delatum est cum magno comitatu civium et apparatu, et super turrim excelsam turris regiæ tandem cum lancea'[3] repositum est ut a transeuntibus universis longo tempore videretur. Et sic adimpletum est sortilegium diabolicum, in quo spem posuerat ipse Leulinus: dicitur enim quod cum guerram movere proponeret contra regem Anglorum, sciscitatus est a quadam sortilega quidnam eveniret ei? At illa, consulto diabolo, respondit ei quod audacter propositum continuaret, et sciret pro certo quod per medium Westchepe Londoniis coronatus equitaret. Ipse vero ob hoc credens se futurum regem Anglorum inceptum errorem continuavit ad mortem, et quod diabolus non adimplevit in vita, supplevit in morte. Rex autem, præconizata pace sua, suscepit homagia et fidelitates magnatum Walliæ et firmam pacem statuit per totam Walliam, ordinavitque certos homines Anglicos et Wallenses qui persequeren-

A. D. 1283. The king receives homage from the Welsh nobility.

[1] 'et per,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'et in,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[3] Omitted in MS. Coll. Arm.

Edward I. A. D. 1283.

Prince David executed as a traitor. Sept. 20.

tur David fratrem Leulini, et sic in Angliam reversus est. 'David autem, a prædicta cæde fugiens, in moris et mariscis latitabat fere per annum, tandem vero captus in vigilia Sancti Mauritii ad regem adductus est,'[1] et in parliamento de Solopesbire, quod tenuit rex post festum Sancti Michaelis, tanquam seductor et proditor furque et 'homicida'[2] 'judicatus,'[3] tractus est et suspensus, et postea membratim divisus, et quatuor ejus membra in quatuor partes Angliæ missa sunt in memoriam rei perpetue. Caput autem ejus Londoniis delatum est, et cum capite fratris sui Leulini in sublime erectum in turri regia. Eodem anno, durante guerra Walliæ, dabatur regi tricesima a communi populo et vicesima a clero, auxilii nomine.

Statute of Acton Burnell.

Accession of Honorius IV.

Anno Domini M.CCLXXXIII. et anno regni regis Edwardi XI. post festum sancti Michaelis tenuit idem rex parliamentum suum apud Actone Burnel, ubi fecit illud statutum sic vocatum. Eodem anno obiit papa Martinus,[4] cui successit Honorius papa eodem anno.

Translatio Sancti Willelmi Eborum.

A. D. 1284.

January 9.

Translation of St. William, Archbishop of York.

Eodem 'anno,'[5] scilicet dominica infra octavas Epiphaniæ Domini, quæ fuit anno illo V. idus 'Januarii,'[6] translatus fuit sanctus Willelmus Eborum archiepiscopus, et in capsa argentea et aurea reverenter reconditus, per venerabilem patrem Willelmum 'Wichewange'[7] tunc Eborum archiepi-

[1] Supplied from MSS. Lansd. and Coll. Trin.

[2] 'homicidia,' MSS. Coll. Arm. and Lansd.

[3] Supplied from MS. Lansd.

[4] Pope Martin died on Wednesday, March 28, 1285, and was succeeded by James Savelli; who was elected April 2, and consecrated, Sunday, May 6th.

[5] 'die,' MS. Lansd.

[6] 'Januariis,' MS. Lansd.

[7] 'Wetewang',' MS. Coll. Arm.; 'Wetwang,' MS. Cott. Tib.

scopum, 'et cæteros Angliæ episcopos qui ob hoc ibidem convenerant,'[1] assistente rege et regina cum cæteris magnatibus terræ et clero et populo. Eodem etiam die consecratus est ibidem et ab eodem archiepiscopo Antonius de Bek[2] Dunolmensis episcopus. Et profectus est exinde rex in Walliam ut terram illam et stabiliret et ordinaret; ubi cum esset apud Carnarvan peperit ei regina filium, et vocavit nomen ejus Edwardum, scilicet M.CCLXXXIV.; et eodem anno obiit Alfonsus, filius regis, apud Windesover.

Edward I. A.D. 1284.

Consecration of Anthony de Bek, Bishop of Durham.

Edward, Prince of Wales, born, (Tuesday, April 25.)

Death of Prince Alfonso, (Saturday, Aug. 19.)

Rex profectus est in Vasconiam. Obiit Willelmus Archiepiscopus.

Anno Domini M.CCLXXXV. obiit Willelmus[3] Eborum archiepiscopus apud Pontiniacum, ubi et reconditus jacet; cui successit Johannes Romanus[4] qui profectus ad curiam consecratus est ibidem ab Honorio papa. Eodem anno post Pascha tenuit rex parliamentum suum apud Westmonasterium Londoniis, ubi fecit statuta multa quæ dicuntur Statuta Westmonasterii secunda, et continent XLVIII. capitula; in quo parliamento prædixit rex magnatibus suis quod oporteret eum transfretare in Vasconiam, pro quibusdam arduis corrigendis: ordinataque terra, et omnibus in pace agentibus, profectus est in Vasconiam in anno sequenti, ubi audita querela et fraude cognita quorundam Burdegalensium qui cum rege Fran-

A.D. 1285. Death of William, Archbishop of York at Pontigni.

The second Statutes of Westminster.

A.D. 1286. King Edward reduces Gascony.

[1] 'et multos episcopos qui convenerant,' MS. Lansd.

[2] Anthony de Bek, Archdeacon of Durham and Patriarch of Jerusalem.

[3] This prelate had quitted his see some short time previously to his death, which occurred on Sunday, August 26, 1285.

[4] John le Romayne, precentor of Lincoln, was elected to the Archbishopric of York, Monday, October 29, 1285.

Edward I. A. D. 1286.

corum locuti fuerant et promiserant se ejus potestati subjici velle nec in fide regis Angliæ ulterius permanere, quosdam fecit equis trahi, et majores natu auctores sceleris sublatis lignis de eorum domibus in plateis jussit suspendi, stabilivitque totam Vasconiam in pace sua; et extunc interposuit partes suas inter reges discordantes, regem scilicet Franciæ, Hispaniæ et Aragonum, ita scilicet quod eos ad bonum pacis et quietis allexit, redemitque Carolum principem de Murreo consanguineum suum a carcere regis Aragonum, data pecunia non modica;[1] qui quidem (1288.) Carolus in anno sequenti apud Reatam a papa Nicolao IV. regni Jerusalem et Siciliæ diadema suscepit, post obitum regis Siciliæ Caroli patris sui. Moratus est itaque rex in partibus transmarinis per tres annos fere continuos, et inde reversus in Angliam audivit querimonias multas de justiciariis suis, quibus inquisitis et cognitis ipsum capitalem justiciarium suum dominum Thomam de Weyland perpetuo exulavit, et reliquos ejus consocios pecunia mulctavit copiosa, depositque potentes de sede et exaltavit humiles.

Banishment of Thomas de Weyland. (1289.)

Obiit Papa.

A. D. 1288. Accession of Nicolas IV.

Anno Domini M.CCLXXXVII. obiit Honorius papa;[2] cui successit Nicolaus IV. de ordine Fratrum Minorum, quod quidem nomen sortitus est, 'ut dicitur,'[3] quod in juvenili ætate beatus

---

[1] Charles II. obtained his freedom in November 1288, a sum of 30,000 marks being agreed on with Alphonso of Arragon as his ransom; and was crowned King on the 29th of May, in the following year, at Rieti, in the duchy of Spoleto.

[2] Pope Honorius died on Thursday, April 3, 1287, and was succeeded by Nicolas IV.; (Jeronimo, a Cardinal and Bishop of Palestrina,) elected, Sunday, February 15, 1288, and crowned the 22nd or 23rd of the same month.

[3] 'et dicitur eo,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1288.

Nicolaus ipsum prænunciavit fore papam. Ipse etiam cuidam speciali ex fratribus 'semel'[1] retulit, dicens, "Jam de me completa sunt omnia, excepto uno:" at ille, "Quid est," inquit, "hoc dictum?" et ille, "In juvenili," inquit, "ætate, postquam habitum susceperam, visionem vidi et audivi in spiritu me futurum theologiæ doctorem, et postea ministrum totius ordinis generalem, deinde papam, et extremo hæreticum: ecce ergo completa sunt omnia præter ultimum, quod nunquam, Deo dante et sanitate comitiva, complebitur."

Wallenses rebellarunt.

The Welsh revolt under Rees ap Meredith. (1287.)

Eodem anno rebellavit in Wallia quidam Rees a Meraduk ex sanguine principis Leulini, qui per dominum Robertum Typtoft, quem illi provinciæ rex profecturus præfecerat, tandem captus et ad Eborum deductus, ibidem judicatus est, tractus, et suspensus.

Nundinæ Sancti Botulphi combustæ Dolo.

A. D. 1288. The fair of Boston plundered.

Anno Domini M.CCLXXXVIII. 'condixerunt'[2] ad invicem quidam armigeri ut in habitu religiosorum quoddam hastiludium quod burdice dicitur, juxta sanctum Botulphum[3] durantibus nundinis, 'celebrarent,'[4] ita quod una pars in habitu monachali veniret et altera in habitu canonicali: et præconizatum fuit quod monachi tenerent contra canonicos regulares. Celebrato tandem hastiludio, conspiraverant eorum quidam ut et nun-

---

[1] Supplied from MSS. Lansd. and Cott. Tib.

[2] 'conduxerunt,' MS. Coll. Arm.

[3] Boston, in Lincolnshire.

[4] 'celebrarent et tenerent,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1288. dinas spoliarent; die autem quodam quasi in vesperis, ut præordinaverant, appositus est ignis in tribus locis vel quatuor in parvis tentoriis et logiis. Accenso itaque igne et ascendente in altum per loca varia exierunt qui poterant mercatores asportantes secum pretiosiora sua; at illi falsi religiosi qui exitus viarum et pontem aquæ præoccupaverant rapientes bona eorum et plurimos trucidantes, oneraverunt naves suas quæ ibi paratæ fuerant et in obscuro abierunt: ignisque sic accensus devoravit majorem partem nundinarum, et ecclesiam Prædicatorum etiam vorax flamma consumpsit. Hujus sceleris quasi auctor extitit quidam Robertus Chamberleyn, armiger strenuissimus, qui convictus et confessus, cum ad suspensionis mortem duceretur ab ipsis mercatoribus ejulando veniam postulavit: noluit tamen indicare complices suos; sed in domibus ejus, quas pulchras habebat in eadem villa sancti Botulphi, invenerunt plurima et pretiosiora abscondita sub terra.

'Frumenti Billæ.'[1]

Price of grain. Eodem anno tanta extitit abundantia frugum, quod quarterium frumenti vendebatur pro XVI. denariis sterlingorum, et in locis aliquibus pro XII. denariis; sed, superbiente populo et ingrassato, mutavit Altissimus fortunam illam, ita quod in secundo anno sequente, scilicet M.CCXC., vendebatur quarterium frumenti pro XII. solidis sterlingorum, et in locis aliquibus pro marca et ultra.

Ecclesia nostra Giseburniæ combusta.

A. D 1289. Anno Domini M.CCLXXXIX. XVII. kalendas Junii et prima die rogationum, ecclesiam nostram

[1] 'Frumentum,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1289.

The church of Gisburn consumed by fire, Monday, May 16.

Giseburniæ cum libris theologiæ multis et pretiosissimis, IX. calicibus, vestimentis, imaginibus sumptuosis, vorax flamma consumpsit. Et quia præterita futuris dant formam negotiis, idcirco infortunii casum, ut hujusmodi casus in posterum declinetur, præsenti opusculo duxi inserendum. Die enim prædicto, qui quidem erat ventosus et nobis malus, ascendit plumbarius ecclesiam cum duobus garcionibus suis, ut foramina plumbi veteris de novo stanno consolidaret, sicut per dies aliquot ex dispositione mala jamdudum inceperat; apposuitque patellas suas ferreas cum carbonibus et igne in ruderibus sive gradibus excelsi operis, super ligna sicca, 'trabas'[1] aliquas, et cætera quæque cremabilia, et ex parte meridionali in cruce corporis ipsius ecclesiæ in qua erat ventus urens et perflans a meridie. Cumque mansisset ibidem usque post missam in opere suo, descendit tandem ante processionem conventus, credens garcionibus ignem extinguendum; at illi cito post eum descenderunt, igne non plene extincto, reaccensusque est ignis in carbonibus, et, partim ex calore ferri partim ex sparsione carbonum, sumpsit se ignis in inferiora ligna et cætera quæque cremabilia, quo incepto resolutum est plumbum et accensæ sunt tabulæ super tigna, deinde crevit in immensum et consumpsit omnia; et pro tanto dampno et jactura non modica, ipsis fugientibus, non plus consecuti sumus nisi vulgare verbum, "Quid potui ego?"[2] Unde successores in posterum ex nostra negligentia discant cautius sibi providere.[3] Eodem anno maritavit rex duas A.D. 1290.

[1] A medieval form of trabes: MS. Cott. Tib. reads 'turbas.'

[2] 'Quid potui Oyghe,' MS. Coll. Arm. 'Quid potuimus Eygh,' MS. Cott. Tib.

[3] We learn by the Rolls of Parliament, 18 Ed. I., that on account of this unfortunate destruction of their monastery, the King granted the prior and con-

Edward I. A. D. 1290.

filias suas, unam Johanni filio ducis Brabantiæ,[1] et alteram Gilberto de Clare[2] comiti Gloucestriæ, tertiam in anno sequenti dedit comiti de Barez.[3] Alias filias rex habuit de quibus dicetur infra.

Judæi expulsi sunt a Terra.

Third Statutes of Westminster.

Anno Domini M.CCXC. tenuit rex parliamentum suum Londoniis post Pascha, ubi fecit Statuta Westmonasterii tertia, et explanationem super statutum Quo Warranto: in quo quidem parliamento conquesti sunt magnates regi de malitia Judæorum et eorum perfidia, eo quod per usuras varias et falsa scripta multos magnatum depauperaverant, et monetam corruperant in omni terra; ordinatumque est per regem et secretum consilium, quod, certo die infra horam primam et tertiam, omnes Judæi in singulis civitatibus caperentur et deinde expellerentur a terra; etenim omnes par zelus accenderat, arbitrantes se grande obsequium præstare Deo si gentem Christo rebellem a Christi fidelibus abraderent:

The Jews expelled from England;

vent a licence to appropriate the churches of Esington, Bermingham, and Heselerton, of which they had the advowsons; the appropriation, however, does not seem to have taken place.

[1] This lady was Margaret, third daughter of King Edward by Eleanor, his first wife: her marriage with Prince John, afterwards John II., surnamed the Pacific, was celebrated at Westminster on Sunday the 9th of July.

[2] The marriage of the Princess Joan of Acre with Gilbert de Clare, seventh Earl of Hertford and third of Gloucester, was celebrated on the 2nd of May, 1290. He had formerly been married to Alice, daughter of Hugh Comte de la Marche, from whom he afterwards separated on a plea of consanguinity, as appears by the dispensation of Pope Nicolas, dated November 16, 1289.

[3] Eleanor, eldest daughter of King Edward, espoused by proxy to Alphonso, King of Arragon, who dying before the solemnization of the marriage, she was united in 1294 at Bristol to Henry Comte de Barr in France, by whom she had issue Edward Comte de Barr, and Joan, who married John Plantagenet, Earl of Warren, Surrey, and Sussex.

Edward I. A.D. 1290.

factumque est ita, quoniam omnes in una die capti sunt et infra alium diem certum expulsi. Confiscataque sunt omnia bona eorum immobilia cum starris[1] et obligationibus suis; reliqua vero mobilia cum argento et auro eos asportare permisit rex, quod tamen displicuit multis; inter quos quidam Judæi Londonienses nobiliores et ditiores totius civitatis, cum immensos haberent thesauros conduxerunt navem de portubus magnam et excelsam, qua onerata ascenderunt eam et abierunt; cumque essent in descensu Themisiæ juxta mare gratis anchoravit eam magister navis in mediis fluctibus, cogitavit enim intra se et condoluit ne tantis forte divitiis spoliaretur terra. Decrescentibus tandem aquis remansit ipsa navis super 'aridam'[2] et ait Judæis: "Domini mei, jam gravati estis in aquis, et superventura sunt multo majora gravamina; bonum est quod mecum ascendatis spatiaturi in arida super arenam maris, non enim venient aquæ magno spatio." Adquieverunt ergo ei gaudentes et exierunt; ipse vero adduxit eos et a navi longius attraxit, quousque cognosceret mare iterum redundare debere: advenientibus tandem fluctibus præcucurrit ipse nauta et navem cum chorda ascendit; Judæi vero, lento pede sequentes, clamaverunt ad eum ut salvi fierent; at ille: "Non," inquit, "ad me sed ad prophetam vestrum Moysen clamate fortiter; ipse enim eduxit patres vestros per medium Maris Rubri, et potens est vos eripere de fluctibus istis si velit." Clamaverunt ergo ad Dominum et Moysen, nec exauditi sunt, quoniam absorbuit eos mare, et submersi sunt in mediis fluctibus; ipse vero

their possessions confiscated.

[1] One of these Jewish covenants is preserved in the Cottonian MSS. Aug. ii. 107. Selden's Titles of Honour gives various specimens of them.

[2] 'siccam,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1290.

nauta reversus ad regem narravit ei omnia, et gratiam promeruit et præmium.[1] Pro hac autem expulsione Judæorum[2] a terra dedit communis populus regi XV. denarium, et totus clerus unam decimam.

Obiit Regina.

Death of Queen Eleanor.

The crosses of Charing and Westcheap erected to her memory.

Eodem anno obiit regina Angliæ Alienora,[3] et honorifice sepulta est apud Westmonasterium Londoniis; in cujus memoriam specialem ipse rex duas pulcherrimas cruces et marmoreas Londoniis erexit, unam apud Charryng et alteram in Westchepe; singulis diebusque Mercurii per annum continuum ad quemcunque locum se diverteret, universis pauperibus et aliis recipere volentibus singulis singulos denarios distribui fecit, et in fine anni certum assignavit reditum monasterio Westmonasterii, sub conditione tali, quod die obitus sui in perpetuum universis accipere volentibus singulos distribuant denarios cum servitio speciali.

Civitas Ptolomaida, id est Acra, perditur.

A. D. 1291. Affairs of the Holy Land.

Anno Domini 'M.CCXCI.'[4] aggravata est manus Domini super terram Jerosolimitanam, et secundum Jeremiam prophetam, plaga inimici

---

[1] Sir Edward Coke, from a MS. record of the Judges Itinerant in Kent, informs us that the master and his accomplices were indicted, convicted of murder, and hanged. This was no doubt the case, as we find in the safe-conduct granted to the Jews, dated on the 27th of July, the King forbade the bailiffs, barons, and mariners of the Cinque Ports, on pain of forfeiture, to permit any injury to be done either to their persons or property.

[2] At this time sixteen thousand five hundred and eleven Jews received the king's pass and were banished from England.

[3] Queen Eleanor died at Grantham, of a slow fever, on the 28th of November. Chron. T. Wikes, 121.

[4] 'M.CCXCV.', MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1291.

Capture of Acre by the Saracens.

percussit castigatione crudeli. Civitas enim Ptolomensis, quæ et Acra communiter dicitur, proh dolor! incidit in manus gentis profanæ et immundæ: spurcissima gens eam occupavit, et abrasis Christianæ religionis insignibus immundissimæ sectæ suæ sacrilegiis profanavit. Hujus autem miserabilis et famosi exterminii causam fuisse peccata plus solito inundantia, nemo debet ambigere: erant enim nostri in civitate illa sancta, non, ut olim, viri sancti et religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est, sed ex omni gente Christiana fatuosi, luxuriosi, ebriosi, mimi, et histriones; hoc omne genus in civitatem illam sanctam tanquam in sentinam quandam confluxerat, eamque obscœnis moribus et actibus inquinabant: istas ergo prædictas credimus esse offensionis causas Dei, perditionis vero sequentis primos motus esse tales. Papa quidem Nicolaus IV. orientalis ecclesiæ zelum habens, pro Christo crucifixo in augmentum Christiani exercitus misit apud Acram XV. millia hominum propriis suis stipendiis militaturos; qui cum ibidem facerent moram prolixiorem, deficientibus tandem necessariis, contigit eosdem multum egere et pauperem ducere vitam, murmurantes contra eorum præpositos, et jussi sunt aut repatriare vel 'sibimet'[1] ipsis in necessariis providere: qui, opportunitate captata, spoliaverunt mercatores Saracenorum et Soldani, in pace et treuga communi mercantes ibidem, trucidantes aliquos, et contradictores ex toto perimentes; quod cum Soldano esset nunciatum, missis nunciis ad Templarios et Hospitalares cæterosque Christianos prædictæ urbis petiit in hoc facto sibi et suis justitiam exhiberi, auctoresque facti absque omni

[1] 'semet,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1291.

reclamatione plectendos sibi mitti. Quod cum Christianis durum videretur, licet instarent Templarii ut ejus voto pareretur, nuncios quasi infecto negotio remiserunt vacuos; 'præsumebant'[1] namque Christiani de se, ponentes carnem brachium suum, et confidentes in homine qui cum multis ibidem paulo ante advenerat, domino scilicet Othone de Grandi-sono, qui cum thesauris regis Angliæ ibidem missus ut viam pararet ante faciem ejus, habuit enim in proposito rex in terram 'dictam'[2] proficisci, durante diu subsidione hostium cum eisdem thesauris in Cyprum fugiens, mutato cognomine, in congressu militari parvum fecit sonum. Soldanus autem, Christianorum sanguinem sitiens et in vindictam suorum fremens, congregato exercitu immenso, jussit ut nullus sui potens excusatus remaneret. Cumque terribilibus suis copiis versus Acram tenderet, Christiani exterriti, missis et remissis ad eum nunciis, ejus animi motum muneribus placare probarunt, et quia accensus furor extingui non poterat tandem obtulerunt ei civitatem ab eo retinere velle sub tributo; sed non adquievit illis, quin potius civitati applicans eandem fortiter expugnavit diebus circiter XL. Tantaque extitit pugnantium copia certis vicibus mutantium et expugnantium nocte dieque, quod repletis fossatis humo et lapidibus viam sibi planam aggrediendi fecerunt, nec erat vix qui in muris resisteret præ multitudine telorum et quadrellorum. Et licet ex parte fœminarum de vita quam utique vitam malam dicimus et execrabilem, erant enim ut 'dicebatur'[3] in numero meretricio plusquam XIIII. millia mulierum numeratarum, essent dua-

[1] 'præsumantes,' MS. Cott. Tib.

[2] 'sanctam,' MS. Cott. Tib.

[3] 'dicitur,' MS. Cott. Tib.

bus 'vicibus'[1] retaciati, tertia tamen vice ibidem ingressi sunt 'VII.'[2] die Junii, fugientibus qui poterant per mare in Cyprum; corrueruntque multi in illa die, inter quos et magister militiæ Templi[3] occisus est. Sedatoque furore post biduum placatus est in parte Soldanus obtenta victoria; et cum deliberaret quid de Christianis residuis esset 'faciendum,'[4] sui execrabiles populi loca sacrata et ecclesias Deo dedicatas adulteriis et stupris profanaverunt, videntesque Christiani cum uxoribus et filiabus talia perpetrari, communicato consilio et reassumpto spiritu, portas clauserunt civitatis, et armis assumptis cum viribus circiter v. millia Thurcorum qui infra muros extiterant peremerunt, continuo se credentes mari cum scaphis et navibus residuis: quo cognito Soldanus iterum accensus in civitatem irruit, et, eam quasi in nihilum redigens, quos invenire poterat peremit. Qui tandem rumor cum domini papæ intima cordis profunda penetrasset, missis per universa regna suis epistolis quæsivit quomodo Terra Sancta 'posset'[5] recuperata conservari. In singulis autem metropolitanis ecclesiis factum est super hoc concilium speciale, videntibus quibusdam et consulentibus quod extinctum in ecclesia Domini luminare minus (per quod intelligitur imperator) reaccenderetur de novo, et fieret imperator qui posset prœliari prœlia Dei. Concessit etiam papa regi Angliæ decimam totius ecclesiæ Anglicanæ, Scotiæ, et Hiberniæ, secundum verum valorem omnium 'proventuum'[6] per sex annos continuos

Edward I. A. D. 1291.

Thursday, June 7.

The master of the Templars slain.

A tenth of the church revenues granted for the wars in the Holy Land. (1288.)

---

[1] Omitted in MS. Coll. Arm.

[2] 'VIIII.,' MS. Cott. Tib.

[3] William de Beaujeu.

[4] Supplied from margin of MS. Cott. Tib.

[5] 'possit,' MS. Cott. Tib.

[6] 'provenientium,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1291. percipiendam; scribens episcopis subscriptis in hæc verba:—

"Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Wyntoniensi et Lincolniensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Non absque lætitiæ multæ materia, non absque causa grandis exultationis in Domino, intra mentis secreta revolvimus et aliis publicamus quod ille Rex in cujus manu regum corda consistunt, carissimi in Christo filii nostri, Edwardi regis Angliæ illustris, benigne cor tetigit, et sic ad subveniendum personaliter innumeris necessitatibus Terræ Sanctæ ipsius accendit 'affectum,'[1] quod ejusdem terræ negotium in propria persona et regali potentia prosequendum, tanquam princeps catholicus tanquam princeps strenuissimus assumpsit, transfretaturus, Deo auspice, in festo
June 24. Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ anno Domini M.CCXCIII. quod tam sibi quam aliis crucesignatis et crucesignandis ad generale passagium, de fratrum nostrorum consilio terminum duximus præfigendum. Et quia ad profectionem tam arduam onerosi negotii non est dubium quin oportet multa requiri et magnæ subventionis indigere, ideo decimam omnium ecclesiasticorum reddituum, proventuum, et obventionum dicti regni Angliæ juxta veram eorum æstimationem præfato regi, de ipsorum fratrum consilio, concessimus per sex annos a festo Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ venturos proxime subsequenti," etc. Facta fuit igitur taxatio nova per supradictos episcopos Wyntoniæ et Lincolniæ eodem anno,[2] et licet eisdem episcopis per papam esset injunctum quod eadem decima

[1] 'aspectum,' MS. Coll. Arm.

[2] Pope Nicolas's Taxatio Ecclesiastica was completed for the province of Canterbury in the year 1291, and for that of York in 1292.

Edward I. A. D. 1291.

The king applies the money to other uses.

in monasteriis recondita maneret quousque idem rex in suo itinere versus Orientem mare magnum esset ingressus, et tunc primo solveretur ei, idem tamen rex ex proprio facto decimam trium annorum in monasteriis collectam ab ipsis collectoribus exegit et violenter quidem et potenter; nec tamen profectus est, nec promissa tenuit.

Lamentatio Papæ super hac Perditione.

Manifesto of the Pope, narrating the loss of the Holy Land.

"Nicolaus, etc. Dirum amaritudinis calicem nuper nobis de Siriæ partibus propinatum 'non sine'[1] lacrimarum profluvio degustantes, in amara nimis et tristia valde prorumpere cogimur, vocesque depromere lugubres, et vehementem, quem sentimus intrinsecus, quo durius perturbamur in intimis, revelare ac insinuare dolorem. Quamvis forsitan præsentis paginæ cursum gressus celerior præcurrentis famæ prævenerit, et jam minoris præloquentis affatibus ad notitiam vestram pervenerit quod nostrarum lingua præloquitur litterarum. Sæpe quidem illa orientalis plaga profundas ecclesiæ plagas imposuit, sæpe illam poculis amaritavit absinthii, sæpe felleo cibo pavit, sauciavit vulneribus, et 'turbonis valide'[2] acerrima punctura confodit; at nunc ei amarissimæ potionis uberrimos haustus intulit, nunc illam mœroris immensi ferculo copioso replevit, eamque furoris feralibus gladiis crudelissimis pupugit, quin potius ad ejus usque ad interiora pervenit. Superfundimus illato calici acrem fletum et tam amaro potui et tam acerbo inundantem lacrimarum pluviam immiscuimus; audivimus etenim mœstisque relatibus aperitur quod diebus proximo jam transactis aucta quam-

---

[1] 'non finem,' MS. Coll. Arm.; 'in finem,' MS. Cott. Tib.

[2] 'turbationis valde,' MS. Coll. Trin.

Edward I. A.D. 1291.

plurimum Babilonici persecutoris 'immanitas'[1] Christianum sanguinem sitientis et in Christianitatis exterminium aspirantis extremum, suæ nefandæ potentiæ viribus, innumera videlicet multitudine armatorum, machinis plurimis, et aliis instrumentis bellicis, congregatis contra civitatem Aconensem, pro cujus tuitione continuanda, sicut vestram non credimus latere 'notitiam,'[2] prædicta ecclesia labores plurimos, curas innumeras, et gravia onera pertulit expensarum, saltem ut expectare sufficeret passagii generalis adventum in galeis aliisque vasis maritimis, copia bellatorum et etiam pecuniarum summis subveniendo sollicite, prout suggessit exinde nuntiata necessitas, et series super hoc oblatæ pluries petitionis exegit, in ira spirituque furoris procedens, hostiliter civitatem ipsam multo revera populo præditam, multæ nobilitatis titulis insignitam, et bonorum affluentia opulentam, quæ universis Christicolis transitum ad partes illas habentibus potissimum et principale refugium existebat, obsedit, eam angustans aptius, ac ipsam non modicam fidelium copiam, tunc inibi morantium, sic injustis et invalidis 'impugnationibus'[3] machinarum ictibusque missilium modisque aliis bellicis per non modici temporis spatium die noctuque insultibus violentis impetiit, cunctisque conatibus indesinenter oppressit, quod eam tandem, incolarum ipsius et cæterorum tunc ibidem præsentium viribus superatis in arcu et pharetra furentibus gladiis comprehendit. In cujus tam sinistri, tam flebilis, tamque dolorosi eventus articulo, cum religionum Christo militantium fratres aliique quamplurimi armis accincti, viri

[1] 'unanimitas,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'præsentiam,' MS. Cott. Tib.

[3] 'impugnantibus,' MS. Coll. Arm.; 'oppugnantibus,' MS. Cott. Tib.

quippe strenui, 'robusti,'[1] athletæ Domini et propugnatores electi, pro defensione civitatis ejusdem interius vigilantes, tolerare diutius 'irruentium'[2] undique ac 'insilientium'[3] Agarenorum terribiles impetus et aggressiones nefarias non 'valent,'[4] demum post nefandum fidelium multorum excidium, post captionem miserabilem plurimorum, ut cæteros quos in terra marique sæviens trucidabat gladius, furor devorabat, hostilis manusque inimica necabat, quosque præ 'magnitudine'[5] timoris attonitos, et in desperationis angustia constitutos, et incertis et ambiguis passibus, ut a necis eruerentur excidio, 'fluctus fugientes obduxit æquoreus,'[6] silentio relinquamus, civitatem prædictam, quod non absque amaritudine copiosa referimus et profundius sedulissimis suspiriis recensemus, ausu dampnabili 'occuparunt,'[7] illam flammis voracibus exponentes. Cum igitur ad recuperationem celerem 'dictæ'[8] terræ, prout ejus urgentissima necessitas exigit, ferventibus studiis intendamus, vias et modos diversos et varios per nos et alios solicitius exquirentes, ut juxta desiderii nostri fervorem terra ipsa recuperari valeat, et recuperata in posterum conservari, universitatem vestram monemus et rogamus attente ut concil.," etc. Edward I. A.D. 1291.

Quomodo Dominium Regni Scotiæ concessum est Regi Angliæ.

Eodem anno scilicet M.CCXCI. examinata sunt subsequentia quædam, ad declarationem quorum Affairs of Scotland,

[1] Supplied from MS. Lansd.
[2] 'viventium,' MS. Lansd.
[3] 'insilentium,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.
[4] 'valerent,' MS. Coll. Trin.
[5] 'multitudine,' MS. Lansd.
[6] 'fugientes fluctus obduxit equores,' MS. Lansd.
[7] 'occuparent,' MS. Lansd.
[8] 'sanctæ,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1251.

Affairs of Scotland.

prænotanda sunt ista. Anno Domini M.CCLI. et regni regis Henrici patris Edwardi XXXVI. Alexander rex Scotiæ Margaretam filiam regis Henrici duxit in uxorem solemniter, sororem scilicet Edwardi, factaque est ipsa solemnitas apud Eborum in festo Nativitatis Dominicæ. Processu vero temporis procreavit idem Alexander ex uxore sua prædicta filium[1] et filiam, filium quidem paterno nomine nominatum et filiam materno nomine nominatam; filius vero in adulta ætate in vita ipsius patris immaturata morte præventus decessit; filia quidem processu temporis regi Norwegiæ in uxorem tradita est. Mortua tandem regina Scotiæ Margareta, idem rex novam sibi nuptam matrimonio copulavit, filiam scilicet comitis Flandriæ; non tamen ex ea suscepit sobolem. Sed cum jam annis multis in multa mundi prosperitate regnasset, nescio quo tandem ductus spiritu, nocte quadam et obscura valde novam suam sponsam, ab eo per pauca miliaria distantem, invisere properavit, sacro quidem et quadragesimali tempore; cumque in profundo noctis tempore cum paucis familiaribus suis graderetur, contigit, equo cespitante, assessorem quidem in terram allidi, et fracto, ut dicitur, collo, continuo expiravit. Quo mortuo et sepulturæ tradito, cum de successione regni conveniretur, non apparuit hæres proximior puellula illa filia regis Norwegiæ, quam ex uxore sua filia prædicti regis Scotiæ procreaverat solam: verum quia nepta 'sive'[2] cognata erat regis Edwardi, miserunt ad eum in Vasconiam, eo quod tunc temporis moram ibidem faciebat triennalem, magnates regni Scotiæ, ipsius consilium atque favorem ex-

Death of Alexander III. (1286.)

[1] Alexander had by this lady two sons, Alexander and David, who died young.

[2] 'sua,' MS. Cott. Tib.

petentes; qui successionem regni Scotiæ prædictæ puellulæ pronepti suæ jure hæreditario competere videns, admonendo consuluit ut de nobilioribus et sapientioribus terræ illius eligerentur quatuor custodes, qui, summam pacem et leges terræ custodientes, res et redditus regales in ærario regis Scotiæ reconderent ad usum et utilitatem prædictæ hæredis et suæ proneptis: quod et factum est per annos aliquot prudenter quidem et fideliter. Rex autem Edwardus dum post tempus aliquod reverteretur ad propria, missis nuntiis ad regem Norwegiæ eandem 'filiam'[1] in spe successionis magnifice accersivit, quæ cum esset tenera, et in profunda maris æquora veheretur, infirmata est, inundantis ferre non valens pericula maris. Cumque 'in'[2] insulam Orcadum esset adducta in spe recuperandæ 'sanitatis,'[3] ingravescente infirmitate, ibidem tandem defuncta est. Mortua autem prædicta puella divisum est continuo consilium regni Scotiæ, pars enim magnatum quasi media favebat Johanni de Baliolo domino de Galeway, pars vero reliqua favebat Roberto de Bruys domino Vallis Anandiæ. Unde custodes prædicti præcavere volentes ne forte seditio oriretur in populo, de consilio magnatum regni Scotiæ miserunt ad regem Angliæ ut in tanto dubio ejus consilio fruerentur; qui remissis nuntiis suis, episcopis scilicet Dunolmensi et Karleolensi cum domino Johanne de Vescy, verbis pacificis et suasoriis exhortatus est eos ut ordinationi suæ, quantum ad successionem regni Scotiæ ordinandam, se sponte supponerent. Qui convocato parliamento et communicato communi consilio, se ejus consilio ordinationique omnes quasi mag-

Edward I. A.D. 1290.

Affairs of Scotland.

A.D. 1291.

Disputed succession.

The King of England appointed umpire.

[1] 'puellam,' MS. Lansd.
[2] 'per,' MS. Lansd.
[3] 'salutis,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1291.

Affairs of Scotland.

Parliament at Norham.

nates litteratorie submiserunt; unde prædictus rex, convocatis magnatibus suis et clero, tenuit parliamentum suum apud Norham quasi in confinio utriusque regni, in quindena[1] Paschæ anno Domini M.CCXCI. et regni sui XIX. in quo quidem loco convenerunt clerici ex condictu regis experti in jure civili et canonico, religiosi multi cum chronicis suis, sicut apparet in quatuor foliis sequentibus et interpositis, episcopi plures cum Eborum archiepiscopo, tractaturi finaliter de capitali dominio regni Scotiæ, eo quod idem rex dicebat se, sicut et prædecessores sui jamdiu extiterant, esse et esse debere regem et regni Scotiæ dominum capitalem. Qui retroacta tempora diligenter examinantes et singillatim et seorsum requisiti, in conscientiis suis dixerunt omnes quod supremum dominium regni Scotiæ pertineret ad regem Angliæ, nisi aliquid haberetur contrarium per quod excluderentur a chronicis extracta. Unde dictus rex Edwardus convocatis coram se prælatis et proceribus regni Scotiæ in ecclesia parochiali de Norham, VI. idus Maii anno supradicto scilicet M.CCXCI. subscriptam petitionem per quendam suum militem Rogerum Brabason[2] proposuit in hæc verba. "Cum in libro Sapientiæ, hiis qui præsunt, primum et 'principaliter'[3] datum sit præceptum ut diligant justitiam qui judicant terram, et, secundum apostolicam doctrinam, hujus justitiæ fructus in pace seminatur, quæ est tranquillitas ordinis quo pares et impares locis sibi congruentibus disponantur, et apud mortales nihil pace desiderabilius con-

Edward declares himself lord paramount of Scotland.

Thursday, May 10.

[1] This term, in England, denoted the fourteenth day after Easter, but on the Continent the eight days preceding and the eight days following Easter.

[2] The Chief Justiciary of England.

[3] 'principium,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1291. Affairs of Scotland.

cupisci, nihil jocundius valeat reperiri; illustris dominus rex noster paterno principatu hiis consulens quibus eum prætulit princeps pacis, cujus imperium 'super humerum'[1] ejus, ut videlicet benigna pietate subditos supportet, 'non'[2] more reprobi Saulis, ab humeris et supra populo præeminentis et eundem populum tyrannice opprimentis, hanc pacem perturbari conspiciens in regno Scotiæ per mortem regis Alexandri et prolis suæ quæ propinqua erat domino regi nostro, quod displicet multum ei; pro justitia omnibus facienda, qui in hæreditate regni Scotiæ aliquid de jure vendicare possint, et pro pace 'confirmanda'[3] in populo dictæ terræ, vos magnates rogavit huc venire; et ipsemet de longinquis partibus personaliter huc accessit ut per superiorem dominationem, quæ sua est, omnibus justitiam faciat et omnia impedimenta auferat quæ pacem dicti regni possunt perturbare; nec intendit quicquam indebite usurpare seu justitiam differre cujusquam, vel libertates impedire seu minuere, sed omnibus justitiam exhibere sicut dominus supremus. Et, ut istud negotium ad finem 'debitum'[4] possit deduci, petit dominus noster rex vestrum benignum in recognitione superioris dominii 'assensum,'[5] et vult operari de consilio vestro ad justitiam perficiendam et servandam." Ista petitio proposita fuit in Gallico per prædictum militem in præsentia regis et magnatum utriusque regni, et eam præordinaverat frater Willelmus de 'Hothom'[6] tunc prior 'provincialis'[7] fratrum Prædicatorum Angliæ; recitatique erant articuli a chronicis, pri-

[1] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] Omitted in MS. Coll. Arm.

[3] 'conservanda,' MS. Lansd.

[4] 'bonum,' MS. Lansd.

[5] 'responsum,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[6] 'Hothum,' MS. Lansd.; 'Holtom,' MS. Cott. Tib.

[7] 'principalis,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1291.

Affairs of Scotland.

vilegiis, et aliis litteris papalibus et regalibus extracti, quomodo reges Scotorum regibus Anglorum homagia fecerant et eos vocaverant dominos suos: datusque est dies brevis ad consulendum et respondendum. Cumque in consulendo se difficiles exhiberent attestavit rex per Sanctum Edwardum, quod prius jus regni sui et coronæ Sancti Edwardi, cujus ipse solummodo conservator extiterat, vel habere deberet, vel illud prosequendo ad mortem ibidem occumberet; convocaverat enim Anglicanam militiam ut suam petitionem, si eam forte frustrando negarent, magnifice declarando prosequeretur ad mortem. At illi magnates qui circa successionem regni Scotiæ disceptabant, jus regis Angliæ luce clarius declaratum negare non valentes, prædictum dominium eidem concesserunt per scriptum, in hæc verba conceptum.

Compromiserunt Petentes in Regem.

His title recognised by the Scottish claimants,

A[1] touz qi ceste lettre verront ou orrount, Florence counte de Holand, Robert de Brus seignor du Val d'Anaunt, Johan de Baillol seignor de Gaweye, Johan de Hastinges seignor de Bergeveny, Johan Comyn seignor de Badenough, Patrik de Dumbar counte de la Marche, Johan de Vescy por son pere, Nichole de Soules, et Willame de Ros, saluz en Deu.

Come nos entendoms avoir droit en realme d'Escoce, e cel droit moustrer, chalenger, et averrer devaunt celui, qi pluis de poer, jurisdiccion, et reson eust de trier nostre droit;

E le noble prince sire Edward, par la grace de

[1] This and the following document are printed from the Originals in the Chapter House.

Dieu Roy d'Engleterre, nous eyt enfourmez, par bones et suffisauntes resons, qe a lui apent et avoir doit la soverayne seignorie du reaume de Escoce, et la connissaunce de oir, trier, et terminer nostre droit; Edward I. A. D. 1291. Affairs of Scotland.

Nous, de nostre propre volunte, saunz nule manere de force ou destresce, voloms, 'otrioms,'[1] et grauntoms de receyure droit devaunt lui, com soverayn seignor de la terre.

E voloms ia le meins, et promettoms qe nous aueroms, et tendroms ferm et estable son fete, qe celui enportera le realme, a qi droit le durra devaunt lui.

En tesmoigne de ceste chose nous avoms mys nos seals a cest escrit.

Fet et done a Norham, le Mardy prochein apres la Assension, l'an de grace M.CCXCI. Tuesday, June 5,

Concesso itaque dominio et submissione facta quod ipsius arbitrio substarent, petiit rex custodiam castrorum et terræ totius illius, ut et jus suum per seisinam pacificam probaretur et ipsi celeriorem justitiam consequerentur; at illi prædicti nominati, de ipsius justitia et fide confidentes, tale scriptum concesserunt.

A touz iceus qe ceste presente lettre verront ou orront, Florence cunte de Hoillaund, Roberd de Brus seignor du Val d'Anaunt, Johan de Baylloil seignor de Gaweye, Johan de Hastinges seignor de Bergeveny, Johan Comyn seignor de Badenough, Patrik de Dumbar cunte de la March, Johan de Vescy pur soen pere, Nichol de Soules, e Willame de Ros, saluz en Dieu.

Come nous eyoms otrie e grante de nostre bone volunte e comun assent, saunz nule distresce, a noble prince sire Edward, par la grace

---

[1] 'assentons,' MSS. of Hemingburgh.

Edward I. A. D. 1291.

Affairs of Scotland.

de Deu roy d'Engleterre, qe il com soverein seignor de la terre de Escoce, peusse oier, trier, e terminer noz chalenges e noz demaundes, qe nous entendoms mustrer e averrer por nostre dreit en realme de Escoce, e dreit receivre devaunt li, com soverein seigneur de la tere:

Promettaunz ia le meins qe soen fet aueroms ferm e estable, e qe 'il'[1] enportera le 'realme'[2] a qi dreit le durra devaunt li.

Mes por ceo qe le avauntdit rey d'Engleterre ne poet teu manere de connissaunce fere ne acomplir saunz jugement, ne jugement ne deit estre saunz execucion, ne execucion ne poet il fere duement, saunz la possession e seisine de meymes la tere e des chasteus;

and seisin of the land granted to him.

Nous volums, otrioms, e grantoms qe il, com soverein seignor, a parfere les choses avauntdites, eit la seisine de tote la terre e des chasteals de Escoce, taunt qe dreit seit fet e parfourm as demaundaunz; en teu manere qe avaunt ceo q'il eit la seysine avauntdit, face bone seurte e suffisaunte as demaundaunz e as gardeins e a la comune du realme de Escoce, a fere la reversion, de meymes le realme, e des chasteus, od tute la realte, dignite, seignorie, franchises, custumes, dreitures, leys, usages, e possessions, e tutes maneres 'des aportenaunces,'[3] en meymes le estat qe il esteient quant la seisine li fu baillee a liveree a celi qe le dreit enportera par jugement de la realte (sauve au rey d'Engleterre le homage de celi qe serra rey issi) 'qe la reversion seit fete'[4] dedenz les deus mois apres le jour qe le dreit serra trie e aferme.

---

[1] 'celui,' MSS. of Hemingburgh.

[2] 'reaume d'Escoce,' MSS. of Hemingburgh.

[3] 'de altres tenauntz,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[4] 'soit fet de la reversion,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

E qe les issues de meymes la terre, en le men tens resceues, seient sauvement mis en despos, e ben gardeez par la main de chaumberleyn de Escoce qe ore est, e de celi qe serra assigne a li depar le rey d'Engleterre, e desouz lours seals; sauve resonable sustenaunce de la terre, e des chasteus, e de ministres du realme. Edward I. A. D. 1291. Affairs of Scotland.

En temoingne de ces choses avauntdites nous avoms mis noz seals en cest escrit.

Fet et done a Norham, le Mekerdy apres la Assencion, l'an de grace M.CC. nonaunte primerein. Wednesday, June 6.

Has autem prædictas duas litteras misit dominus rex ex postfacto sub suo sigillo privato ad diversa monasteria, ut in chronicis ponerentur ad perpetuam rei gestæ memoriam, datum apud Westmonasterium IX. die Julii anno regni sui XIX.

Arbitratio super eodem Regno Scotiæ.

Hiis itaque gestis et ordinato regno positisque custodibus suis in castris et villis, reversus est ad partes australes rex, statuens eis suæ reversionis terminum in festo Omnium Sanctorum anni sequentis; in quo quidem termino reversus, ordinavit ut de regno Scotiæ eligerentur L. arbitri, viri discreti et legem scientes, quibus electis associavit eis 'ex Anglia'[1] XXX. viros electos, præcipiens universis, in fide præstiti sacramenti, ut Deum habentes præ oculis vota petentium ponderarent, et debito fine clauderent negotium successionis prædictum; qui secedentes, ut in mandatis habuerant, omnium, qui in regno Scotiæ jus vel clamium vendicabant, audiebant vota, et petitiones singulorum, et, absolutis petentibus A. D. 1292. A commission appointed to determine the Scottish succession.

[1] 'rex Angł,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1292.

Affairs of Scotland.

quasi universis, in fine perventum est ad Johannem de Balliolo et Robertum de Bruys, quorum petitio sic brevibus declaratur. Cum enim sanguis regius proximior non appareret, tandem habitus est recursus ad David quondam comitem Huntingdoniæ et fratrem Willelmi quondam regis Scotiæ, qui temporibus Henrici secundi regnavit in Scotia: hic David, cum tres haberet filias, primogenitam dedit 'Johanni'[1] de Balliolo, mediam domino de Brus, et ultimam domino de Hastinges, ex quarum sanguine prædicti Johannes et Robertus cum Johanne de Hastinges successionem regni vendicabant; verum quia regnum debet nunquam dividi et, ut a quibusdam dicebatur, proximiori regio sanguini debeatur; prædictus Robertus de Bruys, licet de secunda sorore exisset, tamen in eo 'quod sanguini proximior in uno erat gradu,'[2] petiit se, tanquam sanguini proximiorem, ad regni successionem admitti. Prædicti tamen arbitri rationem non admittentes, prædicto Johanni de Balliolo, tanquam e primogenita exeunti, successionem regni Scotiæ adjudicarunt: rex vero noster, eorum 'approbando'[3] arbitrium, eidem Johanni regnum Scotiæ cum omni integritate restituit, salvo sibi homagio suo et fidelitate pro tempore 'faciendis.'[4] Die vero Sancti Andreæ Apostoli idem Johannes de Balliolo effectus est rex Scotiæ more Scotorum, qui sequitur. Apud monasterium de Scone positus erat lapis pergrandis in ecclesia Dei juxta majus altare, concavus quidem 'et'[5] ad modum rotundæ cathedræ confectus, in quo futuri reges loco quasi coronationis ponebantur

The kingdom is adjudged to Baliol:

Nov. 30.

who is crowned at Scone,

[1] 'domino,' MS. Lansd.

[2] 'quod sanguine regio in uno gradu proximior existeret,' MS. Lansd.

[3] 'amplectendo,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[4] 'faciendum,' MS. Lansd.

[5] Supplied from MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1292.

ex more; et hujusmodi novi regis depositio ad comitem de Fyf jure hæreditario pertinebat, facto tamen juramento quod sanctam matrem ecclesiam populumque sibi subjectum juste regendo defenderet, legesque bonas conderet, usitatasque et inventas usque ad mortem continuaret: rege itaque novo in lapide posito missarum solemnia incepta peraguntur, et præterquam in elevatione sacri Dominici corporis semper lapidatus mansit. Die autem beati protomartyris Stephani idem rex Scotorum homagium[1] fecit regi nostro apud Novum Castrum super Tynam anno Domini M.CCXCII. restituitque ei rex noster omnia sua jura integra et illæsa cum omnibus castris suis; et sic reversus est ad partes australes.

Affairs of Scotland.

and does homage to King Edward.

Obiit Papa Nicolaus.

Anno Domini M.CCXCII. die parasceues[2] obiit papa Nicolaus quartus, vacavitque sedes fere per II. annos, et electus est tandem Cælestinus quintus,[3] qui primo fuerat heremita, et mense Junii consecratur anno Domini M.CCXCIV. Qui cum esset homo simplex, et ex sua simplicitate multa et quasi inaudita concessisset; tandem, pœnitentia ductus, eo quod tanto oneri non esset dispositus, cessit papatui et honori in festo Sanctæ Luciæ Virginis eodem anno, et statim in vigilia Natalis Domini Bonifacius octavus[4] ad culmen apostolatus electus est, et mense Januarii apud

Death of Pope Nicolas, April 4.

Accession of Celestine V. (1294).

He resigns the pontificate, Dec. 13.

Boniface VIII.

[1] The oath of fealty is printed in Rymer's Fœdera, i. 782.

[2] Good Friday; from the Greek *παρασκευη, preparation.*

[3] Peter de Morone, a native of Isernia, elected Pope on Monday the 5th of July, 1294, and consecrated Sunday the 29th of August following, the papal see having been vacant for the space of two years and three months.

[4] Benedict Gaetano, Doctor of Canon Law and Cardinal of St. Silvester, consecrated on Sunday the 2nd of January, 1295.

Edward I. A. D. 1292.

basilicam principis apostolorum honorifice consecratus.

Obiit Radulphus Carleolensis Episcopus.

Death of Ralph de Ireton, Feb. 29.

Eodem anno scilicet M.CCXCII. ultimo die Februarii obiit bonæ memoriæ Radulphus Carleolensis episcopus,[1] quondam prior noster Gisburniæ, et in eadem Carleolensi ecclesia sepultus.

Carlisle destroyed by fire.

In sequenti vero festo Sancti Dunstani archiepiscopi tota civitas Carleolensis horribili incendio concremata est et combusta, cum tota abbatia et universis domibus Fratrum Minorum et ecclesiis, 'solique'[2] Prædicatores salvati sunt, sed cum difficultate maxima; nocte enim evenit ignis, et irruente vento maximo non erat quod resistere posset. Contigit autem sic casus ille nefandus: erat unus ex civibus habens filium sceleratum, et quia habebat eum exosum vendidit extraneo domos quas habebat: indignatusque filius minabatur publice dicens quod emptor ille nunquam gauderet pacifice hæreditate sua: et quia in crepusculo noctis in eisdem domibus ignis quasi subito initium assumpsit, captus est ille filius, tractus, et suspensus.

Quomodo Guerra Franciæ orta est inter Regem Angliæ et Franciæ.

A. D. 1293. War with France.

Anno Domini M.CCXCIII. orta est execrabilis contentio inter marinarios regis Angliæ de Portubus et marinarios regis Franciæ ex Normannia, in hunc modum. Navis quædam 'de'[3] Por-

---

[1] Ralph de Ireton, Prior of Gisborough, elected Bishop of Carlisle December, 1278, on the refusal of William de Rotherfeld, Dean of York, to accept that dignity, and consecrated by the Bishop of Tusculum, now Frescati, in 1280.

[2] 'solique Deo,' MS. Cott. Tib.

[3] 'ex,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1293.

Dispute between the mariners of Normandy and the Cinque Ports.

tubus in 'Normanniam'[1] applicans mansit ibidem diebus aliquot; cumque die quadam egrederentur duo nautæ ut ex quodam fonte ibidem proximo aquam sibi dulcem et desiderabilem haurirent, contigit eosdem ibidem invenire marinarios Normannos, a quibus irritati movebantur ad verba, et de verbis ad verbera, et tandem ferro agitati unus eorum occubuit, fugitque alter et se cum sociis suis in navem recepit, nuncians eis casum et adventum Normannorum insequentium 'proximum.'[2] Cumque in altum ducerent, ut sic saltem laberentur, insecuti sunt hostes ut eos apprehenderent; sed tamen insequentes cum difficultate transierunt nunciantes talia marinariis de Portubus, et eorum auxilia exposcentes, nec furor persequentium ita requievit, sed associatis eis pluribus naves Anglicanas in mari quæsierunt. Et cum die quadam sex Anglicanas naves obviam habuissent, easdem hostiliter aggressi duas ex ipsis continuo peremerunt suspendentes homines cum canibus 'ad trabes'[3] navium suarum, et sic per mare navigantes nullam faciebant differentiam inter canem et Anglicum. Quæ cum marinariis 'de Portubus'[4] a cæteris fugientibus dicerentur, mox conglobati et in tanti opprobrii vindictam fremendo animati, hostes cæteros quæsierunt, et cum non invenirent ad votum ingressi sunt potenter portum de Swyn[5] ut ex hostibus suis vindictam expeterent, ubi interfectis aliquibus et 'quibusdam'[6] submersis sex inde naves potenter adduxerunt, et extunc hinc inde vacabant congressionibus mutuis utrinque sanguinem sitientes cum naufragiis et rapinis. Cum-

Naval engagement.

[1] 'Normannia,' MSS.

[2] 'proximis,' MS. Lansd.

[3] 'in trabibus,' MS. Lansd.

[4] 'nostris,' MS. Lansd.; omitted in MS. Cott. Tib.

[5] The port of Sluys.

[6] 'multis,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1293.

que inter eos talia longo certamine gererentur missis internunciis placuit tandem partibus certo die congredi cum toto conamine, scilicet quarto decimo die Aprilis, fixo le standard quasi in medio mari inter Angliam et Normanniam, ibi enim ex communi assensu anchoraverant navem pergrandem et vacuam in signum congressionis faciendæ: interim vero Anglici sociaverunt eis Hibernicos et Hoylandicos, Normanni vero adduxerunt sibi Francos, Flandrenses, et marinarios de Gene. Adveniente demum die, convenerunt ibidem armis bellicis sufficienter instructi, et sicut in eis fuerat disparitas animorum sic et eodem die contigit maxima inæqualitas elementorum, nivis scilicet et grandinis ventique validissimi; consertumque est grave prœlium inter partes, et tandem victoriam dedit nostris ipse Deus omnipotens, perieruntque gladio multa millia præter submersos cum navibus quasi infinitos, reduxeruntque nostri onustas cum præda naves circiter CCXL.[1] Quæ cum Philippo regi Francorum nunciata fuissent, licet frater ejus Carolus hujus navalis prœlii auctor extitisset, missis tamen ad regem Angliæ nunciis obnixe petiit emendas sibi fieri, auctoresque facti puniendos tradi, et infinitam pecuniæ summam pro spoliatione mercatorum suorum liberari. Quibus rex noster prudenter respondit quod per proprios responsales ad interrogata responderet; missisque nunciis rogavit regem Francorum tanquam parentem et dominum ut certos diem et locum nominaret ad quos cum communi consilio hinc inde properarent, amicabiliter super hujusmodi tractaturi, et facturi ulterius quod ipsa rei veritas suaderet. Quod quidem oblatum rex Franciæ

The English are victorious.

King Edward sum-

[1] Compare with this the accounts of T. Wikes and the French historians William de Nangis and Paulus Æmilius.

non admittens, de communi consilio 'magnatum'[1] suorum præcepit regem Angliæ per brevem vocari, certo die super hujusmodi injuriis in curia sua responsurum. Qui, cum ad diem non veniret, præceptum fuit et a curia regis Franciæ judicatum, quod tota terra sua transmarina seisiretur, et iterum recitaretur ad diem alterum, sub pœna forisfacturæ totius terræ suæ transmarinæ responsurus. Rex autem Angliæ seditionem timens, utpote a quibusdam amicis suis præmunitus, personaliter non adiit, sed dominum Edmundum fratrem suum comitem Leycestriæ cum literis suis ad diem 'utrumque'[2] misit, in eodem negotio facturum quod justitia suaderet; qui cum pro rege Angliæ cum sufficienti mandato se ostendendo offerret non receperunt eum, sed in curia regis judicarunt Vasconiam et omnes terras regis Angliæ forisfactas pro contemptu. Ipse autem dominus Edmundus[3] sub spe pacis diversimode tractavit cum rege Francorum; ita quod communiter diceretur quod rex noster sororem regis Franciæ duceret in uxorem et omnia sopirentur. Interim senescallus regis Angliæ[4] in Vasconia permittere noluit ministros regis Franciæ Vasconiam ingredi ut seisirent eam, fiebatque altercatio magna, propter quod rex Franciæ vocato domino Edmundo rogavit eum tanquam pacis mediatorem et amicum quod ingressum suorum permitteret saltem in quatuor vel quinque civitates, scilicet Burdews, Bayon, Langon et Mermaunde, et hoc in spe pacis, dicens se pacem firmare non posse nisi magnates sui viderent sententiam curiæ suæ

Edward I. A. D. 1293.

moned to the French court: he delays to attend: is declared contumacious, and disseised of all his continental possessions.

[1] 'magnatorum,' MSS.

[2] 'utrimque,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[3] A particular account of the whole of this transaction was transmitted by Prince Edmund, in a letter, to the seneschal John de St. John. The original is in the Tower of London. It is printed in Rymer, Fœdera, i. 794.

[4] This seneschal was John de St. John.

Edward I. A. D. 1293.

executioni mandatam, in fide promittens regia plenam pacem debere subsequi si rogatum hujusmodi adimpleret. Qui cum talia non audere se præsumere diceret, statim ad rogatum ipsius voluntatem regis Angliæ super hoc et consensum requisivit; rex autem, dicto fratris sui fidem adhibens, per suas patentes literas remandavit se ratum et gratum habere et habere velle quicquid suo nomine in hac parte 'duceret'[1] faciendum. Quibus acceptis, et per eum regi Franciæ insinuatis, promisit ei rex in fide et in verbo regio quod omnia post tempus modicum cum plena pace restituerentur ad votum. Ille vero Edmundus simpliciter credens et in tantum regia promissione allectus securitatem non petiit, firmiter credens promissionem regiam omnem debere excedere cautionem; statimque scripsit senescallo Vasconiæ quod earundem civitatum seisinam ministris regis Franciæ liberaret.[2] Quod cum ille fecisset mox ipsi Franci primo paucos et latenter postea plurimos et patenter et demum pergrandem introduxerunt exercitum. Dominus autem Edmundus hoc audiens et seditionem timens, rogavit regem Franciæ ut, promissionis suæ memor, talia fieri prohiberet; cui rex, "Sustine," inquit, "paulisper quousque adimpleantur XL. dies, et omnia restituam." Quibus elapsis, dum super eodem negotio rogaretur per dominum Edmundum, confestim respondit ordinationem curiæ suæ et judicata per XII. pares absque eorundem communi consilio se revocare non posse, mutatoque vultu quasi dedignando recessit. Dominus autem Edmundus cum in eadem curia multos haberet amicos, eo quod

The French obtain possession of Gascony.

---

[1] 'deceret,' MS. Lansd.

[2] Prince Edmund's letter to the seneschal was dated at Paris on the 3rd of February.

Edward I. A. D. 1293.

reginam Naverniæ matrem uxoris regis Franciæ duxerat in uxorem, occulte præmunitus, et ex conjecturis certis seditionem timens, a curia illa latenter et cum festinatione se transtulit, et in Angliam ad fratrem suum regem veniens, omnia per ordinem, non sine gravi cordis dolore, recitavit, dicendo, se 'esse'[1] in hoc facto stultum et quasi ipsius seductorem. Rex autem licet animo consternatus ab auditis, tamen fratrem blande confortavit, moxque vocatis magnatibus suis cum Johanne rege Scotorum tenuit parliamentum suum Londoniis, et in eorum præsentia toto processu recitato consilium eorum petiit et juvamen, attestans se etiam si majorem non haberet sequelam cum uno puero et uno equo jus suum prosequi velle usque ad mortem, et super hujus injuriis vindicare; at illi unanimiter responderunt ei, dicentes se eum velle sequi in vitam et in mortem. Rege igitur Scotorum qui aderat cum cæteris magnatibus auxilium promittente, gratias Deo et ipsis egit, et cum multis gratiarum actionibus dimisit, adjiciens et rogans ut parati et instructi venirent cum ab eo essent sufficienter præmuniti.

Edward holds a parliament at London.

Quomodo Homagium reddidit Regi Franciæ.

Rex autem de suorum auxilio sic securus, confestim, missis duobus fratribus de ordine Prædicatorum[2] cum literis credulitatis ad regem Franciæ, homagium suum ei reddidit; 'cui'[3] dicerent in hunc modum: "Dominus noster rex Angliæ non sine causa miratur quod in literis vestris nuper sibi directis eum non vocastis ami-

Renounces his homage to the French King.

[1] 'fuisse,' MS. Lansd.

[2] Hugh de Manchester, a friar-preacher, and William de Gainsborough, a friar-minor. N. Trivet. p. 331.

[3] 'qui,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1293.

cum nec carum consanguineum vestrum, sicut hactenus scribere et facere consuevistis, unde causatur ex hoc, et ex multis conjecturis accepit et credit, quod vos eum, ut prius, vestrum non tenetis amicum: propter quod certissime vobis mandat ut sicut eum creditis et tenetis puta non amicum, sic et ipse vos reputat et consimili modo tenet, et sicut in vobis nullam habet modo fiduciam, sic nec in posterum habere potestis ullam in eo fiduciam sive fidem;" adjeceruntque: "Et quia in terra vestra, in ipso itinere veniendi ad vos, capti fuimus, retenti, et per quatuor 'dies'[1] et dimidium quasi incarcerati, petimus et obsecramus statum nunciorum nobis tribui et privilegium dari." Statimque eorum dicto accepto et ratificato, respondit ex parte regis unus magnatum ejus quod illa captio, detentio, seu incarceratio ex præcepto regis vel scientia non processit, quinimmo multum displicuit, emendas offerens, equos et expensas, et cætera quæque necessaria, rogans ut oblata reciperent pro libito voluntatis suæ. Datoque sano et salvo conductu confestim ad propria reversi sunt, regi nunciantes visa et audita.

Misit Rex Exercitum in Vasconiam.

A.D. 1294. War in Gascony.

Hiis auditis mox ipse rex quingentos armatos et viginti millia peditum misit in Vasconiam cum domino Johanne de Sancto Johanne, qui ejusdem terræ olim senescallus extiterat, et cum domino Johanne de Britannia, et illo milite strenuissimo 'Willelmo Latymer;'[2] qui apud 'Portesmew'[3] omnibus ad expeditionem tantam necessariis

[1] 'annos,' MS. Lansd.

[2] 'Willelmo de Latimer,' MSS. Lansd. and Coll. Trin.

[3] 'Portesmuth,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1294.

præparatis, posuerunt se in mari circa festum beati Petri ad Vincula, et irruente vento contrario dispersæ sunt naves per partes Cornubiæ; iterumque recollectæ apud Plumeuthe circa festum beati Dionysii ventis vela iterato laxabant, et post multa variaque tempestatum discrimina tandem circa festum Apostolorum Symonis et Judæ, applicuerunt in Vasconiam apud Chastellon, quæ situatur in littore fluminis Gerundæ; deditque se eis et regi Angliæ dominus urbis illius, et eos cum lætitia magna suscepit, et benigne tractavit. Profectique sunt inde 'usque ad'[1] Makant et dederunt se cives in vigilia Omnium Sanctorum, et in crastino anchoraverunt cum tota classe ante Burgum super mare qui antiquitus dicebatur Mons Albani; cives autem se dare volebant, sed timebant Picardos qui erant in præsidio civitatis; cumque vidissent Picardi quod se dare vellent, exierunt a castro et plurimos peremerunt. Miseruntque cives ad Anglos nunciantes hæc et eorum auxilium 'exposcentes,'[2] qui confestim in eorum auxilium ascenderunt, et retraxerunt se regales in castrum, et cives se dederunt; mane autem facto cum nostri in castrum irruere voluissent, petierunt Picardi inducias triduales, ut misso nuncio Burdegalim si in eorum non venirent auxilium se statim redderent absque dubio. Misso igitur puero remandavit eis constabularius de Burdews et marescallus Franciæ quod ita festinanter venire non poterant, immo se defenderent et viriliter resisterent, præcipue cum haberent victualia et cætera quæque necessaria, pro tempore semestri; quo audito statim dederunt se, salvis sibi vita et membris, equis et armis, et abierunt in pace. Post dies octo reversi

War in Gascony. August 1. October 3. October 28. October 31.

[1] Omitted in MS. Coll. Arm. | [2] 'expetentes,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1294.

War in Gascony.

sunt nostri ad urbem de 'Blaynes,'[1] quæ distat a Burgo per duas leucas, et similes quasi treugas petierunt castrenses et habuerunt, sed nullo veniente auxilio dederunt se et abierunt, inveneruntque nostri victualia multa in urbe et in castro et dolia vini circiter MM.D. Constituerunt nostri post dies aliquot custodes istarum urbium fortissimarum dominum Rogerum de Mortimer et dominum Ricardum de Boys cum populo terræ multo, et profecti sunt usque Burdews quæ distat 'a Burgo'[2] per quinque leucas, manseruntque in opposito civitatis illius in flumine Gerundæ per duos dies, et emissis hinc inde telis cum jam non proficerent, nec se cives dare vellent, ascenderunt in flumine usque 'Riows,'[3] ubi dominus loci illius gratanter se dedit eis cum tota villa et castro, et tunc primo nostri extraxerunt equos a navibus, cum jam in mari mansissent per XVII. ebdomadas et aliquos dies. Tandem vero, refocillatis hominibus et equis, diviserunt se nostri quasi in duas partes; remanseruntque in eodem loco, ut populum terræ sibi attraherent, dominus Johannes de Britannia et dominus Willelmus Latymer cum CCC. equestribus et VII. millibus peditum electorum; profectusque est dominus Johannes de Sancto Johanne cum reliquo populo usque Bayon quæ situatur super mare Hispaniæ versus occidentem, et est civitas fortissima et quasi inexpugnabilis distans a 'Ryens'[4] per quinque dietas modicas, per trigintas leucas regionis illius; cives enim urbis illius cum audissent eum in terram advenisse, vocaverunt eum, eo quod eum diligebant pro antiqua custodia;

---

[1] Generally Blaynes in all MSS., but sometimes correctly Blayves, Blavia in Latin, now Blaye.

[2] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[3] 'Lyons,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.; now Rions, in the arrondissement of Bordeaux.

[4] 'Riouns,' MS. Cott. Tib.; 'Riows,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1294. War in Gascony.

fuerat enim, ut dictum est, olim custos totius terræ Vasconiæ ex parte regis Angliæ et eos cum humanitate tractaverat. Cumque appropinquaret civitati et essent certi cives de ejus adventu, irruerunt continuo in regalibus Francis qui ex parte regis Franciæ præficiebantur eis, et cæsis multis ex eis qui in civitate fuerant, reliquos in præsidio fortissimo loci ejusdem concluserunt, exosos enim habebant eos eo quod abutebantur male concessa potestate; tradideruntque civitatem venienti, et obsidionem castri continuando tenuerunt dicentes lasso quod se cum suis recreando reficeret, nullam habendo curam de obsessis. Post dies autem aliquot cum se viderent castrenses sic diu manere non posse dederunt se, sub pacto tamen quod custos eorum pro omnibus remaneret et cæteri abirent illæsi, remansitque custos eorum Jordanus Bertram et reliqui abierunt. Elapso autem tempore modico, et viribus reassumptis, egressi sunt nostri usque ad Sanctum Cynerinum ut illum expugnarent, ac cives continuo dederunt se, et regales Franci ex pacto recesserunt, ubi assignato custode domino Hugone de Ver cum cc. equestribus et multis pedestribus reversus est prædictus dominus Johannes apud Bayon, et mansit ibidem secure multo tempore.

De Confusione et Captione nostrorum in Vasconia.

Audito adventu Anglorum in Vasconiam misit tandem rex Franciæ Carolum fratrem suum et dominum de 'Nele'[1] senescallum suum, cum multis millibus equestrium armatorum et exercitu copioso, ad capiendum eos et potenter devastandum: qui venientes apud 'Ryens'[2] in Dominica

[1] 'Neel,' MS. Lansd.

[2] 'Riouns,' MSS. Lansd. and Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1294.

War in Gascony.

Palmarum, non processionaliter cum palmis sed turmatim cum lanceis, obsederunt nostros qui ibi remanserant per dies XI. multas oppressiones et diversa gravamina eisdem inferentes. Cumque exirent aliquando nostri ut gloriam militiæ suæ in hostibus exercerent, retaciati sunt a multitudine magna velut oves in ovile: novissime vero videntes nostri se diu sic permanere non posse, consilio inito, decreverunt quod in ipsa ebdomada Paschæ, navigio recederent et de nocte, mitterenturque equi eorum per terram in rivo Gerundæ usque Burgum et Blaynes, sed impeditum est eorum propositum modo qui sequitur. 'Tenebatur'[1] in vinculis miles quidam centenarius, Johannes scilicet Giffard; hic cum cujusdam castri, scilicet Pudensach,[2] custos fuisset deputatus, advenientibus Francis et eum obsidentibus tradidit se eis sub pacto tali quod scilicet ipse cum Anglicis qui cum eo erant abirent libere 'quo vellent,'[3] et voluntatem suam facerent Franci de Vasconiensibus, qui se primo dederant ei et cum eo manebant, feceruntque Franci sic, et de Vasconiensibus suspenderunt laqueo circiter L. propter quod quidem factum irati sunt Vasconienses et vehementer moti et se dare volebant contra nostros, dicentes seditionem fieri in populo suo. Volentes autem Anglici ipsis placere pro posse, statuerunt judicialiter procedi contra eundem militem ut saltem cognita veritate eorum innocentiam declararent; cumque marescallus exercitus dominus scilicet Radulphus de Gorges in ipso die Mercurii quo exire deberent in vesperis pro tribunali sederet, ad judicium faciendum de ipso milite et de qui-

[1] 'Tenebatur enim,' MS. Lansd.

[2] *Podensac*, a town situated on the Gironde, in the arrondissement of Bordeaux.

[3] Supplied from MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1294.

War in Gascony.

Want of discipline in the English army.

busdam pedestribus qui propter mala eorum opera tenebantur in vinculis, venerunt pedestres reliqui qui magis solito vino æstuabant, eo quod in transitu subito erant omnia communia, et dixerunt expresse se nolle pati de ipsis judicium fieri nec suos quoquo modo perire in tam arcta necessitate: instantibus itaque militibus pro judicio faciendo resistebant pedestres, et ad invicem rixati sunt ita quod unus pedestrium percussus interiit; moxque efficiuntur partes, et in suam perniciem dividuntur pedestres et equestres mutuo secedentes usque in vesperem. Adveniente tandem vespere fugerunt equestres ad naves suas, et relictis equis suis properabant navigio usque Burgum et Blaynes, multi tamen eorum cum naves ascendere non possent, utpote a pedestribus impediti, in præsidio ejusdem urbis se cum difficultate receperunt: mane autem facto ingressi sunt Franci, nullum quasi resistentem habentes, et occisis pedestribus qui remanserant ceperunt equos cæterorum qui aufugerant armatos, sellatos, et frænatos, moxque expugnaverunt cæteros qui erant in præsidio, et præter armigeros multos ceperunt milites quasi XII. videlicet dominum Radulphum 'Townay,'[1] dominum 'Radulphum'[2] de Gorges, dominum Rogerum de Layburne, dominum Emericum de Sancto 'Amando,'[3] dominum Johannem de Crettyng, dominum Jacobum de Crettyng, dominum Henricum de Boyding, dominum Johannem de Maundevile, dominum Johannem de 'Foleburne,'[4] dominum Robertum de Cokefeld, dominum Thomam de Turbevyle,[5] qui postea, ut infra

[1] 'Toway,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'Robertum,' MS. Cott. Tib.

[3] 'Edmundo,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[4] 'Fulborn,' MS. Cott. Tib.

[5] In the list of those summoned by knight-service to attend the king on this expedition into Gascony the name is more

Edward I. A.D. 1294.

War in Gascony.

patet, conjuravit cum Francis contra Anglicos, et dominum Walterum Giffard.[1] Hos omnes captivatos direxerunt in Franciam sub arcta custodia recludendos, et 'urbem'[2] de Ryons demolierunt in terram in odium Anglorum, profectique sunt inde cum exercitu toto usque ad Sanctum 'Cynerinum'[3] ubi erant ex nostris CC. armati cum domino Hugone de Ver, ut supradictum est, et obsederunt eos per IX. ebdomadas, inferentes eis mala quæ poterant: cumque morerentur armati Franci in multis millibus et subito quasi porci propter 'usum'[4] armorum et calorem nimium, fecit eos sepeliri Carolus in cimiterio novo quod erexerat in campo et dedicari fecerat a quibusdam episcopis qui aderant cum eis. Stupefactus tandem Carolus, cum multos jam ex omni parte perdiderat, cœpit solito benignius ad bonum pacis animum inclinare, unde, missis nunciis et remissis, cum nostris demum fœdus tale pepigit, quod scilicet irent libere quo vellent cum suis omnibus, nec urbi nec civibus quicquam 'mali'[5] inferret aut demoliret, sed statum haberent pristinum et eis omnia conservarentur illæsa: recedentibus igitur nostris apud Bayon, fecit Carolus locum eundem victualibus et cæteris quibuscunque necessariis instaurari et bene muniri, et, appositis custodibus et multis militibus, reversus est in Franciam et iterum non reversus; immo reversi sunt nostri cum illum abiisse didicissent, et effugatis cæteris locum, ut prius, eundem tenuerunt.

Peace is concluded.

properly spelled Turbervill.—Rymer, Fœdera, i. 802.

[1] 'videlicet dominum Radulphum Townay . . . . Walterum Giffard,' omitted in MS. Lansd.

[2] 'urbem nominatam,' MS. Lansd.

[3] 'Cynerum,' MS. Coll. Arm. Trivet calls the place Sanctum Severum, (St. Severe,) and says it held out for thirteen weeks.

[4] 'abusum,' MSS. Lansd. and Coll. Trin.

[5] 'molestiæ,' MS. Lansd.; 'mali vel molestiæ,' MS. Cott. Tib.

Quomodo Rex noster Fœdus iniit cum Rege Alemanniæ.

Edward I. A. D. 1294.

Alliance with Germany.

Anno Domini M.CCXCIV. misit rex Angliæ dominum Antonium Bek episcopum Dunolmensem[1] ad regem Alemanniæ ut fœdus cum eo iniret, qui datis, ut dicitur, LX. millibus libris sterlingorum, conventiones et pacta cum eo iniit, quod scilicet usque ad certum tempus præfinitum regi nostro et suis contra regem Francorum et suos, cum omni robore exercitus sui, fideliter assisteret, veniretque in eorum auxilium cum esset sufficienter præmunitus: convenit etiam quod neuter eorum absque altero cum rege Franciæ concordaret vel fœdus iniret quoquo modo; quæ quidem pacta segniter tenuit, ut patet inferius.

Recepit omne depositum in Ecclesiis.

The King seizes the money deposited in the churches and monasteries.

Eodem[2] anno rex Angliæ, nescio 'quorum'[3] fretus consilio, omnem pecuniam numeratam et omne depositum in ecclesiis cathedralibus, domibus religiosis, et universis gazophylaciis clericorum et laicorum, fratrumque Prædicatorum et Minorum, cæterorumque ordinum omnium, quarto scilicet die Julii hora tertia, per ministros suos ad hoc præordinatos, quasi ex improviso cepit, et in ærarium suum Londoniis 'reponi jussit,'[4] multamque pecuniam consecutus est quam nun-

[1] The ambassadors were John archbishop of Dublin, Anthony bishop of Durham, Florence count of Holland and Zealand, and Hugh le Despencer. See Rymer, Fœdera i. 812, where the articles of the treaty are given at full.

[2] Eleven years before Edward had committed a similar act of extortion, for which he received a severe rebuke from the pope. Rymer, Fœdera, i. 631.; Brady, Cont. Hist. Engl. p. 13.

[3] 'quo,' MSS. Lansd. and Cott. Tib.

[4] 'reponere,' MS. Coll. Arm.; 'reposuit,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1294.

quam postea restituit. Illis tamen qui ei tenebantur in debito vel communiter cum clero vel populo auxilium promittebant ei, hujus acceptam pecuniam in solutionem alterius jussit allocari seu restitui.

Rex cepit Lanas.

Eodem etiam anno circa festum Ascensionis Domini omnes lanas terræ suæ seisivit tam clericorum quam laicorum, et sic seisitas tenuit quousque mercatores, data maxima pecuniæ summa, eas quasi de novo redimerent et haberent.[1]

Exegit Rex Medietatem Bonorum a Clero.

Convocation of the clergy at London. Sept. 21.

Eodem anno vocavit rex per literas suas archiepiscopos, episcopos, decanos ecclesiarum cathedralium, et archidiaconos, in propriis personis, clerumque uniuscujusque diœcesis per duos procuratores, ut in festo sancti Matthæi apostoli coram eo comparerent Londoniis. Quibus ibidem existentibus ait rex, "Domini carissimi, jam satis constat ut audistis de famosa ista guerra quæ inter regem Francorum et 'nos'[2] initium sumpsit; non nostra culpa, ut novit ipse Deus, sed absque ullo dolo vel fraude casualiter sumpsit initium, et usque in præsens sumptuosissime continuata est. Verum, ne ex injusto bello redargui possemus vel reprehendi, obtulimus ei primo pacem, et pacis formam uterque nostrum amplexatus est: quam cum ex parte nostra, ut convenit, servare parati essemus, ipse

The King exacts the half of their temporalties.

[1] The king issued writs to the sheriffs bearing date the 26th of July, commanding them to seize, for the royal use, the wool and tanned hides which were about to be transported beyond sea, and to give to the owners tallies for the sums thus become due to them.

[2] 'inter nos,' MS. Coll. Arm.

Edward I. A. D. 1294.

eam renuit et contempsit, et quanto magis pacem quæsivimus tanto magis eramus ab ea longius separati. Videntes autem nos finaliter sic illudi hanc guerram incepimus, etiam si necesse fuerit pro justitia nostra consequenda usque ad mortem continuandam; verum quia terræ vestræ Anglicanæ non sum nisi unus quasi malus custos, et non 'tantum'[1] ipsa terra vestra 'sed'[2] tota Anglicana ecclesia jam in arcto ponitur et movetur injuste, nec continuare possumus quod incepimus nisi de eadem terra vestra nobis auxilium tribuatur, idcirco orationes vestras in præsenti expetimus et vestrum auxilium implorantes. Et juste debetis, domini carissimi, et præcipue ista ratione impertiri auxilium, quoniam videtis comites, barones, et milites vestros, quod non solum bona, verum etiam corpora sua pro vobis exponunt et pro terra vestra non solum ad sanguinis effusionem, immo frequentius ad mortem. Et vos igitur, qui corpora vestra exponere non potestis, justum est et rationi consonum ut de bonis vestris subveniatis." Adjecitque subsequentia, ut placaret eos; scivit enim eos esse motos pro immunitate ecclesiæ violata, et ait, "Quia recenter 'duo'[3] facta sunt in quibus admiramini, placare vobis volumus et in hac parte respondere. Præcepimus quod omnes lanæ terræ arestarentur, et hoc non sine causa fecimus, quia nostræ voluntatis fuit ut de bonis terræ ipsa terra conservaretur illæsa. Aliud est, datum fuit nobis intelligi quod moneta terræ nostræ corrupta fuit et falsata, unde præcepimus quod statutum monetæ in suo robore teneretur, nihil mali suspicantes; sed in hoc facto con-

---

[1] Supplied from MS. Lansd.
[2] 'immo,' MS. Lansd.
[3] 'domini,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1294.

tigit sicut et accidit inter apostolos Jesu Christi, inter enim XII. erat unus malus qui Christum tradidit, similiter et in hoc facto fines mandati nostri quidam egressi sunt et deceperunt nos, unde parati sumus emendas facere pro libito vestræ voluntatis." Cumque loquendi finem faceret, respondit Oliverus Lincolniensis episcopus: "Domine, istud negotium consilium requirit; detur igitur dies ad consulendum cum fratribus nostris et ex consilio respondendum:" Datusque est dies tertius; interim vero consulentes diversi diversa senserunt, vacabat enim Cantuariensis ecclesia[1] et membra sine capite in consilio dispersa sunt; 'episcopus etiam'[2] Eborum Johannes Romanus regis timore perterritus, eo quod regi in magna pecuniæ summa tenebatur, quasi 'dissimulando constituit;'[3] Dunolmensis vero nondum reversus fuerat de Alemannia. In unum tandem votum concordabant omnes ut offerrent regi duas decimas in uno anno solvendas: quod audiens rex indignatus est, et per suos satellites comminatus se extra protectionem suam clerum velle ponere nisi medietatem omnium bonorum concederent et votis ejus annuerent in hac parte; statimque quasi stipula corda eorum dissipata sunt; quidam enim regi placere volentes festinanter, alii vero timore perterriti subsequenter, concesserunt, et quia immunitas ecclesiæ, ut supradictum est, læsa fuit et violata petiit clerus a rege jubente quosdam articulos; jussit enim rex postquam

---

[1] Robert de Winchelsey was elected on the 13th of February, 1293, but did not receive consecration till September, 1294, about the time when this contribution was exacted.

[2] 'nostra ecclesia,' MS. Coll. Arm.; 'noster autem,' MS. Cott. Tib.

[3] 'similando continuit,' MS. Lansd.

votis ipsius 'paruerant,'[1] ut et ipsi ab eo peterent remedia quæ vellent. Et petierunt imprimis ut Statutum de Manu-mortua, quod in præjudicium sanctæ matris ecclesiæ fuerat editum, deleretur; cui quidem articulo respondit ipse rex quod illud statutum de consilio magnatum suorum fuerat editum et ordinatum, et ideo absque eorum consilio non erat revocandum; cæteris autem articulis quos proposuerant respondit de facili: ita quod frustrati et 'delusi,'[2] reversi sunt ad propria, obligati tamen ad medietatem concessam. Eodem etiam in anno habuit rex a communitate terræ decimum denarium, et a civitatibus 'sextum.'[3]

Edward I. A.D. 1294.

He promises them remuneration.

Wallenses rebellare cœperunt.

Eodem anno circa festum sancti Michaelis Wallenses rebellare cœperunt.[4] Convenerant enim et 'statuerant'[5] inter se quod in ipso die sancti Michaelis omnes unanimiter insurgerent contra regem, et castra ejus dirimerent, feceruntque sic, et eodem die quasi ex improviso ceperunt castella multa, ceperuntque castrum de Carnarvan quod rex noster dudum sumptuosissime construxerat, demolientes muros et ministros regis trucidantes, fugeruntque Anglici qui poterant, et multi absorpti sunt in ore gladii eo quod subito facta sunt hæc. Istius autem seditionis excitatores fuerunt 'duo, nominatim'[6] Maddoch et Morgan,[7] qui de sanguine prin-

The Welsh rebel,

---

1 'pervenerant,' MS. Lansd.

2 'quasi delusi,' MS. Lansd.

3 MS. Coll. Arm. reads 'VII^{um}.'

4 The cause of this rebellion was the heavy tax levied for carrying on the war with France.

5 'statuerunt,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

6 Supplied from MS. Lansd.

7 Madoc was leader of the men of North Wales, and Morgan chief of the Glamorganshire and southern insurgents.

Edward I. A.D. 1294.

cipis Leulini se descendisse dicebant, et ideo nomen principis suscitare debere. Quæ cum audisset rex, mox congregato exercitu declinavit ibidem, missisque literis ad dominum Edmundum fratrem suum et comitem Lincolniæ,[1] qui tunc temporis in portu de 'Portesmuth'[2] cum multis millibus armatorum parati fuerant in Vasconiam transfretare, ut ad eum in Walliam cum omni festinatione redirent; qui cum audissent talia properabant ad eum, et manserunt ibidem usque fere ad medium Quadragesimæ. Contigit autem quod die sancti Martini in hyeme dum idem comes Lincolniæ ad castrum suum de Tynebech ante regem nostrum festinaret, si forte illud salvare posset, sicut credidit, obviatus est ab hominibus suis propriis Wallensibus, habet enim ibidem multas possessiones et castra, qui quidem Wallenses sui commisso cum eo gravi prœlio 'prævaluerunt'[3] adversus eum, et interfectis hinc inde multis, ipsum tandem, cum jam diu strenue militasset, in fugam cum paucis converterunt. Rex etiam noster, transito flumine de Conway, dum ad castrum declinaret non est eum secutus totus exercitus, unde superabundantibus aquis maris et fluctuum subitorum obsessus est a Wallensibus per tempus aliquod. Sic separatus a suis et exclusus passusque est ad tempus modicum et famem et sitim, bibitque aquam cum melle mixtam et panem in saturitate non comedit; præoccupaverant enim Wallenses quadrigas suas, et victualibus acceptis et ablatis, homines quos poterant detruncabant. Cumque

Marginal notes: and defeat the King's forces at Denbigh. Nov. 11. — The King straitened for provision.

[1] Henry de Lacy, third earl of Lincoln, succeeded his father in 1257. In the preceding year, having espoused Margaret, daughter and co-heir of William de Longespee, (son of William de Longespee, Earl of Salisbury,) he became, *jure uxoris*, Earl of Salisbury.

[2] 'Portesmue,' MS. Coll. Arm. 'Portesmun,' MS. Lansd.

[3] 'prœliaverunt,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

haberent modicum vini, vix unius lagenæ[1] costrellum, quod pro rege salvare decreverant, non adquievit ipse rex, sed ait, "Omnia in necessitate debent esse communia, et omnes unam et similem dietam patiemur quousque respiciat nos ipse Deus ab alto, nec præficiar vobis in esu qui coarctationis istius origo et causa sum;" cito autem post visitavit Deus omnipotens eos, et decrescentibus aquis, venit ad regem exercitus totus et ipsi Wallenses in fugam versi sunt.[2] Post multos autem eventus et conflictus varios in tantum Wallenses sunt agitati et astricti, quod missis et remissis nuntiis ipse Maddoch cum suis ad pacem regis admissus est, sub conditione tamen tali quod alterum scilicet Morgan prosequeretur et caperet, et infra certum tempus regio carceri manciparet. Quod quidem pactum tenuit et fecit, et plenam pacem adeptus est;[3] acceptique sunt obsides multi de nobilioribus totius Walliæ, et missi sunt in Angliam ad diversa castra ut custodirentur in eis usque ad

Edward I. A.D. 1294.

The Welsh defeated.

A.D. 1295.

Madoc sues for peace

and gives hostages.

[1] The capacity of the lagena is thus given in an Assize of David, King of Scotland, concerning weights and measures. The lagena should be capable of containing twelve pounds of water, four pounds of seawater, four of stagnant water, and four of pure. Its depth should be six inches and a-half, its breadth at the foot should be eight inches and a-half, taking the thickness of the wood on either side; at the higher extremity it should measure in circumference twenty-seven inches, and at the lower twenty-three. The lagena was also a dry measure, as we read of it in connection with corn and butter.

[2] It was in this expedition that Edward ordered all the woods in Wales to be cut down to prevent the enemy using them as places of retreat.

[3] Caradoc of Llancarvan relates that the king having returned into England, Madoc again gathered round his standard some patriot forces, and obtained various successes against the English, but was at last taken prisoner in 1295, at a battle fought upon the hills of Cefn Digolh, not far from Camrs Castle, and sent to London where he was condemned to perpetual imprisonment in the Tower.

Edward I. A.D. 1294.

Famine.

jussionem regis, manseruntque in eisdem usque ad guerram Scotiæ fere finitam. Eodem anno fames valida Angliam afflixit et moriebantur pauperum multa millia, vendebatur enim quarterium frumenti pro XVI. solidis et multotiens pro XX.

De Seditione Turbevile.

A.D. 1295.

Treachery of Sir Thomas de Turberville.

Anno Domini 'M.CCXCV.'[1] dominus Thomas de Turbevile, qui, ut supradictum est, in captura de Ryons cum cæteris militibus captivus ductus est et carceri regis Franciæ mancipatus, cogitavit sollicite quomodo effugere posset carcerem et vincula: qui cum esset regi Franciæ familiari notitia cognitus, pepigit cum eo fœdus in seditionem regis Angliæ dicens, "Providebis tibi, O rex, de magna classe, et pones in ea robur exercitus, ego autem revertar ad dominum meum regem, et dicam ei, quod, auxiliante amico quodam, cum difficultate manus tuas evasi. Cumque ab eo impetraverim custodiam maris et portuum obviabo marinariis tuis, eritque signum fœderis inter me et ipsos ut cum viderint vexillum meum supra vexillum regis elevari audacter in eodem loco terram ingrediantur, et absque difficultate eam eis tradam." Facta ergo hac conventione tam valida promisit ei rex mercedem iniquam, et acceptis duobus filiis suis obsidibus dimisit eum et abiit: reversus autem est ad regem Angliæ et ab eo honorifice susceptus est, et, in captivitatis suæ solatium, familiariter cum eo conversatus; cumque frequenter instaret ut cura sibi maris traderetur excusavit se rex, eo quod noluit ipse Deus

[1] 'M.CCXCVI.,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1295.

iniquitatis propositum adimpleri. Rex autem Franciæ, conductis interim navibus multis de Marsilio scilicet et de Gene et undecunque poterat, magnum robur exercitus misit in mare, ita quod aliquando viderentur plusquam ccc. naves magnæ signum expectantes quod acceperant; cumque mansissent diu nec signum vidissent, miserunt ex consilio proprio v. galeas electas ut terram explorarent; at una 'earum'[1] præ cæteris festinans applicuit apud Hydam juxta portum de Rumenai; quod videntes Anglici, qui ibidem fuerant custodes deputati, simulabant fugam, et ex consilio ducis eorundem retraxerunt se ut ferventius hostes ad terram allicerent; illis itaque fugientibus insequuntur alii, sed facies convertentibus mox et ipsi terga verterunt, et cæsi sunt omnes scilicet 'ccxl.'[2] viri, et navis eorum combusta est: quod videntes aliæ quatuor retraxerunt se usque ad magnam classem, poterant enim videri a nostris, nec tamen cum eis audebant congredi marinarii nostri, timentes multitudinem magnam. Circa festum beati Petri ad Vincula magna pars ejusdem classis applicuit apud Doverniam ex parte occidentali, ubi nulla fuerat applicandi suspicio præ multitudine lapidum et rupis excelsæ, egressique sunt bellatores fortissimi circiter xv. millia hominum, et spoliaverunt Doverniam ab hora prima usque fere vesperam, incendentes eam igni pro magna parte. Cumque in ingressu eorum fugissent omnes et dispersi fuissent conclamantes et ejulantes, conglobati sunt incolæ et concurrebant milites qui curam maris habebant, ita quod eodem die hora quasi undecima hostes aggressi sunt animose,

A French fleet sails for England.

Aug. 1. The French land and burn Dover;

they are defeated.

[1] Omitted in MS. Coll. Arm.

[2] 'ccl.,' MSS. Lansd. and Coll. Trin.

Edward I. A.D. 1295.

cæsisque quasi V. millibus reliquos in partes diviserunt; quidam enim fugerunt in segetes qui postea cædebantur ab incolis, et cæteri qui poterant navigio fugerunt; triginta autem viri fortissimi receperunt se infra clausum abbatiæ, strenuissime pugnantes usque in vesperum, ita quod nihil eis nocere poterant nostri obsidentes. Cumque in vesperis nostri remissius agerent, et multi reverterentur ad propria, ipsi quoque dilapsi sunt, cum duabus scaphis fugientes; quo mane cognito, insecutæ sunt eos duæ magnæ naves, quæ vela levantes in altum scaphas cum hostibus submerserunt. In ipso autem introitu hostium in villa de Dover, ceciderunt ex nostris XIII. viri et unus monachus; hic quidem monachus, cæteris suis fratribus in campanili ecclesiæ se receptantibus, cum orationi vacaret in ecclesia Dei coram ipso altari trucidatus est, et obtulerunt eum Deo sacrificium matutinum. Interim dum talia agerentur in Anglia discurrebant literæ inter regem Franciæ et prædictum Thomam de Turbevile, in quibus excitavit Francos ut robur exercitus mitterent in Scotiam, sub spe tali et certa quod Scoti contra regem Angliæ 'debellarent,'[1] adjiciens etiam quod dominus Edmundus frater regis et comes Lincolniæ cum immenso populo et magnatibus multis cito post 'proficiscerentur'[2] in Vasconiam, et quod extunc terra Anglicana a suis de facili posset ingredi et obtineri. Clericus autem ipsius domini Thomæ, dum talia scriberet, et literas legeret responsales, juste sibi timuit, ne 'si'[3] forte in tali deprehenderetur facinore tanquam regis et regni proditor

[1] 'rebellarent,' MSS. Lansd. and Coll. Trin.

[2] 'proficiscerent,' MS. Lansd.; 'proficiscentur,' MS. Cott. Tib.

[3] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

censeretur, condoluit, et, sano usus consilio, regi nostro seipsum sponte obtulit, omnia per ordinem narrans et veniam misericorditer petens; quod cum ipsum dominum Thomam non lateret fugit continuo et a curia latenter discessit, sed mox a ministris regis insecutus versus Wallias, post duas dietas captus est, reductus, adjudicatus, et tractus. Et cito post tota magna classis prædicta dissoluta est et ad proprios portus reversa.

Edward I. A.D. 1295.

Cardinales venerunt in Angliam cum Literis Papæ pro Pace reformanda.

Eodem anno circa festum Pentecostes venerunt in Angliam duo cardinales, missi a latere papæ[1] ad regem Angliæ cum epistolis papalibus in hæc verba 'conceptis:'[2]—

The Pope's Legates arrive in England.

"Bonifacius[3] episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, regi Angliæ illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Movet animum mentemque sollicitat, fili carissime, sincera et affectuosa dilectio, quam ab olim, dum cura nobis officii minoris incumberet, ad personam regiam tuumque regnum inclitum gessimus, et continuatis benivolis studiis gerere non cessamus, ut celsitudinem regiam, cujus exaltationem et gloriam summis desideriis affectamus, ad ea inducamus sollicite per quæ in conspectu Regis Altissimi, per quem reges regnant et principes dominantur, de bono semper in melius reddaris acceptior, occurras gra-

Bull of Pope Boniface in favour of peace with the King of France.

[1] Boniface VIII. (Benedict Gaetano, Cardinal of St. Silvester), elected Friday, December 24, 1294, and consecrated Sunday, January 2, 1295.

[2] Omitted in MS. Coll. Arm.

[3] This bull is printed from the original in the Treasury of the Receipt of the Exchequer.

Edward I. A.D. 1295.

Bull of Pope Boniface.

tior, carior habearis, ac in regno mundi 'claris'[1] nominis regii titulis copiosum proveniat incrementum.

"Sane ab ipsis nostræ promotionis auspiciis ad generalem statum fidelium mentis aciem extendentes, et considerantes 'attentius'[2] gravem immo gravissimam et omnino contrariam votis nostris inter te et carissimum in Christo filium nostrum Philippum regem Francorum illustrem, proxima tibi consanguinitate conjunctum, procurante pacis æmulo incentore malorum, discordiam suscitatam, firma et stabili dispositione decrevimus, ut super hujusmodi negotio, cordi nostro potissime insidente, solennes ad præsentiam regiam nuncios et literas mitteremus.

"Sed propter nostrum de civitate Neapolitana discessum, ubi tunc Romana curia residebat, nostrumque accessum ad urbem, quem viarum periculosa discrimina non modicum retardarunt, ac etiam ob nostræ inibi celebrata consecrationis solennia impediti, nequivimus citius nuncios prædictos et literas destinare. Revera, fili, nequaquam sumus immemores, quin potius tenaci memoria retinemus, quod nos hactenus, dum essemus in minori officio constituti sinceris affectibus dilexisti, plenisque fuisti favoribus prosecutus. Ideoque dum solerter attendimus quantis et quam gravibus prædicta discordia noscitur onusta dispendiis, quot et quanta pericula secum trahit, quam dampnosa fidelibus redditur, quam graviter turbat et impedit negotium Terræ Sanctæ, quantumve propterea Deo displicere dinoscitur, anxiamur ut pater, sauciamur ut mater, in intimis turbamur amarius ut

---

[1] 'clarior,' in MSS. of Hemingburgh.

[2] Omitted in MSS. of Hemingburgh.

Edward I. A.D. 1295.

amator, nec possumus quietis refoveri dulcedine, donec prælibatum negotium optatum et celerem exitum, juxta nostri cordis desiderium, sortiatur. 'Cum itaque'[1] venerabiles fratres nostros, Beraldum Albanensem et Simonem Penestrinum episcopos, sedis apostolicæ nuncios, exhibitores præsentium, viros utique profundi consilii, 'viros'[2] litterarum scientia præditos, ac diversarum virtutum titulis insignitos, necnon pacis et concordiæ amatores, ad te dictumque regem Franciæ, tanquam pacis angelos, licet eorum inviti careamus præsentia, destinemus. Excellentiam regiam rogamus 'et'[3] hortamur 'attentius,'[4] 'ac'[5] obsecramus in Domino Jesu Christo, quatinus 'ob'[6] divinam et apostolicæ sedis reverentiam, memoratos episcopos, magnas utique columnas ecclesiæ tuique honoris et famæ fervidos 'zelatores,'[7] tanquam filius benedictionis et gratiæ 'benigne'[4] recipiens, honeste prosequens, et honorificentia condigna pertractans, attente audias, diligenter intelligas, et efficaciter studeas adimplere quæ ipsi, et eorum quilibet, coram te super eodem negotio duxerint proponenda :

"Sic te in hiis devote ac prompte, 'prout'[8] speramus et cupimus, habiturus, ut difficultatis et repulsæ cujuslibet 'procul obice'[9] 'profligato,'[10] regiæ devotionis sinceritas exinde clarius elucescat, tuæque famæ præconium, quamvis amplum et diffusum, in seculo propensius augeatur, ac sedis apostolicæ gratiam, quæ circa filios

---

1 'Cumque,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

2 Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

3 Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

4 Omitted in MSS.

5 'et,' MS. Lansd.

6 'ad,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

7 'amatores,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

8 'ut,' MSS.

9 'more,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

10 'profugato,' MSS.

Edward I. A. D. 1295.
Saturday, Feb. 19.

devotos exuberat, abundantius merearis. Datum Laterani, 'XI.'[1] kalendas Martii, pontificatus nostri anno primo."

De Responsione Regis.

The Pope's Legates request peace. Aug. 1.

Cumque in adventu cardinalium nondum esset reversus rex a Wallia post guerram quam ibi finierat, præcepit rex ut honorifice tractarentur, Londoniisque moram facerent usque ad Vincula beati Petri, ipsius regis adventum præstolantes; ad quem diem ipse rex, pacificata Wallia, et omnes magnates tam cleri quam populi specialiter ad hoc vocati comparentes, ipsos cardinales honorifice et cum 'immenso'[2] gaudio susceperunt. Cumque, facto silentio, uterque cardinalium pacis sermonem faceret, et multa vicissim de bono pacis introducerent, in fine tandem concludentes, ipsum regem, tanquam pacis zelatorem et filium catholicum, rogaverunt ut tanquam princeps piissimus et pacis filius dignaretur animum ad pacis bonum inclinare: responsumque est eis ex parte regis quod deliberato consilio rex ad interrogata et rogata responderet die tertia. Erat autem thema unius cardinalis, "Da pacem, Domine, in diebus nostris;" alterius vero, "Adaperiat Dominus cor vestrum in lege sua, et in præceptis suis, et faciat pacem." Adveniente die tertio, et congregato concilio, frater Willelmus de Hothom prædicavit in Latinis, sicut cardinales fecerant, assumpto themate hoc, "Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam,"[3] reducens in parte sic quod rex noster tanquam verus obedientiæ filius pacisque ze-

[1] 'x.,' MSS.
[2] Supplied from MS. Lansd.
[3] Ps. lxxxv. v. 8.

lator paratus erat audire apostolica mandata 'tanquam prolata cœlitus et emissa.'[1] Finitoque sermone, brevi statimque ex præcepto regis recitabatur in Gallico totus processus suprascriptus, quomodo scilicet inter reges ipsos guerra exorta est, et usque in eundem diem continuata; ut ipsi qui mediatores pacis existerent et promotores videre possent et dinoscere quis regum justitiam haberet in causa, vel quis injustitiam confoveret. In fine vero totius longæ recitationis suprascriptæ surrexit Antonius Dunolmensis episcopus, et ex parte regis respondit sic in Gallico, "Vos, domini cardinales, rogastis et requisistis dominum nostrum regem pro plena pace concedenda vel bonis saltem treugis diutius amplectendis. Et licet unusquisque Christianus et fide catholicus pacem velle debebit et eam amplecti ratione bonorum quæ ex ea sequuntur, et propter ejus contraria et immensa mala quæ ex guerra proveniunt et ex seditione nascuntur, tamen fidelitatem juratam et promissam fideliter tenere 'deberent'[2] homines universi. Unde ipse dominus rex respondet vobis sic: "Quod talis confœderatio inter regem Alemaniæ et ipsum jam nunc inita est, et per sacramentum confirmata, quod neuter eorum absque altero cum rege Francorum pacem faciet, vel treugas 'concedet'[3] quoquo modo. Cujus rei causa ipso 'non requisito'[4] vel dissentiente, nec pacem facere potest nec treugas concedere vult." Quo cessante loqui, confestim cardinales ipsum regem rogaverunt, ut, ex clementia regia, annuere dignaretur nuntios super hoc regi Alemaniæ destinare. Et datus est dies crastinus ad respon-

[1] Sic MS. Lansd.; MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib. read 'tanquam cœlitus etiam emissa.'

[2] 'debent,' MS. Lansd.

[3] 'concedat,' MS. Coll. Arm.

[4] 'irrequisito,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1295.

The Bishop of Durham's reply.

dendum. Crastina autem die cum convenirent iterum universi, idem Dunolmensis in Gallico sic ait: "Domini carissimi, requisistis hesterna die dominum nostrum regem de duobus; 'Uno'[1] scilicet, quod ex gratia sua mera dignaretur nuncios mittere ad regem Alemaniæ, ut ejus animum alliciat ad pacem annuendam et plene confirmandam. Alio, quod scilicet treugas concederet usque certum tempus, infra quod de plena pace tractari posset; vel ipsas saltem treugas ulterius prorogare. Ad primum articulum respondet vobis dominus noster rex sic: "Quod, ratione et reverentia Romanæ ecclesiæ, quæ totius orbis caput est et magistra, et occasione personarum vestrarum, qui illius ecclesiæ estis membra, habitaque consideratione vestri laboris et longi itineris, liberaliter concedit vobis rex nuncios suos super hoc ibidem destinare." Ad aliud sic: "Satis vobis constat et omni populo quod exercitus regis Franciæ et gens sua tota jam parati existunt ut sibi et suis inferant mala quæ possunt, sicut hucusque fecerunt, in terra et in mari; unde regi non esset securum suis præcipere ne se defenderent, nisi ex parte altera esset inhibitum 'ne ulterius'[2] prosequerentur: propter quod vobis respondet quod quam cito 'constiterit'[3] ei regem Francorum ex parte sua hoc inhibuisse vel inhibere velle, statim et ipse suis hoc illud idem præcipiendo mandabit, sed ante non." Factoque tali responso, et accepta licentia,[4] reversi sunt cardinales in Franciam, unde prius venerant. Sed non sunt reversi vacui; immo bursas vacuantes

Departure of the Papal Legates.

---

[1] Supplied from MS. Lansd.

[2] 'ut ulterius non,' MS. Lansd.

[3] 'constituerit,' MS. Cott. Tib.

[4] The king granted to the legates letters-patent, dated on the 14th of August, authorizing them to conclude, in his name, a truce with Philip, to last till the Feast of All Saints next ensuing, if that monarch should desire it. Rot. Pat. 23 Edw. I. m. 10; Rymer, Fœdera, i. 824.

Edward I. A.D. 1295.

ex unoquoque enim capitulo cathedrali vel collegiato per totam Angliam, nomine procurationis et expensarum, sex marcas argenti habuerunt, et hoc ex concessione papali, præter alia 'donaria'[1] multa. Et ubi 'capitula'[1] religiosorum pauperum vel sanctarum monialium propter tenuitatem non sufficerent per se, adjungebantur eis circum adjacentes ecclesiæ parochiales, ad solutionem peragendam; ita quod papale privilegium non remaneret vacuum, nec deficeret obolus in summa. Sequenti vero anno reversus est unus eorum, cum esset tunc rex in guerra Scotiæ apud Berewyk, ut de præmissis responsum acciperet, et interim missi nuncii ad regem Alemaniæ reversi sunt, nunciantes quod nec pacem voluit nec ullum amorem, sicque reversus est ille cardinalis infecto negotio. Reliquit tamen ibidem octo personas ex suis interfectos a Scotis, 'qui quum'[2] ad quærendum fœnum et paleas die quadam cum aliis processissent, et incaute procederent, a Scotis circumsepti sunt et interfecti. Iterumque expensas accepit idem cardinalis, videlicet, secundum taxationem Wyntoniensem et Lincolniensem, de unaquaque marca III. denarios. Eodem anno clerus decimum, cives sextum, populus duodecimum denarium 'regi contulerunt.'[3]

The Emperor of Germany refuses to make peace.

Obiit Robertus de Bruys.

Eodem anno in terra sua Vallis Anandiæ apud Loghmaban obiit nobilis ille vir dominus Robertus de Bruys quartus, in Cœna Domini, qui, ut superius tactum est, circa successionem regni

Death of Robert Bruce.

Thursday, March 31.

[1] Supplied from MS. Lansd.

[2] Sic MS. Coll. Trin.; 'qui,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.; 'qui tamen,' MS. Lansd.

[3] 'regni contulerunt,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1295.

Scotiæ cum Johanne de Balliolo coram rege Anglorum disceptavit; et, ut vivens ipse jusserat, sepultus est in domo nostra Gisseburne juxta patrem suum, Dominica secunda post Pascha, xv. kalendas Maii, cum summo honore, ut decuit, et reverentia magna. Hic toto tempore vitæ suæ gloriosus extitit, facetus, dives, et largus, et abundavit in omnibus in vita et in morte.

Sunday, April 17th.

Obiit Gilbertus Comes Gloucestriæ.

Death of Gilbert de Clare.

Eodem anno obiit Gilbertus comes Gloucestriæ, qui Johannam, filiam regis Edwardi, duxerat in uxorem, et puerum parvulum, 'Gilbertum nomine, reliquit hæredem tenerum, ex eadem Johanna procreatum.'[1] Post mortem cujus ipsa Johanna, contra voluntatem patris sui regis, infra eundem annum, simplicem sibi militem, nomine 'Radulphum de Montermere,'[2] de episcopatu Dunolmensi oriundum, qui viro suo comiti militaverat, sibi matrimonio copulavit; qui in posterum, per strenuitatem ipsius et industriam, in magnum crevit virum, comesque Gloucestriæ appellatus est.

His Countess marries Ralph de Monthermer.

Obiit Johannes Archiepiscopus.

A. D. 1296. Death of John Archbishop of York, March 15.

Eodem anno quasi finiente, scilicet in Quadragesima obiit Johannes Romanus, archiepiscopus Eborum, a Johanne Romano, quondam Eborum ecclesiæ thesaurario, et quadam pedissequa procreatus, et 'bene'[3] Romanus, quia a Romano patre Romanam cupiditatem extraxit, et cum magnus esset theologus et homo valde literatus,

[1] 'Edwardum nomine ex eadem Johanna procreatum tenerum reliquit hæredem,' MS. Lansd.

[2] 'Radulphum Monhermer,' MS. Lansd.

[3] 'verus,' MS. Lansd.

non tamen multæ literæ sed avaritia maxima eum fecit quasi insanire. Sitivit enim valde pecuniam et substantiam aliorum, unde, justo Dei judicio, contigit, ut, qui subditorum bona, et maxime ab intestatis, sitiret, subita quasi morte præventus, nullum vel modicum ex testamento proprio consecutus est emolumentum. Executores enim sui se intromittere noluerunt, ita quod non de proprio, sed potius alieno, fiebant expensæ funerum, et in ecclesia sua cum honore simplici repositus est. Non enim panis vel obolus pro anima dabatur ipsius. Hic visitationem Dunolmensis ecclesiæ, quam prædecessor suus jure et jurisdictione Eborum ecclesiæ vendicaverat, accepta, ut dicebatur, pecunia, dormire sustinuit. Obedientiam etiam Dunolmensis episcopi, quam primo pompose petierat, appellatione interposita, segniter prosecutus est. Huic successit Henricus de Newerk, ejusdem ecclesiæ decanus, electus a fratribus die Veneris proximo ante Ascensionem Domini,[1] anni ejusdem M.CCXCVI., qui, missis ad papam nunciis, eo quod personaliter adire non posset propter exosam guerram inter duos reges periculosissime continuatam, per bullam ipsius confirmatus est in anno sequenti, et iterum missis nunciis pro consecratione et pallio, ex dispensatione ejusdem papæ Bonifacii consecratus est in ecclesia sua Eborum per Antonium Dunolmensem episcopum, cui commiserat papa potestatem hanc specialem, Dominica scilicet secunda post festum Sanctæ Trinitatis, XVII. scilicet kalendas Julii, anno Domini 'M.CCXCVIII.'[2]

Edward I. A. D. 1296.

He is succeeded by Henry de Newark.

Friday, April 27.

Sunday, June 15, 1298.

[1] The 7th of May, according to Le Neve.

[2] 'M.CCXCV.,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I.
A.D. 1296.

Dominus Edmundus, Frater Regis, transfretavit 'in Vasconiam cum Exercitu.'[1]

War in Gascony.

'Eodem anno'[2] transfretavit in Vasconiam, ex præcepto regis, dominus Edmundus frater ejus, cum comite Lincolniæ, associatis eis XXVI. banerettis, et septingentis armatis cum plebe multa, applicueruntque circa medium Quadragesimæ apud Burgum et Blaynes, manseruntque ibidem cum nostris, quos in eorum adventu congratulantes invenerant, usque Pascha, et congregati sunt ad eos Vasconienses multi et cæteræ nationes, ita quod in brevi creverunt in numerum plusquam duo millia armatorum. In ebdomada vero Paschæ, die Mercurii, moverunt se, et ex opposito de Burdews fixerunt castra sua, a civitate quasi per unam leucam. Quod videntes cives, exierunt cum Francis, ut eis occurrerent. Mutuo enim videbant se, et ad congrediendum festinabant. Nostri tamen expectabant, et in parte retraxerunt se, quasi fugam simulantes, quousque seperarentur ab urbe spatio magno, et tunc versis vultibus eos in urbem retrocedere compulerunt, cæsisque quasi duobus millibus, alios insecuti sunt usque ad portas civitatis. Quidam etiam ex nostris ingressi sunt cum eis, et demum, demissa porta, præclusi sunt et retenti. Inter quos erant illi duo fratres de 'Manley,'[3] domini Robertus et Johannes, qui postea redempti sunt dato pretio. Mane autem facto, timentes cives obsidionem continuari, apposuerunt ignem in domibus suburbanis quæ muro adhærebant: et interim 'egressi'[4] marinarii nostri, cæteras domos

Wednesday, March 28.

---

[1] Omitted in MS. Coll. Arm.

[2] 'Eodem anno, scilicet M.CCXCV.,' MSS. Lansd. and Coll. Trin.

[3] 'Maulay,' MS. Lansd.; 'Manlay,' MS. Cott. Tib.

[4] 'ingressi,' MS. Coll. Trin.

Edward I. A.D. 1296.

War in Gascony.

suburbanas accendebant; ita quod in ipso die Jovis totum quasi suburbium vorax flamma consumpsit. Die autem Veneris, cum urbem fortissimam nostri 'expugnare'[1] non possent, eo quod ligneas machinas non haberent, profecti sunt usque Langon ultra 'Ryons'[2] per tres leucas, ubi dominus villæ ejusdem in eorum adventu, Francis effugatis, tradidit eis villam liberam, et morati sunt ibidem per tres dies, miseruntque interim ad Sanctum Macharium, ut villam redderent. At illi, petitis et obtentis tridualibus induciis, miserunt Burdegalim, ut auxilium mitterent, et, accepto responso quod non possent, tradiderunt se nostris et villam reddiderunt. Castrenses tamen tenuerunt castrum, et obsessi sunt a nostris tribus ebdomadis, non tamen expugnati. Interim vero venerunt quinque burgenses Burdegalenses ad dominum Edmundum, loquentes secreto et componentes cum eo pro quinquies mille libris argenti, ut civitatem Burdegalensem eidem traderent in aurora a secundæ diei dato, cum hoc signo et inito pacto, ut cum essent urbem ingressi parcerent universis qui signo Sancti Georgii munirentur. Dumque reverterentur ad urbem illi quinque, proditi sunt, capti et incarcerati, et post dies paucos patibulis suspensi. Venientibus autem nostris ut ingrederentur ad libitum, repulsi sunt a civibus, qui eorum adventum 'jam'[3] præcognoverant, et firmissime clauserant portas civitatis; initoque consilio, cum se illusos sic cognoscerent, nec securum haberent locum quo declinarent, profecti sunt omnes usque Bayun et honorifice suscepti sunt. At ubi dominus Ed-

---

[1] 'oppugnare,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'Ryovus,' MSS. Lansd. and Cott. Tib.; hic et passim.

[3] Supplied from MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1296.

War in Gascony.

Death of Prince Edmund.

mundus multos jam stipendiarios convocaverat, et multos thesauros exhauserat, velut homo facetus et largissimus, cum jam tantam militiam retinere non posset, eo quod non haberet stipendia, decidit vultus ejus et infirmatus est circa Pentecosten, et sic deficiente pecunia defecit et spiritus, et post dies paucos viam universæ carnis ingressus est;[1] præcepitque nostris ut asportarent eum secum, nec sepelirentur ossa sua nisi cum solverentur et debita, feceruntque sic. Et post treugas initas, reduxerunt secum ossa ad fratrem suum regem, et per eum honorifice sepulta sunt apud Westmonasterium Londoniis.

Confusi sunt Nostri secundo in Vasconia.

Post mortem domini Edmundi præficitur nostris comes Lincolniensis, de consensu totius exercitus, homo quidem facetus, pulcherrimus, et strenuissimus. Hic cum aliquantisper recreasset exercitum, circa festum Sancti Johannis Baptistæ egressus est et obsedit urbem Hays per VII. ebdomadas, et singulis fere diebus insultum fecit ad urbem. At illi obsessi, de strenuitate et juventute confidentes, multotiens exierunt, et post conflictum aliqualem iterum ingressi sunt. Tandem vero cum audissent nostri quod comes de Arthoys veniret in auxilium cæterorum, reversi sunt usque Bayon. Iteratoque post tempus modicum exierunt quidam ex nostris versus partes Tholosanas, et multas villas et urbes incendio concremarunt, reversique sunt contra hiemem

[1] On the Gascon Rolls is a letter from the king to Prince Edmund, concerning the papal legates, dated at Roxburgh on the 14th of May, 1296. With the exact date of his death we are not acquainted.

Edward I. A. D. 1296.

War in Gascony.

cum præda magna. Tunc licentiati sunt multi ex Anglicis, scilicet vulnerati, debiles et imbecilles, et cum domino Willelmo de Vescy, qui infirmabatur, cum cæteris in Angliam reversi sunt. Circa Purificationem beatæ Virginis miserunt ad nostros qui erant apud Bayon, cives de Belegarde et alii quidam ex nostris qui in eorum auxilio missi fuerant cum obsiderentur a Francis, quod, victualibus fere deficientibus, aut necessario oporteret in proximo eis succurrere, 'aut'[1] obsessos fame deficere, vel, quod abhorrerent in immensum, in manus hostium se tradere. Quo audito, festinavit comes qui nostris præerat, et, præparatis necessariis, profectus est cum 'sexcentis'[2] armatis et x. millibus peditum electorum, mansitque eodem die in vesperis apud Perforarde. Mane autem facto, continuavit inceptum iter usque ad horam undecimam, volens, si posset, eodem die obsessis subvenire. Et erant omnes armati et bene muniti, quia suspicabantur hostes in proximo, non tamen de certo sciebant: gradiebanturque per turmas suas, tribus 'distinctas'[3] aciebus, portantes frumentum et onera inter ipsas suas turmas. Cumque non distarent ab urbe nisi per tres leucas modicas, et esset ipsa dies multum inclinata, silvam quandam modicam, quæ erat in via, transire festinabant. Egressa autem acie prima 'a silva,'[4] occurrit eis in plena planitie comes de Arthoys cum 'mille quingentis'[5] armatis per quatuor acies distinctis et separatis. Congredientibus ergo duabus primis aciebus, retrocedere 'fecit'[6] alios acies nostra usque ad secundam aciem, qua conjuncta cum prima, et superveniente tertia, verterunt se nostri, et alii

A.D. 1297. Feb. 2. The English troops are unsuccessful.

[1] 'ante,' MS. Lansd.
[2] 'VI.,' MS. Lansd.
[3] 'distinctis,' MS. Lansd.
[4] Omitted in MS. Cott. Tib.
[5] 'mille c.,' MS. Cott. Tib.
[6] 'cœpit,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1297.

War in Gascony.

insequuntur. Interim transierunt nostri qui in ultima custodia erant, et obviantes quartæ aciei ipsius comitis ipsam in velocem fugam quasi pro nihilo converterunt, et facta est obscura 'nox,'[1] ita quod nullus cognosceretur ab altero nisi lingua materna loqueretur. Dispersique sunt nostri, et etiam Franci, nescientes bene qua parte diverterent quousque luna luceret super eos; lucente tandem luna declinaverunt Franci ad urbes finitimas, et quidam ex nostris 'inserti cum Francis,'[2] qui cum ex ipsa luce vel lingua manifestarentur propria, capti sunt et violenter abducti. Inter quos dominus Johannes de Sancto Johanne captus est, et quidam alii; pauci tamen corruerunt gladio, quia advesperante die facta sunt hæc, et cooperuerat eos quasi subita caligo, nec erant pedestres hinc vel inde qui projectos armatos spoliarent vel interimerent. Nostri enim pedestres remanserunt in nemore, nec boni quicquam exorsi sunt. Ex armatis autem nostris trecenti viri processerunt 'usque'[3] Belegarde, sed tamen a civibus, qui jam hoc factum audierant, admissi non sunt, sed, clausis januis, improperabant eis quod suos consocios et comitem strenuum tam vecorditer reliquerunt, processeruntque eadem nocte ad Sanctum Cynerum per quatuor leucas, et ibi recepti sunt. Susceperunt tamen alios in profundo noctis venientes, et, eorum consilio freti, egressi sunt in aurora diei ad locum pugnæ, colligentes spolia multa, et frumentum quod portaverant asportantes. Comes autem noster cum multis aliis magno noctis spatio vagans, cum jam nesciret quo diverteret, per eandem viam reversus est qua et venerat, et

The seneschal, John de St. John, taken prisoner.

---

[1] 'mox,' MS. Coll. Arm.

[2] 'interfecti erant cum ipsis,' MS. Lansd.

[3] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1297.

War in Gascony.

mane, hora quasi tertia, venit ad 'Perforarde'[1] ubi prius pernoctaverat, et invenit ibidem multos ex suis mœstos quidem de ejus absentia, sed de præsentia jam gaudentes eo quod salvum eum receperant. Reversusque est usque Bayonum cum domino Johanne de Britannia et toto comitatu, congregatique sunt ad eum in sequenti Quadragesima omnes dispersi sui et profugi, et in sequenti æstate moverunt se versus partes Tholosanas, incendentes 'urbes et villas'[2] quas poterant, et sævientes 'igne et gladio'[3] usque ad Festum Sancti Michaelis. Removeruntque obsidionem Sancti 'Katerini'[4] quam Tholonenses fecerant, et reversi sunt cum præda magna usque Bayonum, hyemaveruntque ibidem usque post Dominica natalitia. Et cito post, accepto mandato a rege nostro de treugis initis, reversi sunt in Angliam 'circa Pascha.'[5]

A truce is concluded.

Scoti rebellare cœperunt contra Regem, et quo Modo.

A. D. 1295.

War with Scotland.

Eodem anno, scilicet M.CCXCV., Scoti, homines inquieti, leves, et instabiles, subsequenti modo contra regem Angliæ rebellare cœperunt, credentes excutere jugum debitæ servitutis. Imprimis regi suo simplici suggesserunt, occasione expensarum alleviandarum, ut omnes Anglicos, quos sumptuosissime retinuerat, ut dicebant, a curia sua removeret, et caute quidem hoc ne eorum seditio per Anglicos in primo suo fomite

[1] 'Perforade,' MSS. Coll. Arm. and Lansd.

[2] 'et villas,' MS. Coll. Arm.; 'villas,' MS. Cott. Tib.

[3] 'gladio perimentes,' MS. Coll. Arm.; 'gladioque perimentes,' MS. Cott. Tib.

[4] 'Kicerni,' MS. Lansd.

[5] 'circa Pascha. Eodem die quo fuerant devicti nostri posuit dominus rex clerum extra suam protectionem, ut patet inferius octavo folio (p. 117 of this edition) et Deus suos non protexit.' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1295.

War with Scotland.

panderetur. Interim, dum rex noster ad regem Scotorum literas dirigeret, ut in guerram suam contra regem Franciæ robur exercitus in parte mitteretur, excusatoria impotentiæ et quasi brevis responsio datur. Multiplicantur iterum preces et præcepta non tantum ad regem immo et ad magnates terræ, et semper responsiones frivolæ quærebantur, eo quod conjurationes eorum validæ nondum complerentur ad votum. Tenuerant enim parliamentum suum apud Scone, in quo, ad modum Franciæ, XII. pares ordinaverant, quatuor scilicet episcopos, quatuor comites, quatuor barones, quorum consilio et ordinatione extunc tota Scotia regeretur. Nuntios etiam, in compositione sequenti nominatos, ordinaverunt, mandantes ut cum omni festinatione ad regem Franciæ properarent, fœdusque inirent cum eo meliori modo quo possent, quod et ipsi fecerunt in hunc modum.

Scoti inierunt Fœdus cum Rege Francorum.

Treaty between Scotland and France.

Philippus,[1] Dei gratia, Francorum rex, universis 'præsentes literas inspecturis, salutem.'[2]

Inter alia, per quæ regnantium et regnorum exaltatio procuratur, acquiritur pacis et tranquillæ quietis amœnitas, ac fœlici et prospero statui consulitur subditorum; illud videtur, attenta consideratione, præcipuum, ut inter reges et regna solidæ caritatis unitas, et fidelis amicitiæ fœdera nutriantur.

Sicque reges et principes, ad 'propulsandas'[3]

---

[1] This and the following document have been collated on contemporary enrolments in the Treasury of the Receipt of the Exchequer; the various readings of the manuscripts of Hemingburgh are given in footnotes.

[2] 'etc.,' MSS.

[3] 'propellendas,' MSS.

Edward I. A.D. 1295.

Treaty between Scotland and France.

injurias et domandas insolentias perversorum, ac reprimendas impugnationes hostiles sibi invicem, 'præsertim'[1] pro zelo justitiæ, 'affectum, cum causa deposcit, exhibeant amabilis caritatis, quod alter alteri libenter assistat'[2] in prosperis, et non deficiat in adversis; ut saltem defensionis opportunæ remedio, pacem odientium repressis salubriter injuriosis impulsibus, pacis optatæ dulcedo proveniat; in cujus 'pulchritudine,'[3] devoti pacis filii pacis auctori eo devotius quo tranquillius famulentur.

Sane inclitus princeps Johannes, Scotiæ rex illustris, specialis amicus noster, præmissas utilitates et commoda prudenter attendens, venerabiles patres, Willelmum Sancti Andreæ et Mathæum Dunkeldensem episcopos, ac Johannem de Soules et Ingramum de Umframvyle milites, nuncios 'et'[4] procuratores suos ad hoc specialiter constitutos, prout in quibusdam procuratoriis literis inde confectis, ipsius regis sigillo munitis (quarum tenores de verbo ad verbum inferius sunt conscripti) 'plenius continetur,'[4] ad nos, pro contrahendis confœderationibus et amicitiæ fœderibus, pro futuris, specialiter destinavit.

Nos itaque ipsius regis votis laudabilibus in hac parte grato 'concurrentes'[5] animo, ut hujusmodi confœderationis affinitas et amicitiæ 'fructuosus'[6] contractus eo ferventius vigeat, stabiliusque 'perduret,'[7] quo melioribus firmatus auspiciis, nexuque constrictus fuerit fortiori; actum, conventum, et concordatum 'extitit'[8] inter

[1] Omitted in MSS.

[2] 'affectuose assistunt et exhibent cum causa amabiliora caritatis, ita quod alter alteri assistat,' MSS.

[3] 'plenitudine,' MSS.

[4] Omitted in MSS.

[5] 'concurrentibus,' Orig. The reading of Hemingburgh's MSS. has been adopted in text.

[6] 'fructuosæ,' MSS.

[7] 'duret,' MSS.

[8] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1295.

Treaty between Scotland and France.

nos, de voluntate et assensu carissimi germani et fidelis nostri Caroli Valesiæ et Andegavensis comitis, et procuratores prædictos, procuratorio nomine dicti 'regis,'[1] quod inter Edwardum, primogenitum filium regis 'ejusdem,'[2] futurum regem Scotiæ, et qui per conventionem expressam habitam cum procuratoribus 'antedictis'[3] successurus est eidem regi in regno Scotiæ et aliis terris suis, et 'Johannam'[4] primogenitam filiam germani nostri prædicti, matrimonium 'contrahetur.'[5]

Cui regi, nomine dicti filii sui, promittimus nos et 'successores'[6] nostros 'curaturos et effecturos dari'[7] in matrimonium cum prædicta filia 'viginti quinque millia librarum Turonensium parvorum'[8] in pecunia numerata.

Idemque rex, præfatæ filiæ mille quingentas libras sterlingorum annui redditus, in dotalitium seu donationem propter nuptias, dare et assignare tenebitur.

De quibus 'mille libras'[9] 'sterlingorum'[10] annui redditus in terris cum jurisdictionibus et 'justitiis'[11] omnimodis ad coronam regiam non spectantibus, in locis infrascriptis, videlicet 'de Balliolo, de Dampetra,'[12] de 'Helicourt,'[13] de 'Hornoy'[14] in regno Franciæ; necnon de Lanark, de 'Cadiou,'[15] de 'Maldisley,'[16] de Cuningham,

[1] 'regis Johannis,' MSS.
[2] 'Scotiæ,' MSS.
[3] 'prædictis,' MSS.
[4] Omitted in MSS.
[5] 'contrahatur,' MSS.
[6] 'successuros,' enrolment. The reading of Hemingburgh's MSS. has been adopted in text.
[7] 'futuros et effecturos dare,' MSS.
[8] 'xxv. millia Turnorum parvorum,' MS. Coll. Arm.; 'xxv. millia Turnorum,' MS. Cott. Tib.; 'xxv. milia Turonum parvorum,' MS. Lansd.
[9] 'mille quingentis libris,' MSS.
[10] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.
[11] 'institutis,' MSS.
[12] 'in Balliolo Dampitra,' MSS.
[13] 'Holicore,' MSS.
[14] 'Horney,' MSS.
[15] 'Kydeoun,' MS. Coll. Arm.; 'Kydioun,' MS. Cott. Tib.; 'Kydyon,' MS. Lansd. now Cadzow.
[16] 'Masdeley,' MS. Coll. Arm.; 'Masdesley,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1295.

Treaty between Scotland and France.

de Hadington, et in castro de Dunde, in regno Scotiæ, cum pertinentiis locorum ipsorum, 'assidebit'[1] eidem.

Ita quod si redditus et proventus locorum ipsorum dictam summam 'mille librarum'[2] sterlingorum annui valoris excedant, illud quod 'superabundaret'[3] ultra summam eandem præfato domino 'nostro Scotiæ regi remaneat.'[4]

Et si quid de summa ipsa 'deesset,'[5] idem dominus 'noster in'[6] aliis redditibus suis in regno Scotiæ constitutis, supplere integre teneatur; vel easdem mille, si 'nos'[7] maluerimus, necnon residuas quingentas 'libras assignabit sibi percipiendas in bursa,'[8] in certis locis, annuatim ad duos terminos; ipsamque bene assecurabit de dotalitio antedicto habendo et percipiendo ab eo post 'dictum'[9] matrimonium contractum, et mortem dicti filii, quamdiu vitam duxerit in humanis. Quod si dicti futuri conjuges a dicto rege velint fortasse discedere, dicto dotalitio, in vita etiam regis ejusdem, 'perfruentur.'[10] Et si, successu temporis, prædictus rex 'ad secunda'[11] vota transire voluerit, nostrum super hoc consilium requirere vel communicare debebit.

Idem quoque rex, more justi principis, cum ex fervore justitiæ tum etiam ex zelo dilectionis internæ, quam ad nos, domum nostram, solium, et incolas regni nostri habere dinoscitur, moleste ferens graves injurias, enormes excessus, impugnationes hostiles, et aggressiones iniquas 'quibus'[12]

[1] 'assignabit,' MSS.
[2] 'mille quingentarum librarum,' MSS.
[3] 'superhabundabit,' MSS.
[4] 'regi Scotiæ remanebit,' MSS.
[5] 'deerit,' MSS.
[6] 'rex de,' MSS.
[7] Omitted in MSS.
[8] 'libras sic percipiendas in bursa et,' MSS.
[9] Omitted in MSS.
[10] 'libere perfruantur,' MSS.
[11] 'ad sancta,' MSS.
[12] 'cujusmodi,' MSS. Cott. Tib. and Lansd.

Edward I. A.D. 1295.

Treaty between Scotland and France.

rex Angliæ, violato fidelitatis debito, quo nobis tenebatur astrictus, 'nos,'[1] fideles et subditos nostros, tam per terram, quam per mare, multifarie, multisque modis 'hactenus offendisse'[2] dinoscitur, et 'offendere'[3] continue satagit et conatur. Ac propterea, ut 'nos'[4] et successores nostros sibi et suis strictius mutui amoris alliget affectibus, ad repressionem salubrem injuriarum, impugnationum, et aggressionum hujusmodi, nobis efficaciter et potenter assistere gratuita amabilitate disponens, dictis commisit procuratoribus, ipsique procuratorio nomine regis ejusdem 'nobis'[5] promiserunt expresse, quod idem rex Scotiæ, in 'præsenti'[6] guerra quam contra dictum regem Angliæ, fautores, 'confœderatos,'[7] tam regem Alemanniæ quam alios quoscunque 'valitores, nunc'[8] habemus, nobis et successoribus nostris, si ad eos guerra hujusmodi prorogetur, totis suis et regni sui viribus, tam per terram quam per mare in Angliam publice et patenter 'assistant,'[9] ac præstabunt consilium et auxilium opportunum. Et ut præfati regis Angliæ injuriosi conatus eo commodius reprimantur, idemque rex a perversis suæ hostilitatis incursibus eo citius resilire cogatur quo magis fuerit aliis occupatus, dictus rex Scotiæ ipsi regi Angliæ guerram 'suis'[10] propriis sumptibus et expensis 'toto posse suo et incolarum etiam regni sui quotiens toto posse fuerit opportunum nobis

---

[1] 'in nos,' MSS. Lansd. and Cott. Tib.

[2] 'ostendisse,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.; 'oñdisse,' MS. Lansd.

[3] 'ostendere,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.; 'offendere,' MS. Lansd.

[4] 'et nos,' MSS.

[5] 'ac pro eo nobis,' MSS.

[6] 'prædicta,' MSS.

[7] 'confœderatores,' MSS.

[8] 'gubernatores ejus,' MSS.

[9] 'assistent,' MSS.

[10] Omitted in MSS.

Edward I. A.D. 1295.

Treaty between Scotland and France.

guerram cœptam prosequentibus ac manutenentibus, movere et' [1] continuare curabit.

Promiserunt insuper procuratores præfati 'procuratorio nomine memorati' [2] regis Scotiæ, eundem regem curaturum et effecturum quod tam prælati quatenus eis de jure licebit quam comites, barones, et alii nobiles, necnon 'universitates' [3] ac communitates villarum regni Scotiæ, erga nos et successores nostros in guerra prædicta pari modo in omnibus sicut dictum est superius se habebunt; dictoque regi Angliæ simili modo totis suis viribus guerram 'facient,' [4] sicut superius est expressum. Quodque tam prælati, quam comites, barones, et alii nobiles, necnon universitates communitatesque notabiles dicti regni Scotiæ, 'suas nobis super hoc' [5] patentes litteras suis munitas sigillis, quamcitius fieri poterit, destinabunt. Conventum fuit siquidem inter nos et procuratores prædictos, nomine quo supra, quod si prælibatum Angliæ regem coadunatis viribus suis regnum Scotiæ per se, vel per alium, invadere 'forte' [6] contigerit, post guerram ad requisitionem nostram per dictum Scotiæ regem cœptam, 'vel post affinitatem seu confœderationem præsentem' [7] inter nos initam, occasione earundem; nos, dummodo ex parte ipsius regis Scotiæ super hoc congruo tempore fuerimus præmuniti, sibi subsidium faciemus, 'ipsum' [8] regem Angliæ per partes alias

[1] 'toto posse quotiens fuerit opportunum et incolarum etiam regni sui nobis inceptam guerram prosequentibus ac manutenentibus movere ac,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'procuratorio nomine præfati,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.; omitted in MS. Lansd.

[3] 'et universitates,' MSS.

[4] 'incipient et facient,' MSS.

[5] 'super hoc nobis suas,' MSS.

[6] Omitted in MSS.

[7] 'vel post confœderationem præsentem vel affinitatem,' MSS.

[8] 'ipsumque,' enrolment.

Edward I. A. D. 1295.

Treaty between Scotland and France.

occupando, ut sic ab incœpta invasione prædicta ad alia distrahatur, vel ei in Scotiam conveniens adjutorium sumptibus nostris, quousque in Scotiam venerit, transmittendo. Si vero prænominatus Angliæ rex terram Angliæ personaliter 'forsan'[1] exierit, vel terram ipsam notabili, peditum vel equitum, armatorum 'hominum,'[2] guerra inter nos et ipsum durante, numero vacuarit, promiserunt procuratores prædicti procuratorio nomine supradicto, quod præcipue in hoc casu dictus Scotiæ rex, cum toto posse suo, terram Angliæ, quantum latius sive profundius poterit, intrare curabit, faciendo guerram bellumque campestre, obsidendo, vastando, ac regem Angliæ et terram ejus 'prædictam modis omnibus quibus poterit, suis'[3] ut supradicitur sumptibus, impugnando. Actum præterea est et expresse conventum inter nos et procuratores prædictos, nomine quo supra, quod nos de guerra quam præfatus Scotiæ rex et successores ejusdem contra 'sæpefatum'[4] Angliæ regem pro nobis facient, postquam guerram ipsam ad requisitionem nostram fecerint, vel si occasione initæ affinitatis vel confœderationis idem Scotiæ rex 'jam'[5] guerram fecerit supradictam, vel rex Angliæ contra ipsum occasione aliquorum ex præmissis, nec etiam de prædicta guerra 'nostra'[6] componere aut pacem inire 'nequibimus'[7] vel treugam, nisi ipsis in pace seu treuga, quam de dictis omnibus guerris faciemus, inclusis; nec ipsi, similiter, pacem vel treugam de

---

[1] 'forte,' MSS.

[2] Omitted in MSS.

[3] 'prædictis modis omnibus suis,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.; 'prædictis modis omnibus in quantum poterit suis,' MS. Lansd.

[4] 'præfatum,' MSS.

[5] Omitted in MSS.

[6] 'nostra cum ipsis,' MS. Coll. Arm.

[7] Sic.

Edward I. A. D. 1295.

Treaty between Scotland and France.

guerris omnibus supradictis facere poterunt sine nobis. Pro quibus omnibus et singulis suprascriptis tenendis, adimplendis, et inviolabiliter observandis, obligamus dicto Scotiæ regi et successoribus suis, nos, hæredes, ac successores nostros, et omnia nostra, et ipsorum bona mobilia et immobilia, 'ubicunque et in quibuscunque consistentia,'[1] præsentia et futura. Tractatus autem, conventiones, pactiones, ac omnia et singula 'suprascripta'[2] dictus Scotiæ rex ratificare et approbare tenetur ac suo nomine innovare; ac super ratificatione, et approbatione, 'et'[3] innovatione prædictis suas nobis patentes litteras suo sigillo munitas, quamcitius fieri poterit, destinare.

Tenores vero Litterarum procuratoriarum prædictarum tales sunt.

Letters procuratory from the King of Scotland concerning the marriage of his son Edward with the French Princess Joanna.

Excellentissimo principi domino suo et amico, 'si placet,'[4] domino Philippo, Dei gratia regi Francorum illustri, Johannes, eadem gratia Scotiæ rex, salutem in Domino. Noverit vestra 'regia'[5] celsitudo quod nos facimus, constituimus, et 'ordinamus'[6] per præsentes, dilectos et fideles nostros, venerabiles patres Willelmum Sancti Andreæ, et Mathæum Dunkeldensem episcopos, ac Johannem de 'Soule,'[7] et Ingeramum de 'Umfranvyl'[8] milites, attornatos, 'procuratores, et nuncios nostros'[9] speciales, ad tractandum

---

1 'ubicunque existentia,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.; 'ubicunque consistentia,' MS. Lansd.

2 'supradicta,' MSS.

3 'et etiam,' MSS.

4 Omitted in MSS.

5 Omitted in MSS.

6 'ordinavimus,' MSS. Coll. Arm. and Lansd.

7 'Soules,' MSS.

8 'Umframvyle,' MS. Coll. Arm.; 'Umfrevylle,' MS. Cott. Tib.; 'Umfrayvile,' MS. Lansd.

9 'nuncios et procuratores nostros,' MSS.

Edward I. A. D. 1295.

Letters procuratory between France and Scotland.

vobiscum, si placet, super sponsalibus 'et matrimonio'[1] contrahendis cum serenissima domicella nepte vestra seu consanguinea et Edwardo 'filio nostro primogenito'[2] et hærede. Dantes eisdem generalem et 'liberam'[3] ac plenariam potestatem, et mandatum speciale, sponsalia et matrimonium prædicta contrahendi, faciendi, et perficiendi, quatenus natura contractus hujusmodi sponsalia et matrimonium inter absentes contrahi permittit et perfici, per procuratores seu nuncios ad hoc specialiter constitutos; et omnia 'alia'[4] et singula faciendi quæ ad dictos 'contractus seu conventiones'[5] pertinent, 'seu'[6] quocunque modo poterunt pertinere, et sine quibus dicti contractus seu conventiones rite nequiverint expediri. Ratum et firmum 'habentes et habituri quicquid dicti procuratores et nuncii nostri, omnes, vel tres, aut duo ipsorum, in præmissis vel aliquo præmissorum duxerint faciendum.

In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi.'[7]

Tuesday, July 5.

Datum apud Strivelyn, tertio nonas Julii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, 'regni vero nostri tertio.'[8]

---

[1] 'matrimonii,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.; 'matrimonio,' MS. Lansd.

[2] 'primogenito meo,' MSS.

[3] 'liberalem,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[4] Omitted in MSS.

[5] 'contractus seu compositionem,' MS. Coll. Arm.; 'contractus seu conditiones,' MS. Lansd.; 'contractus vel conditiones seu compositionem,' MS. Cott. Tib.

[6] 'vel,' MSS.

[7] 'habentes et habituri quicquid .... sigillum nostrum fecimus apponi,' omitted in MSS.

[8] Omitted in MSS.

Edward I. A. D. 1295.

'*Item alia.*'[1]

Letters procuratory between France and Scotland.

Universis[2] etc. Johannes, Dei gratia, etc. Noverit universitas vestra quod nos etc. ut supra. Dantes eisdem omnibus, tribus, aut duobus ex ipsis, generalem et liberam ac plenariam potestatem obligandi nos, et filium nostrum, et ipsos incolas; ac jurandi in animam nostram, filii nostri, et regni nostri incolarum, necnon omnia et singula faciendi et perficiendi, etc. 'Datum die quo supra.'[3]

---

[1] 'Item aliud,' MS. Lansd.

[2] This abstract is all that is given in Hemingburgh's MSS. The complete form of the instrument, which follows, is taken from the contemporary copy in the Treasury of the Receipt of the Exchequer, referred to *antè*, p. 78, note [1]:—

"Universis præsentes litteras inspecturis Johannes, Dei gratia Scotiæ rex, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos facimus, constituimus, et ordinamus per præsentes, dilectos et fideles nostros, venerabiles patres Willelmum Sancti Andreæ, et Mathæum Dunkeldensem episcopos, ac Johannem de Soule, et Ingeramum de Umfranvyl milites, attornatos nostros, procuratores, et nuncios speciales, ad tractandum, ordinandum, faciendum, et perficiendum omnia et singula negotia, nos, Edwardum filium nostrum primogenitum et hæredem regni nostri, et incolas regni nostri, qualitercunque tangentia et ubicunque in regno Franciæ, cum quibuscunque personis, ecclesiasticis et secularibus, cujuscumque conditionis existant aut status. Dantes eisdem omnibus, tribus, aut duobus ex ipsis, generalem et liberam ac plenariam potestatem obligandi nos, et filium nostrum prædictum, regnum nostrum, et ipsius incolas; ac jurandi in animam nostram, filii nostri, et regni nostri incolarum; necnon omnia et singula faciendi et perficiendi, quæ ad prædictos tractatus et ordinationes et negotia necessaria fuerint vel opportuna; et alia etiam et singula faciendi et perficiendi, quæ nos, filius noster, et incolæ regni nostri, facere possemus si præsentes essemus, etiamsi mandatum exigant speciale. Ratum et gratum habentes et habituri quicquid per dictos quatuor, tres, vel duos eorumdem, actum, gestum, procuratumve fuerit in præmissis et quolibet præmissorum. In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi. Datum apud Strivelyn, tertio nonas Julii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, regni vero nostri tertio. In quorum omnium testimonium præsentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum Parisiis die vicesima tertia mensis Octobris, anno Domini M.CCXCV."

[3] 'Datum apud Stryvelyn die

Edward I.
A. D. 1295.

Letters procuratory between France and Scotland.

Item alia.

Universis,[1] etc. Carolus, filius regis Franciæ,

---

quo supra, Datum Parisius die xxiii. Octobris, anno etc., prædicto,' MS. Lansd.

[1] Subjoined is a French version of the above document, taken from a contemporary transcript preserved among the Royal Letters and State Papers in the Tower of London, Rymer, Fœdera, i. 831:—

"A touz ceux qui cestes presentes lettres verront, Charles fiuz au roy de France, conte de Valeyse, de Alencon, de Chartres, et de Aungeo, saluz en nostre seigneur. Sache vostre universete que come treite, covenante et acorde soit entre le tresexcellent prince, notre treschier seigneur et frere sire Phelip, par la grace de Dieu noble roy de France, et les honorables peres sires William de Seynt Andreu, et Matheu de Dunkeldyn, evesques, et Johan de Soules, et Ingeram de Umframville, chevaliers, les messages et procuratours le haut prince sire Johan, par la grace de Dieu noble roy d'Escoce, a ce especiaument faitz, en le noun meisme celi roy, de mariage faire entre lesne fiuz meisme celi roy d'Escoce qui, par expresse covenance faite, serra son heir du roiaume d'Escoce et de ses autres terres, et nostre esnee fille, nyece nostre seignour le roy de France avantdit. A queu roy, en noun de meisme celi son fiuz, deyvent estre donez en mariage oue la dite fille vingt cinque mille livres de Turnois petitz. E le dit roy d'Escoce est tenuz a doner et assigner a sa dite fille en dowair mile et cinque cents liverees dannuele rente, desterlings, des queux il li asseuera mille liverees desterlings en terres od jurisdictions et od totes maneres de justices, qui napartenent mye a la roiale corone, en les lieux desouz escritz; cest asavoir de Baillol, de Dampetre, de Helicourt, de Hornoy en roiaume de France; et de Lanark, de Kadio, de Maldisley, de Cunyngham, de Hadyngtone, et en le chastel de Donde en roiaume d'Escoce, oue les aportenances de meisme les lieux. Issint que, si meismes les lieux en les queux le dowaire deyt estre assigne, sicome est avantdit, passent la somme des dites mile livres per an, ce qui serra sourplus outre tele some remeigne au roy d'Escoce. E si rien faille de cele somme, meisme celi roy soit tenuz de la parfourmir entierement de ses autres rentes, e il li assignera de receivre les autres d. livres desterlings en burse. Ou si levantdit nostre seigneur le roy de France mieuz voudra, il li assignera de receivre ausibien les dites mile liveres come les autres d. livres en burse, en certeyns et suffissantz lieux, dan en an, a deux termes; e li asseura bien de cel dowaire aver et receivre apres le mariage fait, et apres la mort le dit fiuz, si longement come ele vivra. E fait et expressement covenante est en le treitiz del mariage avantdit, si par avienture le fiuz et la fille avantditz, apres le mariage fait, voudreyent departir du dit roy d'Escoce, ils averont franchement le dowaire avantdit en la vie de meisme celi roy. Nous les treitiz et les covenances avant-

'Valesiæ,'[1] Delencon, Karnon, et Andegavensis comes, Salutem. Noverit universitas vestra etc., nos tractatus et conventiones prædictas, sub modis et conventionibus supradictis, gratos et ratos habentes, eos laudamus, volumus, et approbamus expresse, promittentes nos etc. Datum Parisius 'xxiii.'[2] die Octobris, anno prædicto.

Edward I. A.D. 1295.

Letters procuratory between France and Scotland.

De Responsione Scotorum facta Regi Angliæ.

Inito itaque fœdere cum rege Franciæ et suis, mox erexerunt cornua et se ad pugnam paraverunt, convenientesque statuerunt ex edicto quod omnes et singuli qui terras, possessiones, seu redditus aliquos in regno Scotiæ tenerent, sub forisfactura earundem venirent præparati cum armis ad resistendum regi Angliæ, et ad faciendum ulterius quod de consilio xii. parium rex ipse discerneret faciendum; et quia Anglici multi et nobiles, qui terras ibidem habebant, utpote in fide regis Angliæ fideliter permanentes, ad illud colloquium venire noluerunt, ideo terræ illorum datæ sunt aliis qui ex ordinatione communi eas tenerent et defenderent. Illi etiam nobiles, sicut

The English expelled from Scotland.

dites eantz fermes et estables, selonc les maneres et les covenances desus escrites, les looms, voloms, et approvoms expressement; promettantz que nous paieroms les dites vingt cinque mille livres de Turnois entierement au dit roy d'Escoce, en noun de son dit fiuz, ou a meisme celi son fiuz, ou a mandement de eux, ou de lun de eux, si tost come nostre dite fille serra venue al age que ele puisse estre marriee, et le dit dowair li soit assigne, sicome est avantdit. E a ce nous obligeoms especiaument, nous, nos heirs, et nos successours, terres, et touz nos biens, et de nos heirs, et de nos successours, moebles et noun moebles, presentz et avenir. En tesmoignance de queu chose nous avoms fait mettre nostre seal a cestes presentes lettres. Done a Paris, le xxiii. jour d'Octobre, lan de nostre Seigneur m.ccxcv."

[1] 'Valesiæque,' MS. Cott. Tib.

[2] 'xviii.,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1295.

et cæteri Anglici universi, extunc tanquam hostes publici 'censebantur,'[1] et ejiciebantur a regno qui prius sponte non recesserant. Inter quos dominus Robertus de Bruys, filius Roberti quarti de quo supra meminimus, quia ad diem illum venire contempserat, data est terra sua, scilicet Vallis Anandiæ,[2] domino Johanni Comyn de 'Boughan,'[3] ut eam in dominio possideret et defenderet tanquam suam; quam cum esset ingressus mox omnes decimas nostras ejusdem patriæ ad munitionem castri de Loghmaban absque ullo pretio fecit cariari et violenter retinuit. Rex vero noster dum in primo proposito permaneret ut sibi auxilium mitteretur, et illusus esset, et ei tandem proterviter hoc modo responsum est. Dixerunt enim nec regem illorum nec se teneri in aliquo, nec precibus ejus[4] vel præceptis obsequendum, præcipue cum a fidelitate sua et homagio illicito, quod a rege eorum extorserat per potentiam, a Cœlestino papa absolutionis beneficium fuerant consecuti. Quod cum audisset rex miratus est, et eorum seditione cognita, ipsis tanquam fidelibus suis præcipiendo mandavit ut quamquam auxilium sibi ferre negarent, hostes tamen suos Francos vel Flandrenses non admitterent in terram suam; et si in fide sua manere vellent, tria castra nominata, scilicet Berewyk, Rokesburgh et Edensburgh[5] sibi et

King Edward demands three principal for-

[1] 'tenebantur,' MS. Lansd.

[2] Annandale.

[3] 'Bochan,' MS. Lansd.

[4] From 'precibus ejus' to the words 'voluerit veniat admodum,' in the section entituled, 'Scoti vastaverunt quasi tres comitatus,' A. D. 1297, p. 141, is lost out of MS. Lansdowne.

[5] We should here read the castles and towns of Berwick, Roxburgh, and Gedworth or Jedburgh, as appears from an obligation witnessed by King Edward at Westminster, October 16, wherein, after stating that the King of Scotland *had delivered up* to John Bishop of Carlisle the aforesaid places, he binds himself to restore them again so soon as the war with France should be concluded.

suis, saltem usque ad finem guerræ regi Franciæ, retinenda liberarent. Quod quidem ultimum facere contempserunt, ad primum respondendo dicentes, "Terra nostra libera est et ab omni servitute quieta, nec præcepto regis Angliæ fatemur in aliquo nos astrictos; immo mercatores Francos vel Flandrenses, seu alios undecumque venientes, absque ulla personarum distinctione admittemus ad votum." Eodem quasi tempore erant mercatores Anglici in portu de Berewyk, quos apprehendentes Scoti in furore suo quosdam ceciderunt, quosdam vero detruncaverunt, et eorum quosdam plena morte peremerunt, fugientibus tamen aliquibus, qui regi nostro nunciarent omnia verba hæc. Quæ cum audisset rex, ultra quam credi potest admirans, ait, "O quanta nequitia! O quanta seditio! quis unquam crederet talia! Certe completa est jam eorum malitia, nec est a nobis ulterius expectandum." Moxque ex edicto præcepit vocari regem Scotorum, super auditis hujus ad diem certum responsurum. Qui cum ad diem non veniret neque mitteret, præcepit rex ut omnes terræ suæ quas in Anglia tenuit seisirentur, quod et factum est. 'Iterumque'[1] rex communicato cum suis optimatibus consilio, vocavit per edictum ipsum regem Scotiæ magnatesque suos ut primo die Martii apud Novum Castrum super Tynam comparerent in præmissis responsuri. Congregatoque interim exercitu immenso, ad eosdem diem et locum cum suis optimatibus rex noster potenter accessit. Cumque vocati non venirent neque

Edward I. A. D. 1295.

tresses to be delivered up to him.

Maltreatment of the English merchants.

King Edward summons Baliol to appear.

He neglects to attend.

A. D. 1296.

Rot. Scot. 23 Edw. I. m. 2, in Turr. Lond.; Rymer, Fœdera, i. 829. It is somewhat curious that both Matthew of Westminster and Walsingham have fallen into the same error as Hemingburgh with respect to the name of the third castle.

[1] 'interimque,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1296.

An English army marches to the borders.

mitterent, statuit rex de consilio suorum ulterius esse procedendum usque ad confinia terrarum. Ordinato autem exercitu et numerato, inventi sunt armatorum in equis armatis quatuor millia et peditum electorum triginta millia, præter exercitum Dunolmensis episcopi qui quingenti erant in equis armatis et mille pedites, et præter Wallenses et Hibernicos qui nondum venerant; venerunt tamen postea, ut in suo loco dicetur inferius; processeruntque per turmas suas usque ad confinia regionum: Scoti 'etiam'[1] in confinio terræ suæ manserunt 'congregati'[2] per turmas suas sparsim separati sed ad pugnam præparati, populus multus et præsumptuosus valde.

De Seditione Roberti de Roos.

Sedition of Robert de Roos.

Cumque rex noster in confinio 'permodicum remaneret,'[3] ecce quidam ex nostris, Robertus scilicet de Ros dominus Castri de Werk, quod ibidem situatur in confinio, allectus amore cujusdam mulieris de genere Scotorum quam in uxorem ducere proposuerat, fratri suo Willelmo[4] dixit qui cum eo erat in eodem castro, "Frater mi, secretum mihi quoddam est quod te latere non volo. Confœderatus enim sum 'cum genere et gente'[5] Scotorum, ita quod de cætero eis fideliter consistam; nunc ergo veni mecum, et erimus ibi in gentem magnam." Ad hæc ille, "Tace," inquit, "frater. Stultum enim est, quod in animo concepisti: si enim hoc egeris mors tibi est,

---

[1] 'autem,' MS. Cott. Tib.

[2] 'congregatique,' MS. Cott. Tib.

[3] 'permaneret,' MS. Cott. Tib.

[4] This nobleman was summoned to parliament as Baron Roos of Hamlake from the 23rd of June, 1295, to October 6, 1315.

[5] 'cum gente,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1296.

erisque in opprobrium nationum, et cognationi tuæ in scandalum." Cumque corripienti non adquiesceret, eadem nocte latenter recessit, relinquens omnia propter amorem dilectæ mulieris et forte meretricis. Mane autem facto ipse Willelmus frater ejus significavit regi omnia verba hæc, rogans auxilium sibi mitti ne forte venientes hostes violenter ab eo castrum abriperent. Moxque rex unum millenarium militem misit cum mille viris, qui cum in nocte sequenti in villa de 'Prestefen'[1] pernoctarent nihil mali suspicantes, ecce seductor ille Robertus cum populo Scotorum qui erant in præsidio castri de Rokesburgh latenter veniens, totam eandem villam clandestino circumduxit, dederantque signum inter se si forte in congressu cum Anglicis dubitaretur ab aliquo quis futurus esset Anglicus vel quis Scotus, ut Anglice diceret dubitans, "Tabardum,"[2] responderetque statim alter "super-tunicam vel equo," et qui mutuo sic non responderent pro certo haberetur quod essent Anglici, et sic morte plectendi et trucidandi. Datoque signo et circumdata villa, confestim ignem apposuerunt, conclamantes ad invicem in mortem Anglorum. Stupefacti itaque nostri et nescientes qua parte diverterent, mutuo se cædebant et ad invicem corruerunt. Centenarius etiam Clyvelandiæ cum multos se defendendo peremisset tandem et ipse corruit. Millenarius vero miles, amissis equis et armis, cum difficultate fugit. Multi enim ex nostris cum ex frequentatione nimia prædictum signum cognovissent illud frequentantes cum aliis salvati sunt, per campos fugientes; ductique sunt captivi aliqui ad cas-

A body of English are surprised.

---

[1] 'Prestfren,' MS. Cott. Tib.

[2] Tabard, a coat or mantle, described by Strutt, Complete View of the Dress, &c. ii. 151.

Edward I. A. D. 1296.

trum de quo Scoti venerant, quorum quidam gladio quidam vero fame in carcere perierunt, residui quidem pauci, post captam urbem de Berewyk a rege nostro, ad preces magnas cujusdam bonæ dominæ quæ cum Scotis in eodem castro fuerat liberati sunt, sed tamen ita nudi sicut egressi de utero matris. Mane itaque facto perversus iste rumor in exercitu regis insonuit, et ad audientiam ejus tandem devenit, benedixitque Deum, et ait, "Benedictus sit Deus altissimus, qui usque in præsens manus nostras conservavit innoxias, et ex quo jam inceperunt sic, et regnum nostrum hostiliter ingressi sunt, nos, auctore Domino, factum complebimus, et in eorum capita retorquendo consimilia faciemus." Moxque, exercitu præparato, divertit ad idem castrum de 'Werk;'[1] sed quia erat proximum Pascha noluit fines suos egredi ante peractam solemnitatem. Ipse vero Robertus de Ros, qui futurum se magnum esse credebat, post obtentam victoriam a rege nostro, de regno Scotiæ a facie regis fugiens tanquam vagus et profugus aliquantisper latitavit, 'et'[2] paupertate defunctus est.

Death of Robert de Roos.

Scoti incenderunt omnia usque Carliolum.

Monday, March 26. The Scots invade England.

Anno Domini M.CCXCVI. die Lunæ in ebdomada Paschæ, in crastino scilicet Annunciationis Dominicæ quia Pascha eodem anno in ipso die Annunciationis acciderat, dominus Johannes Comyn de Boughan, comes de 'Meneteth,'[3] comes de 'Strathern,'[4] comes 'Leuenax,'[5] comes de Rosse, comes de 'Asthell,'[6] comes de Mar, et

[1] 'Berwyk,' MS. Cott. Tib.

[2] 'et infra annum eundem in summa,' MS. Coll. Trin.

[3] 'Mentez,' MS. Cott. Tib.

[4] 'Strarderne,' MS. Cott. Tib.

[5] 'Lethenay,' MS. Cott. Tib.

[6] 'Asshetelle,' MS. Cott. Tib. now Athol.

Edward I. A. D. 1296.

filius Johannis Comyn de Badenacgh, cum exercitu copioso Scotorum, numerato ad quingentos equites armatos et XL. millia peditum, egressi sunt a Valle Anandiæ, transeuntes aquam de Sulewath[1] per tria loca, incendentes ab Artheret et per medium forestæ Nicholay usque Carliolum omnes villas circumadjacentes, perimentes gladio vel saltem trucidantes quotquot invenire poterant, non parcentes sexui, ordini, vel ætati. Die vero Martis parabant se ad obsidionem civitatis Carliolensis ex opposito Pontis Eden, sed egressi sunt quidam sagittarii et ad tempus modicum pontem defenderunt, asportantes tabulas quas poterant. Quod videntes armati, circumduxerunt partem exercitus et aquam transierunt ad vadum sub villa Ricardina,[2] circumvallantes civitatem ex omni parte et domos suburbanas incendio concremantes. Erat autem in civitate tunc temporis quidam explorator, Patricius nomine, qui pro manifesta suspicione paulo ante captus tenebatur in vinculis sub custodia carceris civitatis. Hic cum audisset advenisse Scotos mox vincula disrupit et domum accendit in qua paulisper manserat, statimque murum civitatis ascendens, conclamavit ad Scotos ut viriliter agerent et confortarentur. Qui cum cognosceretur a civibus in clamore suo, iterum deprehensus est et carceri castri mancipatus est, et post dies aliquot una cum custode suo primo morte damnatus est, tractus, et suspensus. Domus itaque per ipsum accensa accendit alias, et, vento flante, facta est flamma vorax in immensum, combustaque est magna pars civitatis, et dissoluta sunt corda multorum, dicentium, "Capta est civitas, fugiamus!" Cucur-

They besiege Carlisle.

[1] Solway Frith.

[2] Rickerby, Cumberland.

Edward I. A.D. 1296.

rerunt itaque ad ignem multi, et pauci ad portas civitatis. Mulieres tamen, viriliter agentes, attulerunt lapides et projecerunt in hostes, insuper et aquam calidam effuderunt. Extincto tandem igne, omnes extunc unanimiter se dederunt in hostes, et muris et portis adhæserunt. Contigit autem in una porta civitatis, dum hostes ligna, paleas, et quæque cremabilia deferrent, ut igne apposito 'portarum pateret ingressus, unus hostium confisus in armis, cum'[1] portæ inhæreret, quidam ex nostris, supra portam in tabulis sedentes, apposito unco ferreo comprehenderunt eum in scapula, et clamaverunt ad interiores socios ut eum perfoderent, qui statim apposita lancea transfixerunt eum, et mortuus est. Quem apprehendentes socii, cum 'vidissent'[2] mortuum, planxerunt eum planctu magno valde. Erat enim, ut dicebatur, unus de nobilioribus 'totius Galwaliæ.'[3] Die vero Mercurii, cum se viderent Scoti non proficere immo magis deficere, reliquerunt obsidionem inceptam, et reversi sunt in Vallem Anandiæ unde digressi sunt.

Quomodo Rex noster cepit Berewikum.

Edward crosses the Tweed,

Die Mercurii in eadem ebdomada Paschæ, peracta solemnitate Paschali reverentia qua deceret, rex noster cum exercitu suo terram inimicorum suorum ingressus est, aquam quæ Tweda dicitur transeundo subtus monasterium sanctarum monialium de Caldestrem, et aqua nimium inundante quasi miraculose contigit quod non periit nisi puer unus pro omni populo,

---

[1] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'vidissent eum,' MS. Cott. Tib.

[3] 'Galwydye,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1296.

qui separatus ab equo ab inundantibus fluctibus interceptus est. Episcopus autem Dunolmensis cum turma sua Twedam transiit juxta Norham non longe a castro suo. Cumque toto die illo et sequente ipse rex noster burgenses de Berewyk expectasset ad pacem, nec voluerunt amplecti pacem quam tetendit, ipso die Veneris castra movens fixit tentoria sua in domo monialium ex opposito de Berewyk per dimidiam leucam. Incalescenteque sole, et exercitu præparato in planitie, fecit ibidem rex novos milites Henricum scilicet de Percy cum aliis multis. Quod cum vidissent marinarii nostri, quicum 'xxiiii.'[1] navibus bellicis expectabant in mari coram portu, credebant regem velle confestim insultum facere urbi, eo quod videbant armatum exercitum et multa vexilla explicata, moxque cum fluctibus maris redundantibus et ipsi portum ingressi sunt. Quarum una præ cæteris velum elevans in alto terræ affixa est, quam circumdantes Scoti, cum se marinarii diutissime defendissent multosque peremissent telis et gladio, tandem allatis scalis et igne apposito eam ingressi sunt, xxviii. personas mutua tamen cæde perimentes. Alteram etiam navem cito postea solo inhærentem vorax flamma consumpsit, fugientibus tamen nautis cum scapha sua. Tertia vero navis, in qua fuerant 'viri'[2] de domo et familia prioris Dunolmensis, cum ab hora prima usque horam undecimam potenter tueretur, tandem innixa solo et igne allato combusta est, fugientibus cum scapha plurimis, et cæteris qui usque in finem permanserant in aquas maris salientibus, potius se credentes aquæ quam

And lays siege to Berwick, Friday, March 30.

Several English ships destroyed by the enemy.

[1] Hearne, in his Hemingford, i. 90, note, states that a copy of our Author which Bishop Tanner formerly possessed here read 'xxiii.'

[2] 'armati viri,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1296.

Capture of Berwick.

hosti; et quasi miraculose contigit quod non periit eorum aliquis, sed cum batellis aliarum navium salvati sunt. Cæteræ vero 'triginta'[1] naves cum aqua retrahente et se retraxerunt, telas emittentes ad hostes cum se facultas offerret. Cumque regi nostro, adhuc in campo existenti, talia dicerentur, videntibusque cunctis fumum a navibus extendi in altum, præcepit rex ut tubæ canerent urbemque potenter ingrederentur. Moxque clangentibus tubis, fossatum quoddam quod Scoti fecerant, cum lignis tabulatis quasi pro nihilo transeuntes, super hostes ingressi sunt, cædentes hinc et inde usque ad mare. Ad quorum introitum attoniti Scoti, non erat ex eis qui gladium erigeret vel telum emitteret, immo stabant stupefacti velut homines extra se. Triginta vero Flandrenses, qui Aulam Rubeam sic nominatam tali conditione receperant ut eam contra regem Anglorum omni tempore tuerentur, domum eandem usque ad vesperum viriliter defenderunt; sed apposito tandem igne, et ipsi cum domo combusti sunt. Ibi corruit frater comitis Cornubiæ miles 'strenuissimus,'[2] qui cum ad hostes caput in altum erigeret, in ipsa oculari apertura galeæ percussus telo, confestim cecidit et expiravit. Capta itaque urbe, ceciderunt ex hostibus plusquam octo millia. Eodem etiam die viri fortes qui erant in præsidio castri dederunt se, salvis eis vita et membris, terris et catallis; quorum capitaneum, scilicet dominum Willelmum Duglas, retinuit ibidem rex usque in finem ejusdem guerræ suæ, ducentos vero viros qui cum eo fuerant, accepto

---

[1] 'xx.' in Tanner's apograph; 'xxi.' is written above the 'xxx[ta].' in MS. Coll. Trin. Vide Hearne, Hemingford, i. 90, note.

[2] 'strenuus,' MS. Coll. Arm. Richard Plantagenet, son of Richard King of the Romans, by Sanchia his second wife.

prius juramento quod nunquam contra se vel regnum Angliæ manum erigerent, portantes arma 'libere'[1] abire permisit. Mulieres etiam ejusdem urbis post dies aliquot mittebantur ad populum suum, et abierunt in pace. Mansit autem rex in eadem urbe diebus XV. et novum fecit construi fossatum latitudinis LXXX. pedum et profunditatis XL.

Edward I. A.D. 1296.

Capture of Berwick.

Rex Scotiæ reddidit Homagium suum Regi Angliæ.

Baliol renounces his allegiance to Edward, Thursday, April 5.

Cumque maneret ibidem sic, misit ad eum rex Scotiæ nuncios, religiosos viros, scilicet fratrem Adamum Blunt gardianum fratrum Minorum de Rokesburgh, et tres socios cum eo fratres, quinto die intrante mense Aprilis, qui sibi homagium suum traderent in hæc verba:

Magnifico[2] principi, domino Edwardo, Dei gratia regi Angliæ, Johannes eadem gratia rex Scotiæ. Cum vos, ac alii de regno vestro, vobis non ignorantibus, vel saltem ignorare non debentibus, per violentam potentiam vestram nobis et regni nostri incolis graves et intolerabiles injurias, contemptus et gravamina, necnon et damna enormia, contra nostras et regni nostri libertates, ac contra Deum et justitiam, notorie et frequen-

[1] 'liberos,' MS. Coll. Arm.

[2] A copy of this document is printed in Rymer's Fœdera, i. 836, purporting to be taken from the Litt. et Autogr. Edw. I., in the Tower of London. A search has been made there for it, but without success. The variations between Hemingburgh's copy and that printed in the Fœdera are given below. The exemplar commences with the following introduction: "In Dei nomine, Amen. Hoc est exemplum cujusdam litteræ regis Scotiæ, et ex parte ejusdem regis per religiosos viros gardianum fratrum Minorum de Rokesbourgh, et socium suum, anno Domini M.CCXCVI. indictione nona, quinta die intrante mense Aprilis, apud Berewycum super Twedam, in castro ejusdem villæ, domino regi Angliæ præsentatæ, cujus tenor talis est."

Edward I. A. D. 1296.

ter intuleritis: nos extra regnum nostrum, ad levem cujuscunque suggestionem, pro libito voluntatis vestræ citando, et indebite vexando: castra nostra, terras, et possessiones nostras, et nostrorum infra regnum vestrum, 'sine'[1] nostris demeritis occupando: bona nostra, ac subditorum nostrorum, tam per terram, quam per mare, rapiendo, et infra regnum vestrum receptando: mercatores et alios regni nostri incolas occidendo: 'hominesque'[2] nostros de regno nostro violenter in regnum vestrum abducendo, ipsosque ibidem detinendo et incarcerando.

Super quibus reformandis nuncios nostros sæpe vobis transmisimus, quæ non solum adhuc remanent incorrecta verum etiam de die in diem per vos et vestros prioribus deteriora cumulantur. Vos namque 'cum'[3] innumerabili armatorum multitudine, exercitu vestro publice 'congregato,'[4] ad exhæredandum nos et regni nostri incolas ad fines regni nostri hostiliter accessistis; et ultra progredientes in regno nostro strages et incendia, necnon insultus et invasiones violentas, tam per terram quam per mare, commisistis inhumane. Nos dictas injurias, contemptus, gravamina et damna, necnon et hostiles impugnationes, ulterius sustinere non valentes, nec in fidelitate et homagio vestro, licet per violentam 'impressionem'[5] extortis, manendo; contra vos etiam ad defensionem nostram et regni nostri, cujus defensioni et tuitioni vinculo juramenti sumus astricti, nos volentes erigere; fidelitatem et homagium vobis facta tam a nobis quam ab aliis quibuscunque regni nostri incolis, fidelibus nos-

---

[1] 'injuste et sine,' Fœdera.

[2] 'homines,' Fœdera; 'homines et,' MS. Cott. Tib.

[3] 'jam cum,' Fœdera.

[4] 'convocato,' Fœdera.

[5] 'oppressionem vestram,' Fœdera.

tris, ratione terrarum quas in regno vestro de vobis tenebant, et etiam ratione menagii seu retentionis vestræ, nomine nostro ac nomine eorundem omnium et singulorum vobis reddimus per præsentes."[1] Et fuit ista litera sine data. Recepitque rex homagium resignatum, et præcepit ut inrotularetur in rotulis cancellariæ suæ ad perpetuam rei gestæ memoriam, et factum est sic. Edward I. A.D. 1296.

Scoti combusserunt Hexcelsham cum tota Patria.

Eodem mense Aprili prædicti comites Scotiæ superius nominati, cum Scotorum exercitu copioso, a castro de Gedeworth[2] venientes, sexto idus Aprilis ingressi sunt fines nostros in Valle de Reede, obsidentes castellum de Hyrbotil per duos dies; sed cum proficere se non viderent, immo perdidissent ex suis aliquos, digressi sunt inde, vastantes et concremantes ex orientali parte de Tyne, 'Cokedale,'[3] Redesdale et Northumbriam, cum Corebrigge, usque 'Hexceldesham,'[4] ibidemque, fugientibus canonicis, hospitati sunt et intrusi, die scilicet sancti Leonis papæ, quæ fuit feria quarta. Mane autem facto, cum jam monasterium illud omnibus quasi bonis spoliassent, apposuerunt et ignem, et non tantum ecclesiam immo et monasterium cum villa tota inaudito facinore combusserunt.

April 8. The Scots again invade the English marches, and lay waste Northumberland.

Wednesday, April 11.

[1] After "præsentes" the copy in the Fœdera continues thus: "Exemplata et ascultata fuit subscripta littera anno et indictione prædictis, quinta die exeunte mensis Aprilis, apud Berewycum super Twedam, in domo fratrum de Carmelo; præsentibus venerabilibus viris, dominis Johanne de Langeton, præfati domini regis Angliæ cancellario; Willielmo de Hamelton archidiacono Eborum; et Roberto dicto Galbi notario publico."

[2] Jedburgh.

[3] 'Rokesdale,' MS. Cott. Tib. now Cocketdale, Northumberland.

[4] 'Excelsham,' MS. Cott.Tib.; 'Hexselsham,' MS. Coll. Trin.; now Hexham, co. Northumberland.

Edward I. A. D. 1296.

Obliti namque sunt, immo potius contempserunt, memoriam reverendi patroni ejusdem domus et quondam totius Scotiæ, beatissimi scilicet Andreæ apostoli, parvipendentes illum quem patronum regni Scotiæ antiquitus nominare solebant.

The nunnery of Lambley burned.

Inde vero divertentes, domum sanctarum monialium de Lameslay,[1] cum cæteris adjacentibus in patria, incendio horribili concremarunt, in fine illius diei Jovis pernoctantes apud Lanercost. Cumque eorum fuisset voluntatis ulterius procedere, noluit ipse Deus, et ideo impediti sunt: affuit enim nuncius ex suis qui diceret quod exercitus regis Angliæ veniens in proximo vel in januis assisteret. Attoniti vero et stupefacti in hoc, cum quasdam domus ejusdem monasterii, non tamen ecclesiam, incendissent, summo mane diei Veneris per medium forestæ Nicholay cum magna præda reversi sunt.

Capti sunt Scoti multi apud Dunbarre in Castro.

The castle of Dunbar betrayed to the Scots.

Eodem tempore cum comes Patricius, qui vulgariter dicitur Counte de la Marche, potenter fideliterque regi nostro militaret, uxor ejus comitissa in castro suo de Dunbar manens, dolumque, ut dicitur, et fraudem excogitans, missis nunciis ad exercitum Scotorum, eos cum omni festinatione accersivit, promittens se in eorum adventu castrum reddituram. Erat enim vir suus cum rege nostro ignorans talia. Miseruntque Scoti tres comites, quatuor barones, XXXI. milites, cum centum armigeris, et mox in eorum adventu introducti sunt, expulsis regiis et quibusdam eorum interfectis. Quod cum esset regi nostro nunciatum, confestim robur exer-

---

[1] Lambley upon the Tyne, a Benedictine nunnery in Northumberland.

Edward I. A. D. 1296.

citus misit ibidem cum comite de Warenna,[1] mille[2] scilicet armatos equites, et peditum decem millia. De exercitu etiam Dunolmensis episcopi centum armati mittebantur. Qui cum obsedissent castrum, paucis tamen diebus, et mutuis se telis et insultibus visitassent, novi castrenses attoniti, rogaverunt ut concesso triduo liceret eis regem suum expetere, sub qua conditione se dare deberent et castrum reddere. Quo concesso, et missis nunciis, ecce die tertio, qui erat dies Veneris, a captura de Berewyk in tres ebdomadas, venit exercitus multus a rege Scotorum missus, mille quingenti equitantium et XL. millia peditum, per clivum montis descendens ex opposito de Dunbar, præparatus ad bellum per turmas suas. Quod cum vidissent novi castrenses, et ex visione tali jam læti effecti, mox eorum vexilla in propugnaculis castri erexerunt, clamantes ad nostros et eos probrose vocantes canes caudatos et talia quæque, insuper comminantes in mortem et caudarum abscisionem. Tunc 'comes'[3] de Warenna, assignatis pueris magnatum qui cum eo erant cum quibusdam armatis ad obsidionem castri continuandam ne hostes exirent, ipse cum exercitu residuo animose processit ad hostes. Cumque noster exercitus in vallem descendendo et transeundo circumquaque se diffunderet, ut sic facilius meliusque properaret mutuo congressui, credebant Scoti nostros in hoc fugam inire et terga vertere, et conclamabant in mortem eorum, 'insufflantes'[4] cornibus et resonantes ululatibus in tantum quod terribilis sonitus cornuum inferni

---

[1] John Plantagenet, Earl of Warren and Surrey.

[2] Two thousand, according to Matthew of Westminster, p. 427, who states that the army was dispatched on the 24th of April.

[3] Omitted in MS. Coll. Arm.

[4] 'exsufflantes,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1296.

The Scots defeated with great loss by the Earl of Warren.

quasi profunda penetravit. Sed tandem ascendentibus nostris ex valle profunda, et ad congrediendum festinantibus, confestim et ipsi conticuerunt, directisque hinc et inde aciebus, absque ulla dilatione mutuo congressi sunt, lanceis et gladiis vicissim occurrentes, et, ut placuit Altissimo, mox quasi in primis ictibus terga verterunt Scoti, et insequebantur nostri cædentes et trucidantes quasi spatio VII. leucarum vel octo, fere usque ad Forestam de Selekyrk, cecideruntque ex eis circiter decem millia. Unus autem ex eis miles 'strenuissimus,'[1] nomine Patricius de Graham, inter sapientiores regni illius quasi primus et inter potentiores nobilissimus, cum gloriam suæ laudis minuere nollet, faciem non avertit, sed viriliter agens usque ad mortem, in fine tandem corruit interfectus ibidem. Collectis demum spoliis, et revertentibus nostris ad obsidionem castrensium, ecce deponebantur vexilla quæ contra ruinam eorum prius elevabantur in altum. Confusi enim fuerant et conterriti cum suos et terga vertere et partem corruisse vidissent.

Capture of Dunbar Castle.

Regi quidem nostro in crastino venienti reddiderunt castrum, ponentes in manu ipsius vitam et membra. Noluit enim rex ullam conditionem apponere, neque gratiam promittere ex pacto certam. Nomina eorum qui captivabantur erant ista: Willelmus comes de Rosse, Willelmus comes de 'Asthelle,'[2] Alexander comes de Meneteth. Item barones, Johannes filius Johannis Comyn, Willelmus de Sancto Claro, Ricardus Syward, Johannes filius Gaufridi de Moubrai. Cum istis etiam magnatibus inventi sunt et capti triginta unus milites, et armigeri centum, et duo clerici, scilicet Johan-

---

[1] 'strenuus,' MS. Coll. Arm. [2] 'Asshetoll,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1296.

nes de Somerville et Willelmus de Sancto Claro.[1] Hos omnes misit dominus rex sparsim et divisim per XII. vel XVI. ad diversa castella in Anglia, sub firma custodia reservandos. Obtenta itaque victoria de Dunbar, dissoluta sunt corda et consilia Scotorum, fugeruntque quasi omnes ultra mare regni illius, exceptis illis qui in castrorum præsidiis remanebant. Exinde processit rex ad aliquas urbes et oppida, et extunc omne robur Scotiæ quasi minimo et incruento negotio in suam potestatem 'redegit'[2] et vicit. Namque quia universam eorum gloriam unius prœlii casus abraserat, in obtinendis residuis nulla se fortunatissimo principi difficultas opposuit.

Success of King Edward.

Quomodo Rex Scotiæ et Magnates sui subjecerunt se.

Post dies aliquot processit rex ad castrum de Rokesburgh, quod diu tenuerat senescallus Scotiæ, et statim illud reddidit in adventu regis, salvis vita et membris, terris et catallis; ibique venerunt ad regem XV. millia Wallensium, et confestim in Angliam remisit quasi eundem numerum ex Anglicis fatigatis, stabilitoque castro, profectus est cum exercitu toto ad castrum Puellarum, quod Anglice dicitur Edensburgh, obseditque illud per 'VIII.'[3] dies, et fortiter expugnavit ligneis machinis quas copiosas et maximas ibidem attulerat, dederuntque se castrenses et eisdem vita data est. Divertitque rex usque Strivelyn, et invenit castrum vacuum et neminem ei resistentem, fugerant enim custodes a facie ejus timore perterriti, ibique venit ad regem comes de Huluester cum quadringentis equestri-

Roxburgh and Edinburgh castles surrender.

Arrival of the Earl of Ulster,

[1] William Sinclair, Bishop of Dunkeld, and second son of the Baron Sinclair above mentioned.

[2] Omitted in MS. Coll. Arm.

[3] 'VII.,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1296.

Sunday, June 24.

bus et triginta peditum millibus Hibernicorum; et profectus est rex usque villam sic dictam villa Sancti Johannis, 'ubi'[1] in nativitate beati Johannis Baptistæ fecit novos milites et solemnitatem magnam, mansitque ibidem diebus aliquot, et

Baliol sues for peace,

venerunt ad eum nuncii ex parte regis Scotorum postulantes pacem ex nomine ejus quam nuper exhorruerat, adjicientes ut non faceret ei secundum merita, sed secundum suam misericordiam benignam sibi pacem 'concederet.'[2] Rex vero noster, delicta non ponderans sed misericorditer agens, clementer respondit, quod infra xv. dies veniret ipse rex Scotiæ cum optimatibus suis ad castrum de Brighyn,[3] de ipsa pacis forma tractaturi cum suis nunciis quos missurus erat. Cumque venissent ibi rex, scilicet Scotiæ, et uterque Johannes Comyn, de Badenach scilicet et de 'Bughan,'[4] cæterique magnates ejusdem regni, misitque ibidem rex noster Antonium Dunolmensem episcopum cum consilio pleno et plena potestate tractandi negotium et debito fine claudendi, et per varios tractatus et multa colloquia non fuit alia pacis forma nisi ab ipso rege resignato regno, et fracto communi sigillo, ipseque rex et cæteri sui optimates voluntati regis Angliæ se darent et redderent, condi-

and resigns his kingdom.

tione nulla apposita. Feceruntque sic, et dederunt se voluntati regis Angliæ, et tradidit ipse rex filium suum Edwardum in obsidem, et regno Scotiæ renunciavit per scriptum in hæc verba conceptum.

---

[1] Omitted in MS. Coll. Arm.

[2] 'crederet,' MS. Coll. Arm.

[3] The castle of Brechin in the county of Angus.

[4] 'Dughan,' MS. Cott. Tib.

Rex Scotiæ resignavit Regnum.

Edward I. A. D. 1296.

Deed of Abdication.

Johan, par la grace de Dieu, rey d'Escoce, a touz ceaux qui cestez presentz lettres verrount ou orront, saluz. Cum nous par mauveys counsaile e faus, e par nostre symplese, eioms grevousement offendu et coruce nostre seignor Edward, par la grace de Dieu roy d'Engleterre, seignour d'Yrland, et duc d'Aquitaigne, en meiutes choses; ceo est assavoir:—Nous, esteant e demorant a sa feie en sun homage, de faire aliaunce au roy de Fraunce countre lui, qui dunke estoit e uncore est sun ennemy: a fere mariage ove la fille son frer sire Charles: e pur nostre seignor grevere, et le rei de Fraunce eidere e a tout nostre poer, par guerre e en altres maners: e puis, par nostre mauveis conseil avantdit, defere nostre signor le roy 'd'Engleterre'[1] et nous mettre hors de son homage e sa feie, par le homage rendre: e ausi noz gentz envoier en sa terre d'Engleterre, pour fere arsons, praies prendre, homicides fere, et autrez damages plusors: e la terre d'Escoce, la quele est de son fee, de gentz dez armes, en villes, chastells, et aliours mettre et estabiler pur la terre defendre encountre lui et pur son fee lui deforcier;—Por lez quelez chosez et trespasses desousdit, nostre seignor le roi d'Engleterre avantdit est en la terre d'Escoce entre, et a force lad pris e conquis, non osteant le poer que nous avons mys encontre lui; la quele chose il poet fere de dreit, com seignor de son fee, puisque nous lui avons le homage rendu et fet les choses avantditz. Pur la quele chose nous, esteant en

[1] Omitted in MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1296.

nostre plein poer e nostre fraunche volunte, lui avoms rendu 'la terre d'Escoce e tout la gent'[1] ove touz lour homages. En tesmoignaunce de quele chose nous avoms fet fere cestez noz lettres overtz. Donez a Bregchine le dysme jour de Jule l'an de nostre reigne quart.[2]

Magnates Scotiæ subjecerunt se Regi Angliæ per Scriptum.

The coronation stone is removed from Scone to Westminster.

Hiis ita gestis, et fracto communi sigillo 'Scotiæ'[3] post consignationem prædictæ literæ, processit rex noster 'ut'[4] montes regni Scotiæ transeundo 'videret,'[5] et semper præcessit faciem regis per unam dietam vel duas Dunolmensis episcopus cum turma sua. Cumque iter suum faceret rex per medium Murref[6] usque Elayn,[7] noluit ulterius procedere eo quod pacata vidisset omnia, sed reversus est usque Berewyk, ubi parliamentum suum in proximo teneri statuerat. Et in redeundo per Scone, præcepit tolli et Londoniis cariari lapidem[8] illum, in quo, ut supradictum

---

[1] 'la terre et tot la gent Descoce,' MS. Cott. Tib.

[2] In the Treasury of the Receipt of the Exchequer is preserved an Original Instrument, verbatim the same as the preceding document, with the exception of the date, which is as follows: "Donees a Kyncardyn le secund jour de Jul', l'an de nostre regne quart.' Rymer, Fœdera, i. 841.

[3] 'regni Scotiæ,' MS. Cott. Tib.

[4] 'usque,' MS. Cott. Tib.

[5] 'ut videret,' MS. Cott. Tib.

[6] The county of Moray, or Murray, anciently esteemed the granary of Scotland.

[7] Elgin.

[8] Tradition relates that this was the stone which served Jacob for a pillow when on his journey to Mesopotamia; that it was afterwards transported to Spain, where Gathelus, a contemporary of Moses, made use of it as a seat of justice; it was thence brought to Ireland by Simon Breccus; and at a later period found its way to the palace of Dunstaffnage, in Argyleshire, and was there used as the coronation chair until 843, when Kenneth II., having united the whole of North Britain under his sceptre, transferred it to Scone, where it served as the Scottish throne

est, reges Scotorum solebant poni loco coronationis suæ, et hoc in signum regni conquesti et resignati. Tenuitque parliamentum suum diebus multis apud Berewyk super Twedam, ubi venerunt ad eum magnates regni Scotiæ et Galawaliae, et recepit homagia et fidelitates eorum, et super hoc conficiebatur scriptum in hæc verba conceptum.

Edward I. A. D. 1296.

The Scots do fealty at Berwick.

Scriptum eorum.

Letters of Submission.

A[1] touz ceus qi cestes lettres verront ou orront, Robert evesqe de Glascu, Henri evesqe de Aberden, Thomas evesqe de Candidi Case,[2] saluz.[3]

Pur ceo qe nous sumes venuz a la foi e a la volunte du tresnoble prince, nostre chier seigneur sire Edward, par la grace de Dieu roi d'Engleterre, seigneur d'Irlande, et duk d'Aquitaine; nous promettoms pur nous e pur nos 'successours,'[4] sur peine de corps, e d'avoir, et sur quanqe nous pussons encoure, qe nous li servirons bien e leaument contre totes gentz qi porunt vivre e morir, totes les foiz qe nous serrons requis ou garniz de par nostre seigneur le roy d'Engleterre avantdit ou par ses heirs: e qe nous leur damage ne saverons qe nous nel desturberons a tut nostre poer, 'et le leur faceoms a

of inauguration. The following leonine verses engraven on it,—

"Ni fallat fatum, Scoti quocunque locatum
Invenient lapidem, regnare tenentur ibidem,"—

are said to have been the cause which prompted King Edward to order its removal to Westminster Abbey, to take away at least one pledge of the independence of the Scottish nation.

[1] This document is printed from the original preserved in the Treasury of the Court of the Receipt of the Exchequer.

[2] Whithern or Whithorn, a royal borough in Wigtonshire.

[3] 'A touz cez qui ceste lettre verront ou orront, etc. Salutz,' MSS. of Hemingburgh.

[4] 'heirez,' MSS. of Hemingburgh.

Edward I. A. D. 1296.

Letters of Submission.

savoir.'[1] E a cestes choses tenir e garder nous obligons nous et nos 'successours'[2] e tuz nos biens; 'e outre ceo,'[3] avons jurez sur seintes ewangeiles. Estre ceo nous touz, et chescun de nous par sey, avons fet feaute a nostre seigneur le roi avantdit en cestes paroles. Jeo serai feal et loial, et foi e leaute porteray au roy Edward roi d'Engleterre, e a ses heirs, de vie, e de membre, et de terrien honour, contre totes gentz qui poront vivre 'ou'[4] morir. E james pur nulli armes ne porteray ne en conseil ne en ayde, ne seray contre luy ne contre ses heirs en nul cas qe poet avenir. 'E leaument reconustray e leaument frai les services qi apartenent as tenemens qe jeo cleym tenir de luy.'[5] Si Dieu me eide e les seintz. En 'tesmoignance des queus choses'[6] nous avons fet fere cestes lettres overtes sealees de nos seaus.

Tuesday, August 28.

Donnees a Berewyk sur Twede le vint utime jour de Aust, l'an du regne nostre seigneur le roy d'Engleterre avantdit vintime quart.

Scriptum Roberti de Bruys, et quorundam aliorum.

A[7] touz ceus qui cestez presentz lettres verront ou orront Patrik counte de la Marche et de Dunbar, Gilbert de Umfranvile, counte de 'Anegos,'[8] Robert de Bruys le veille, Robert de Bruis le jouen count de 'Karrik,'[9] saluz. Pur ceo que

---

[1] 'et froms a savoir,' MS. Coll. Arm.; 'et lur frums a savoyr,' MS. Cott. Tib.

[2] 'heirez,' MSS. of Hemingburgh.

[3] 'et sur ceo,' MSS. of Hemingburgh.

[4] 'et,' MSS. of Hemingburgh.

[5] Omitted in MSS. of Hemingburgh.

[6] 'tesmoigne de cestes choses,' MS. Coll. Arm.; 'tesmoygne de cest chose,' MS. Cott. Tib.

[7] This Letter of Submission is printed according to the MSS. of Hemingburgh.

[8] 'Arregos,' MS. Coll. Arm.

[9] 'Karlill,' MS. Coll. Arm.

Edward I. A. D. 1296. Letters of Submission.

nous sumez et touzjours 'avoms este'[1] a la fei et a la volunte du tresnoble prince et nostre chier seignour Sir Edward, par la grace de Dieu rei d'Engleterre, seignour d'Ireland, et duc d'Aquitaine, nous promettons pur nous et pur noz heirez sur peyn de corps, et de avier, et sur 'quauntque'[2] nous 'pussoms'[3] encoure, que nous lui servirons bien et leaument encontre toutz gentz qe purront viver ou morrire touz lez fiez que nous serroms requis ou garniz de part nostre seignour le rei d'Engleterre avantdit, ou par ses heirez; et que lour damages ne saveremz que nous ne le disturberons a tout nostre poer, ou lur ferroms a savoir. Et a 'cestes choses'[4] tenire et garder obligeoms nous et noz heirez et touz noz bienz, et outre ceo avoms jurez sur seintz evangels; et puis nous touz et chescun par sei avons fet homage a nostre seignour le rei avauntdit en cestes paroles. Jeo devynk vostre homme lige de vie, et de membre, et de terrien honour, countre touz gentz qui purront vivere ou murire, et mesmes celui 'nostre seignour le rei lad resceu'[5] en ceste fourme. Nous le resceivoms 'de'[6] terrez dont vous estez ore seisie, sauf nostre dreit et autri, 'et'[7] forspris lez terrez les quez Johan de Balliolf, qui fut rey d'Escoz, vous dona puisque nous lui sumez renduz le reaume d'Escoce si nuls vous eit donee. Estre ceo nous touz et chesconz de nous par sei avons fet 'feautie'[8] a nostre seignour le rei d'Engleterre avauntdit en cestez parolez. Jeo serroi feal et leal, et fai et leaute porterai au roy d'Engleterre

---

[1] 'ascuns estie,' MS. Coll. Arm.

[2] 'quantke,' MS. Coll. Arm.

[3] 'poomz,' MS. Cott. Tib.

[4] 'cest chose,' MS. Cott. Tib.

[5] 'lat receu,' MS. Cott. Tib.

[6] 'del,' MS. Cott. Tib.

[7] Omitted in MS. Coll. Arm.

[8] 'fiaunce,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1296.

Letters of Submission.

Edward et a ses heirez, de vie, et de membre, et de terrien honour, contre totez gentz qui purront vivere ou murire, et james pur nuly armez ne porterai, ne en conseil ne en eide, ne serroi contre lui, ne encontre sez heirez en nul cas qui poet avenir, et lealment reconustrei et lealment frei les services qui apertenent as tenementz que 'jeo'[1] cleime tenir de vous. Si Dieu me eide et lez seintz. En tesmoignaunce dez quels chosez nous avons fet fere cestez lettres overtz de noz seals ensealez. Donez a Werk le vintime quint jour de Marce, le ane du regne nostre seignour le rei d'Engleterre vintime quart.

Sunday, March 25.

Ordinatio Regis de Regno Scotiæ.

Enactments of King Edward for the government of his new kingdom of Scotland.

Ordinavit igitur rex in eodem parliamento suo de Berewyk novum thesaurarium regni Scotiæ,[2] novum sigillum, et novum cancellarium. Justitiarios quoque constituit, et præcepit ut omnes qui terras aliquantas de dominio regis tenerent, vocarentur, homagiumque facerent, et cæteri omnes tenentes aliunde fidelitatem jurarent, recognoscentes se suo dominio extunc esse subjectos, et hoc per scripta singulorum in perpetuam regni conquesti memoriam. Statuitque rex et præcepit ut Johannes quondam rex Scotiæ, et uterque Johannes Comyn, cæterique magnates terræ illius vel in suo itinere vel faciem ejus præcederent ad partes australes, morarenturque in partibus eisdem ultra aquam quæ Trenta dicitur, non revertentes sub pœna capitis quousque inter ipsum et regem Franciæ omnino guerra

---

[1] 'me,' MS. Cott. Tib.

[2] Hugh de Cressingham was appointed treasurer on the 6th of September. Rot. Scot. 24 Edw. I. m. 7.

finiretur. Obtenta itaque victoria regni Scotiæ et ordinato regno, dimisit rex Wallenses, et Hibernicos, et Anglicanum exercitum, ut reverterentur ad propria, gratias eis agens, et adjiciens coronam Anglicanam eis in hoc facto multum teneri et perpetuo obligari. Ipse quoque rex ad partes australes reversus est, ex edicto tempus statuens optimatibus suis ut convenirent ad eum in crastino Animarum apud Sanctum Edmundum;[1] præcesseruntque regem magnates Scotiæ, et juxta statutum ultra Trentam morati sunt.

Edward I. A. D. 1296.

Saturday, November 3.

Litera Papæ super Libertate universalis Ecclesiæ.

Eodem tempore cum audisset dominus papa non tantum Anglicanæ sed etiam universalis ecclesiæ afflictiones varias et oppressiones multas quasi per omnia mundi regna, eo quod reges et principes affligebant eam, cogitavit sollicite per quam posset viam aliquod remedium adhibere; unde, de consilio fratrum, constitutionem subscriptam per universas mundi provincias 'bullatam'[2] misit, perpetuis temporibus observandam:

Bonifacius, 'etc.'[3] ad perpetuam rei 'memoriam.'[4] Clericis laicos infestos oppido tradidit antiquitas, quod et præsentium experimenta temporum manifeste declarant, dum suis finibus non contenti nituntur in vetitum, et ad illicita sua fræna relaxant; nec prudenter attendunt quomodo sit eis in clericos ecclesiasticasve personas et bona interdicta potestas: quinimmo

Bull of Pope Boniface.

[1] The king's summons to the Archbishop of Canterbury to attend this parliament is dated on the 26th of August at Berwick-upon-Tweed. Rot. Claus. 24 Ed. I. m. 7, d.

[2] 'bullatim,' MS. Cott. Tib.

[3] 'episcopus, servus servorum Dei,' are the words omitted.

[4] 'memoriam, et infra,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1296.

Bull of Pope Boniface.

ecclesiarum prælatis, ecclesiis, ecclesiasticisque personis regularibus et secularibus, imponunt onera gravia, ipsos talliant et eis collectas imponunt, et ab 'ipsis suorum'[1] proventuum vel bonorum dimidiam, decimam seu vicesimam, vel quamvis aliam portionem aut quotam, exigunt et extorquent, eosque moliuntur multifarie subjicere servituti, suæque subdere ditioni; et, quod dolenter referimus, nonnulli ecclesiarum prælati ecclesiasticæque personæ trepidantes, ubi trepidandum non est, transitoriam pacem quærentes, plus timentes majestatem temporalem offendere quam æternam, talium abusibus non tam temerarie quam improvide acquiescunt, sedis apostolicæ auctoritate non obtenta. Nos igitur, talibus actibus obviare volentes, de fratrum nostrorum consilio, apostolica auctoritate statuimus quod quicunque prælati ecclesiasticæve personæ, religiosæ vel seculares, quorumcunque ordinum, conditionis seu status, collectas vel tallias, dimidiam, decimam, vicesimam seu centesimam suorum et ecclesiarum suarum proventuum vel bonorum laicis solverint vel promiserint, vel se soluturos 'concesserint,'[2] aut quamvis aliam quantitatem, portionem, aut quicquam ipsorum proventuum, vel bonorum æstimationem, vel valorem ipsorum, sub adjutorii, mutui, subventionis, subsidii, vel doni nomine, seu quovis alio 'titulo'[3] vel modo vel quæsito colore, absque auctoritate sedis ejusdem; necnon imperatores, reges, seu principes, duces seu comites, vel barones, potestates, 'capitanei,'[4] officiales vel rectores, quocunque nomine censeantur, civitatum, castrorum, seu quorumcumque locorum constitutorum ubilibet, et quivis alius

[1] 'ipsius suorumque,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'excesserint,' MS. Coll. Arm.

[3] 'timore,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[4] 'capitaneos,' MSS.

Edward I. A.D. 1296. — Bull of Pope Boniface.

cujuscunque præeminentiæ, conditionis et status, qui talia imposuerint et exegerint vel receperint, aut apud ædes sacras deposita ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum ubilibet arestaverint, seisierint, seu occupare præsumpserint, vel arestari, seisiri, aut occupari mandaverint, aut occupata, seisita, seu arestata receperint, necnon omnes qui scienter in prædictis dederint consilium, auxilium, vel favorem, publice vel occulte, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Universitates quoque quæ in hiis culpabiles fuerint ecclesiastico 'supponimus'[1] interdicto. Prælatis et personis ecclesiasticis supradictis, in virtute obedientiæ et sub depositionis pœna, districte mandantes, ut talibus, absque licentia expressa dictæ sedis, nullatenus adquiescant. Quodque prætextu cujuscunque oblationis, promissionis et concessionis factarum hactenus vel faciendarum inantea, priusquam hujusmodi constitutio, prohibitio, seu præceptum ad notitiam ipsorum pervenerit nihil solvant, nec supradicti seculares aliquid quoquomodo recipiant. Et si solverint vel prædicti receperint, in sententiam excommunicationis incidant ipso facto. A supradictis autem excommunicationis et interdicti sententiis nullus absolvi valeat, præterquam in mortis articulo, absque sedis apostolicæ auctoritate et licentia speciali, cum nostræ intentionis existat tam horrendum secularium potestatum abusum nullatenus sub dissimulatione transire, non obstantibus quibuscunque privilegiis, sub quibuscunque tenoribus, forma seu modo aut verborum conceptione concessis imperatoribus, regibus et aliis supradictis, quæ contra præmissa in nullo volumus alicui vel aliquibus suffragari.

[1] 'supposuimus,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1296.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, prohibitionis seu præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sexto kalendarum Martii, pontificatus nostri anno secundo.

Feb. 24.

Quomodo Rex Angliæ posuit Clerum extra Protectionem suam.

Saturday, Nov. 3. The clergy refuse to grant the King an aid.

In crastino Animarum ejusdem anni tenuit rex parliamentum suum apud Sanctum Edmundum, ubi, ad rogatum ipsius, concessus est duodecimus denarius a populo, octavus a civitatibus et burgis, a clero quintus. Responsum est, quod nec ipsi dare vel concedere, nec ipse quicquam accipere posset, nisi uterque eorum sententiam excommunicationis incurreret in bulla latam; quod tamen regem velle non credebant, nec sibi expedire sciebant. Sed non placuit regi responsum hoc, unde adjornati sunt ad aliud parliamentum Londoniis in crastino Sancti Hilarii, ut interim cum deliberatione consulti melius responderent. Adveniente tandem die, et ibidem clero congregato, Cantuariensis archiepiscopus, magister Robertus de Wynchelse, communicato consilio hiis qui a facie 'regis'[1] mittebantur, respondit in hæc verba: "Satis vobis constat, domini mei, 'nec latere potest,'[2] quod sub omnipotenti Deo duos etiam dominos habemus, spiritualem scilicet et temporalem; spiritualem vero dominum papam, et temporalem dominum nostrum regem; et quamvis utrique obedientiam debeamus, majorem tamen temporali quam spirituali.[3] Verum ut placere possimus utrique, concedimus et mittere

A.D. 1297. Monday, Jan. 14.

---

[1] 'ejus,' MS. Cott. Tib.
[2] Supplied from MS. Cott. Tib.
[3] Knyghton here has 'majorem tamen spirituali quam temporali,' which is evidently the true reading.

Edward I. A. D. 1297.

volumus sumptibus nostris nuncios nostros speciales ad ipsum patrem spiritualem dominum papam, ut licentiam 'ad concedendum'[1] habere possimus, vel saltem responsum habeamus ab ipso quid facere debeamus: credimus etiam dominum nostrum regem, sicut et nos, ipsam excommunicationis sententiam in bulla latam et timere et effugere velle." Ad hæc nuncii regis: "Ordinate ex vobis, domini carissimi, personas certas, qui talia domino regi ex parte vestra renuncient; nos enim, scientes indignationem ejus accensam, veremur omnino talia nunciare." Quod cum ipsi fecissent, mox furor regis insævit, et excandens in iram, ipsum Cantuariensem archiepiscopum cum toto clero Anglicano extra suam defensionem et protectionem posuit; præcepitque ut omnes terræ etiam dotales totius ecclesiæ Anglicanæ in manum ipsius seisirentur. Et, ut creditur, miraculose contigit, eadem enim die 'qua extra protectionem suam rex clerum posuerat,'[2] confusi sunt milites sui in Vasconia, et a Francis devicti, ut infra patet. Justitiarius[3] etiam regis in banco ex parte regis pro tribunali sedens, omnibus circumstantibus publice dixit, "Vos domini attornati archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et priorum, cæterarumque personarum omnium ex clero, nunciate dominis vestris 'et dicite,'[4] quod de cætero in curia domini regis nulla fiet eis justitia de quacunque re, etiam si illata fuerit eis injuria atrocissima. Justitia tamen de eis fiet omnibus conquerentibus, et eam habere volentibus. Mirabile dictu! communis justitia quæ populo conce-

They are outlawed and their temporalities seized.

[1] 'aliquid concedendi,' MS. Cott. Tib.

[2] 'qua clerum extra protectionem posuit,' MS. Cott. Tib.

[3] Sir John Mettingham, Lord Chief Justice of the Common Pleas.

[4] Omitted in MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1297.

Some of them submit, and receive the royal protection.

ditur, nescio quo spiritu, ipsi clero denegatur, ancillaturque et servit mater ecclesia, quæ solebat antiquitus filiis dominari." Electus autem Eborum Henricus de Newerk, item Dunolmensis, Eliensis, Salesbiriensis episcopi,[1] et quidam alii, timentes iram regis maximam, et conjecturantes grave periculum imminere, ordinaverunt se deponere velle in æde sacra quintam partem bonorum ecclesiasticorum illius anni, ad tuitionem ecclesiæ Anglicanæ, et defensionem urgentissimæ necessitatis, ut sic iram regis evaderent, et sententiam in bulla latam non incurrerent. Quicquid tamen deponebat clerus, tollebat fiscus; et sic ordinantes, et sub colore quintam partem concedentes, protectionem regis consecuti sunt. Cantuariensis vero archiepiscopus, animum non mutans, nec concedere nec deponere quicquam voluit, elegitque potius iram regis quam sententiam excommunicationis incurrere; unde seisita sunt omnia bona sua, et vasa ejus aurea et argentea occupata sunt, et equi omnes; recesseruntque ab eo familiares ejus, nec remansit quicquam unde Christi pauper aleretur; præceptumque est, sub gravi forisfactura regis, ne quis eum hospitio susciperet in monasterio vel extra, evacuatumque est illud apostoli, "Suscipite invicem sicut et Christus suscepit vos:"[2] mansitque sic ejectus in domo cujusdam simplicis rectoris, cum solo sacerdote et uno clerico, non habens ex toto archiepiscopatu ubi caput reponeret; constanter tamen egit in verbo Domini, publice mendicans, et ubique protestans omnes qui vel regi vel personæ seculari præter voluntatem domini papæ quicquam concederent, in canonem latæ

The archbishop of Canterbury's goods seized.

[1] These were Anthony de Bek, William de Luda, and Nicholas Longespee.

[2] Romans, xv. 7.

sententiæ eo facto proculdubio incidisse, semper existens paratus ad moriendum pro ecclesia Dei. Amici vero Lincolniensis episcopi Oliveri,[1] 'etiam ipso voluntatem regis non ratificante,'[2] procuraverunt tamen quod vicecomes Lincolniensis, levata quinta parte de bonis ipsius episcopi, extunc ei possessiones et terras restitueret. Omnia etiam monasteria episcopatus ipsius, et totius provinciæ Cantuariensis, seisita fuerant in manum regis, et ex præcepto ipsius custodes appositi qui ipsis religiosis solummodo necessaria ministrarent, et reliqua converterentur in fiscum. Unde abbates et priores necessitate compulsi curiam regis adierunt, non peccata quidem sed bona propria redimentes, data quarta. Nulla tunc temporis fiebat justitia clero, et passi sunt clerici injurias multas. Religiosi etiam in via regia equis suis spoliabantur, et nullam consecuti sunt justitiam, quousque, redemptione facta, eis daretur regia protectio.

Edward I. A.D. 1297.

Oppressio Terræ per Prisas.

Eodem etiam anno, Quadragesimali tempore, præcepit rex ut omnes qui lanas haberent et coria, ad certos portus maris infra diem certum cariarent, sub pœna perditionis earundem, et incarcerationis, gravisque forisfacturæ regis. Quod cum ipsi fecissent, ministri regis omnes saccos lanæ quinarium numerum excedentes, datis talliis, acceperunt ad opus regis, et ab unoquoque sacco numerum quinarium non excedente, ab ipsis eorum dominis, nomine malæ

The King seizes the wool.

[1] Oliver Sutton, Dean of Lincoln, elected March 1, 1280.

[2] 'et ipse voluntatem vel petitionem regis non ratificante,' MS. Cott. Tib.; 'ipso nesciente, et cum sciret non ratificante,' MS. Coll. Trin.

Edward I. A.D. 1297.

toliæ, quadraginta solidos extorserunt. Insuper præcepit rex ut contra passagium suum in Franciam de quolibet comitatu acciperentur per vicecomitem duo millia quarteria frumenti, et tantundem avenæ, et ad portus maris ducerentur. Factumque est 'sic,'[1] et talliabantur homines ad certum numerum quarteriorum; 'etiam'[2] qui bladum non habebant, accipiebantur 'et ab eis'[3] carnes bovinæ et porcinæ ad certum numerum, et multæ fiebant oppressiones in populo terræ.

Comes Flandrensis concordatus est cum Rege Angliæ.

The Count of Flanders enters into an alliance with England.

Eodem anno 'comes Flandriæ'[4] a rege Francorum domino suo injuriam passus, cum jam multas pro eo exhausisset pecunias, vidensque se in vanum laborasse qui multa meruerat, a fide regis sui desilivit. Et ut regi Angliæ acceptior fieret, omnes a terra sua Francos eliminavit, consideransque terram suam quasi exinanitam eo quod cives sui lanas Anglicanas et coria non haberent, ut mercando habere consueverant, ad operandum, cum sint ibi operarii multi, piscatores etiam terræ suæ depauperatos eo quod liberum ad mare non haberent accessum, vidensque finaliter se ulterius non posse regi Anglorum resistere, misit ad eum nuncios, petens et rogans quæ pacis sunt et amoris; placuitque regi nostro rogatum, et in expulsione Francorum a terra sua eum commendando laudavit, statuitque ei firmam pacem, quam præconizari fecit, et inito fideli fœdere, cari quidem facti sunt et amici.[5]

---

[1] Omitted in MS. Coll. Arm.
[2] 'et etiam,' MS. Cott. Tib.
[3] 'etiam,' MS. Coll. Arm.
[4] Supplied from Tanner's transcript. The entire section is wanting in MS. Coll. Trin.
[5] The letter of confederation between the King and Guy Count of Flanders is dated on the 7th of January, 1297. Rymer, Fœdera, i. 850.

Dissentio orta inter Regem et Comites suos.

Edward I. A. D. 1297.

In festo sancti Mathiæ apostoli ejusdem anni, 'convocatis optimatibus regni'[1] absque clero, tenuit rex parliamentum suum apud Salesbire, ubi rogavit quosdam magnatum ut in Vasconiam transfretarent, et cœperunt singuli se excusare. Indignatusque rex, comminabatur quibusdam eorum vel quod irent vel quod terras eorum daret aliis qui ire vellent. Et in hoc verbo scandalizati sunt multi, et schisma cœpit oriri inter eos. Comes etiam Herefordensis et comes marescallus[2] excusaverunt se, dicentes quod officia sua quæ sibi jure hæreditario competebant facerent libenter, eundo cum ipso rege. Iterataque prece rogatus est comes marescallus, ut iret. Et ait, "Libenter tecum vadam, O rex, præcedendo faciem tuam in acie prima, sicut mihi competit hæreditario jure." Et rex, "Etiam sine me ibis cum aliis." At ille, "Non teneor, nec est meæ voluntatis, O rex, sine te iter arripere." Et iratus rex prorupit in hæc verba, ut dicitur, "Per Deum, comes, aut ibis aut pendebis." Et ille, "Per idem juramentum, O rex, nec ibo nec pendebo." Et, licentia non accepta, recessit, dissolutumque est 'consilium'[3] quoad diem hanc. Confestim vero duo comites isti Herefordensis et marescallus, associatis sibi multis magnatibus et plusquam triginta banerettis electis, creverunt in populum multum, numeratique sunt in equis armatis mille quingenti viri expediti ad bellum; et cœpit eos timere rex, dissimulavit tamen. Illi autem profecti in terras suas noluerunt permittere minis-

Sunday, Feb. 24. The King holds a parliament at Salisbury. The barons refuse to serve beyond sea.

The High Constable and Earl Marshal raise an army in opposition to the King.

[1] 'convocatis magnatibus regni sui,' MS. Cott. Tib.

[2] Roger Bigod, Earl of Norfolk.

[3] 'concilium,' MS. Coll. Arm.

Edward I. A. D. 1297.

tros regis nec lanas, nec coria, nec extraordinarium quicquam capere, aut aliquid exigere ab invitis; quinimmo interdixerunt eis ingressum in terras suas sub pœna capitis et membrorum, et se ad resistendum præparabant.

Reconciliatur Archiepiscopus Cantuariensis Regi, et transfretando Licentiam accepit Rex.

Preparations for the war in Flanders.

Anno Domini M.CCXCVII. rex, in suo proposito permanens, præcepit ut omnes qui servitium sibi debebant, et omnes alii qui viginti libratas terræ a quocunque tenerent infra regnum Angliæ, essent Londoniis in festo beati Petri ad Vincula,[1] parati cum equis et armis ad transfretandum cum eo absque dilatione qualibet vel excusatione. Cumque venissent ibidem, multique viderent regem in incepto proposito permanere, dixerunt ei magnatum quidam, "Non expedit, O rex, nec bonum est sic transfretare, nisi, primo reconciliato patre tuo spirituali Cantuariensi archiepiscopo et magnatibus tuis, inveniaris et ipse in sinu matris ecclesiæ numeratus." At ille in se reversus, et videns hoc justum esse et rationi consonum, mox accersito Cantuariensi archiepiscopo, qui præsens aderat, et omni rancore deposito, ipsum cum suis in specialitatem recepit pristinam et majorem adauxit,[2] confidens enim de bonitate ipsius et constantia curam et custodiam Edwardi filii sui et totius terræ Angliæ, adjuncto sibi

Thursday, Aug. 1.

The King is reconciled to the archbishop of Canterbury.

[1] This date is supported by Walsingham, but according to the writ entered on the Rot. Claus. 25 Edw. I. m. 14, d. they were summoned to be ready at London on Sunday next after the Octaves of St. John the Baptist, July 7.

[2] The writ commanding the restoration of the archbishop's lay fees is dated at Westminster on the 11th of July, and, shortly after, the King wrote to the sheriffs to protect and defend the clergy in general from all injury and molestation.

Edward I. A. D. 1297.

domino Reginaldo de Gray,[1] coram omni populo commisit, præcepitque ut omnia sibi restituerentur, etiam usque ad ultimum quadrantem. Sicque, favente Deo, cum honore reductus est, qui mortem non metuens 'pro honore Dei certavit ad mortem,'[2] omnesque magnates qui ibi aderant, ipso regis filio, ex præcepto patris, fidelitatem faciebant, et ab omni populo levatis dextris verus conclamabatur hæres, futurus dominus, et regni successor. Excusavit etiam se rex de exactionibus et prisis quas a populo susceperat, dicens se incepta 'prosequi'[3] non posse nisi eorum subveniret larga manus, præcipue cum non suam tantum immo totius populi ageret causam, tanquam protector eorum et defensor. Rogavitque populum, accepta licentia, ut omnia condonarentur ei, et orarent pro eo. Et orabant quidam publice, alii autem maledicebant in occulto. Prædicti vero comites Herefordensis et marescallus a rege se subtrahentes, cum votis ipsius non parerent ab eorum officiis absoluti sunt,[4] deditque rex eorum officia aliis quibusdam qui ministrarent ei.[5] Quod ipsi grave ferentes, præcipue cum non tantum propriam sed etiam totius communitatis causam agerent, dicentes mediatoribus pacis, qui inter ipsos et regem equitabant, quod non solum ipsi sed tota communitas terræ gravata erat, et ultra modum, de injustis vexationibus, talliagiis, et prisis, et maxime quod non secundum libertates Magnæ Cartæ ducerentur; cumque regis animum vide-

Many of the barons do fealty to Prince Edward.

The High Constable and Earl Marshal deprived of their offices.

[1] The Justiciary of Chester.

[2] 'pro amore Dei certavit usque ad mortem,' MS. Cott. Tib.

[3] 'et prosequi,' MS. Coll. Arm.

[4] For refusing to muster the militia. M. Westm. Flor. Hist. 430. An interesting detail is given in the King's declaration. Rot. Pat. 25 Edw. I. p. 2, m. 7, in Turr. Lond.; Rymer, i. 872.

[5] Thomas de Berkelye was appointed High Constable, and Geoffrey de Genevill Earl Marshal. Rot. Pat. 25 Edw. I. p. 2, m. 7; Rymer, i. 872.

Edward I. A. D. 1297.

rent immobilem, et diutius sub incerto ventum verberare nolentes, missis ad regem nunciis, rogaverunt eum ut subscriptos articulos pro se et pro populo emendare juberet, adjicientes quod si Cartam Libertatum confirmare vellet et articulos corrigere, parati erant omnes eum 'sequi in vitam vel in mortem.'[1]

Articuli[2] quos Comites petierunt Nomine Communitatis.

They send a remonstrance to the King.

Ces sount les monstraunces qe erceveskes, eveskes, abbes, priours, countes, et barounes, et tout la comuniautie de la terre monstrent a nostre seignour le roy, et humblement lui prient, com a leur seignour, qe cestes chosez voill redresser et amendere al honour de lui, et a la salvacion du pople. En primes, il semble a tote la communalte de la terre qe le garnisement qe feet lur fuit par le bref nostre seignour le rey ne fuit pas assez sufficiaunt, pur ceo qe il ny avoit nul certein lu especifie ou ils devereint alere; car solom le lu couyent il fere la purveiaunce, et puissent aversne le quele il duissent lui fere servis ou noune;[3] pur ceo qe dit est comunialment qe nostre seignour le rey vout passer en Flaundres, avis est a tout la communalte qe la ne deyvent il nul servis fere, pur ceo qe eaus, ne lur predecessours, ne auncestres, unkes en cele terre 'servis'[4] ne firent. Et tut fuit il issint qe ils dussent 'le servis'[5] la ou aliours, ils ne aveient pas poer de fer le, pur ceo qe ils ount este tant greves de diverses tal-

[1] 'persequi in vitam et mortem,' MS. Cott. Tib.

[2] These Articles are omitted in MS. Coll. Trin., and are given in Latin by Walsingham in his Hist. Ang. p. 71, ed. Camden.

[3] In Walsingham's Latin version this passage is as follows:—'quia secundum locum oportebat facere providentiam, et pecuniam habere. Et sive deberent servitium facere, sive non.'

[4] 'servyces,' MS. Cott. Tib.

[5] 'lez servicez,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1297.

Remonstrance to the King.

liages, eides, prises, cest asavoir dez furmentez, aveynes, 'braes,'[1] leynes, quires, boefs, vaches, chars sales, saunz nul dener paier, dount ils 'sei dussent'[2] aver sustenu et mayntenu. Il dient estre ceo qe eide ne pount il fere pur la poverte qe ils sount einz pur les talliages et prises avantdites, car il ne ount a pein dount ils se pount sustenir, et multz en sount qe ne ount pas lur sustenaunce ne lur terres 'gaygnes.'[3] Estre ceo tote la communalte de la terre se sentent durement grevez qe ils ne sont pas menes 'solom lez leys et lez usagez de la terre par les qeux lur auncestrez solayent estre menez,'[4] ne ils ne ount lur fraunchises les queux ils solayent avoir, mes sount mys hors voluntriement, par qoi ils se 'sentent'[5] durement grevez. Estre ceo clerks et lays se sentent durement greves de ceo qe ils solayent estre menes solom les poyntes de la Graunt Chartre, les quex poyntes sount tut le pluis tresseillez, laquele chose est trop graunt damage ou pople : par qoi ils prient a nostre seignour le rey quil voille qe cestes choses soient redressez, al honour de lui et a salvacion du pople. Estre ceo la communalte de la terre se sentent durement grevez de l'assise de la foreste, qe n'est my gardie com ele solait estre en arere, ne la chartre de launder,[6] mes fount atachementz volunters hors de l'assise altrement qe homme ne solait. Estre ceo tut la communalte de la terre se sentent durement grevez de la maltolt des laynes, qe est si grevouse a chescun sake de la layn entire XL. s. et de la layn brisee a chescun sake V. marcs, pur ceo qe la layn d'Engleterre est a poye la moyte

[1] 'bretes,' MS. Cott. Tib.

[2] 'se devount,' MS. Cott. Tib.

[3] 'sayuez,' MS. Cott. Tib.; 'nec terras suas colere possunt,' Walsingham.

[4] Supplied from MS. Cott. Tib.

[5] 'tyegnent,' MS. Cott. Tib.

[6] Sic MSS. 'nec charta forestæ observatur,' Walsingham.

Edward I. A.D. 1297.

Remonstrance to the King.

de la valu de tout la terre 'par an, e si amunte la maletoute par an le quinte de la value de totte la terre'[1] par tiel pris. Pur ceo qe la communalte de la terre volent honour et sannetie a nostre seignour le rey, sicome il deyvent voler, ne lur semble pas qe ceo serroit a lui preu de passer en Flaundres, si il ne fust plus assure pur lui et pur sa gent des Flaundres, et auxi pur la terre d'Escoce la quele se comence a lever contre lui tant com il est ore en terre; et bien entendent qe ils en frayent en plus mauveise maner si ils fuissent seure qe il fuit la mere passe. Et ne my seulement eaus, mes altres terres qi ne sount pas uncore bien affermez.

De Responsione Regis.

The King's reply.

Cumque esset dominus rex in suo itinere apud 'Portesmew'[2] quasi ad transfretandum paratus, miserunt ad eum prædicti comites nuncios qui voluntatem ipsius quærerent in præmissis. Quibus ille respondens ait: "Concilium meum plenum non est mecum hic; pars enim, ut scitis, remansit Londoniis, et pars 'præcessit'[3] in Flandriam; nec absque concilio pleno respondere possum ad interrogata vestra. Sed ite et dicite hiis qui miserunt vos, ut si mecum venire velint placebit mihi multum; sin autem noluerint, rogo ut mihi, vel regno saltem, non noceant. Spero quidem adhuc favente Domino, quod revertar in terram hanc, et in regnum meum suscipiar." Et reversi sunt nuncii, levi data licentia.

He embarks for Flanders.

Transfretavitque rex circa festum beati Bartholomæi in Flandriam,[4] et applicuit in portu de Swyne,[5] cujus gesta non prosequimur

[1] Supplied from MS. Cott. Tib.
[2] 'Portesmuth,' MS. Cott. Tib.
[3] 'processit,' MS. Cott. Tib.
[4] On the 22nd of August. Rot. Claus. 25 Edw. I. m. 7, d.
[5] Now Sluys, in Flanders.

hic, sed inferius in loco suo. Comites vero prædicti cum quibusdam baronibus complicibus suis reversi sunt Londonias, prohibentes cancellario regis et baronibus scaccarii ne octavum denarium quem rex expetierat a populo, vel quintum a clero, seu aliquam vexationem expeterent vel levarent quoquomodo. Rogaverunt etiam Londonienses, tanquam amicos et confratres, ut in expetendis libertatibus Magnæ Cartæ eis assistere vellent, et curam adhibere fidelem ita quod jura perdita recuperare possent et recuperata tueri; et ne rapina vel extortione illicita possent argui in posterum, prædicti comites publice proclamari fecerunt ne suorum quisquam rem quamcunque modicam caperet a quocunque, nisi justo dato pretio, et hoc sub pœna mutilationis manus dextræ, vel etiam capitis si culpa exposceret. Reversique sunt in terras suas, nulli molestiam inferentes aut gravamen.

Scoti insurrexerunt contra Regem, et quo Modo.

Affairs of Scotland. The Scots rebel.

Mense Maio ejusdem anni gens Scotorum perfida rebellare cœpit hoc modo. Comes de Warenna, cui rex noster curam et custodiam totius regni Scotiæ vice sua et nomine commiserat, corruptionem aeris causans, dixit se ibi non posse manere cum sanitate; mansitque in Anglia, in parte tamen aquilonis, et hostes exulantes segniter prosecutus est, quod fuit nobis in posterum fons et origo mali. Thesaurarius etiam regis dominus Hugo de Cressingham, homo pomposus et elatus, valde pecuniam dilexit, et murum lapideum quem ipse dominus rex super novum fossatum apud Berewyk construi præceperat non construxit, quod nostris evenit in scandalum, ut patebit inferius. Justi-

Edward I. A.D. 1297.

Affairs of Scotland.

William Wallace takes the chief command of the Scots.

tiarius vero regis dominus Willelmus de Ormesby, præceptum regis prosequens, omnes qui regi Angliæ fidelitatem facere noluerant absque personarum distinctione exulabat. Eratque quidam latro publicus, Willelmus Walays[1] nomine, qui multis temporibus exulaverat. Hic cum esset vagus et profugus omnes exulantes 'convocavit'[2] ad se, et factus est quasi princeps eorum, et creverunt in populum multum. Huic etiam associatus est ille miles Willelmus Duglas, qui in captione castri de Berewyk se cum suis regi nostro dederat, salva sibi vita et membris, ut supradictum est; quem cum rex ad omnia restituisset, factus est bonorum immemor, latro latroni sociatus, liberatorem suum, saltem in subditis, 'persecutus'[3] est in mortem. Cumque prædicti comes et thesaurarius ad partes perrexissent australes, ut parliamento regis interesse possent quod in festo sancti Petri ad Vincula Londoniis tenebatur, nihil mali suspicantes in Scotis, ecce prædicti duo Willelmi cum populo perverso venientes, credebant se invenire posse justitiarium regis nostri prædictum apud Scone, ubi placitaverat, et ut eum perimerent festinabant, ipse tamen præmunitus cum difficultate evasit, relinquens hostibus spolia multa. Quibus collectis, jam non in occulto, ut prius, sed palam processerunt, concludentes in ore gladii omnes Anglicos quos ultra mare Scotiæ invenire potuerunt, divertentes se postea ad obsidionem castrorum. Interim dum talia gererentur Car-

---

[1] Wallace was the younger son of Sir Malcolm Wallace of Ellerslie, near Paisley, in the shire of Renfrew. He seems to have taken up his roving life in 1295, on occasion of having killed the son of Selby, an Englishman, constable of the port and castle of Dundee, who had insulted him.

[2] 'convocaverat,' MS. Cott. Tib.

[3] 'prosecutus,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1297.

Affairs of Scotland.

Perfidy of Robert de Brus.

liolensis episcopus et cæteri viri qui cum eo erant in præsidio civitatis ejusdem et castri, timentes de infidelitate et inconstantia domini Roberti de Bruys junioris, comitis de Carrik, miserunt vocantes eum, ut certo die veniret tractaturus cum eis de negotiis regis, si tamen in fide ipsius regis perseverando maneret. Qui mandatis resistere non audens, venit ad ipsum diem cum ipso populo Galewaliæ, et super sacrosancta mysteria juravit, et super gladium sancti Thomæ juramentum præstitit, quod regi nostro et suis contra Scotos et omnes inimicos suos fideliter assisteret in consiliis et auxiliis, damnaque sua impediret in quantum se posset sua facultas extendere; factoque juramento, reversus 'est'[1] in locum suum, et congregato populo, ut colorem fingeret, processit in terras prædicti Willelmi Douglas, et partem earum combussit igni, et uxorem ejus et parvulos secum adduxit in Vallem Anandiæ. Cito tamen post, dum a conspiratione Scotorum reverteretur ad propria, convocatis militibus patris sui de terra Vallis Anandiæ (nam pater ipsius in australibus partibus Angliæ moram faciebat, hujus fraudis nescius), dixit eis, " Carissimi mei, scitis, et verum est, quod nuper apud Carliolum juramentum præstiti, de quo scitis et audistis; stultum quidem et vi extortum, nam timore ductus hoc feci corpore, sed non mente, unde contristor et pœniteo valde; spero tamen me absolutionis beneficium consecuturum in brevi. Verum quia carnem suam nemo unquam odio habuit, nec ego habeo, oportet ut vadam ad populum meum, et nationi meæ adjungar ex qua procreatus sum. Rogo autem vos ut illud idem facientes, placeat

[1] Supplied from MS. Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1297.

Affairs of Scotland.

vobis venire mecum, eritisque mihi consiliarii et amici carissimi." Cumque differrent responsionem in crastinum, eadem nocte latenter recesserunt, potius eligentes damna quantumcunque magna ad tempus sustinere, quam fidelitatem regi nostro factam cum nota infamiæ infringere. Ipse vero aspirans ad regnum, sicut publice dicebatur, adjunctus est ad populum perversum, et cum episcopo Glasguensi et senescallo Scotiæ, qui totius mali fabricatores extiterant, confœderatus est. Extunc vero generatio illa perfida et infideles Scoti omnes Anglicos quos invenire poterant trucidabant. Religiosos etiam viros Anglicos a domibus suis in quibus professi fuerant violenter extraxerunt, ex ipsis spectaculum facientes. Erat enim ludus eorum, et ad spectaculum cum eis vacabant, ad pontes namque aquarum multarum sedentes senes Anglicos religiosos et fœminas quos specialiter reservabant ad hoc, ligatis manibus vel pedibus ne forte natando evaderent, ab ipsis pontibus vel salire vel præcipitari faciebant, in interitu eorum et submersione lætantes. Inter quos adducti sunt duo canonici de domo Sancti Andreæ in Scotia, qui cum ad pontem villæ nominatæ Sancti Johannis coram illo latrone Willelmo Walays starent quasi 'pro tribunali'[1] mortem expectantes, subito salvavit eos Deus sic. Venerunt enim nuncii cum festinatione maxima ex parte quorundam magnatum regni Scotiæ, in quorum adventu præpeditus ille latro, præcepit ut in salva custodia ponerentur; qui postea a custodibus suis per quosdam amicorum redempti sunt, dato pretio et præstito juramento quod a regno festinanter egressi nunquam illud iterum ingrederentur. Quorum unus mansit apud nos

[1] Omitted in MS. Cott. Tib.

per tempus aliquod, et periculum suum ore proprio enarravit; retulit etiam nobis quod tres Anglici, qui in eadem villa Sancti Andreæ in Scotia mansionem susceperant, cum a facie illius Willelmi Walays et suorum fugissent in lapidem illum scilicet qui dicitur petra vel acus sancti Andreæ, credentes se posse lapidis immunitate muniri cum sancta mater ecclesia privilegium perdidisset, a Scotis insecuti sunt et in eodem lapide interfecti.

Edward I. A. D. 1297.

Affairs of Scotland.

Quidam[1] Scotorum dederunt se nostris apud Irewyn.

Cum ad audientiam regis nostri talia pervenissent de facili fidem 'non'[2] adhibuit, sed misso Dunolmensi episcopo, præcepit super hoc veritatem inquiri. Qui festinando convolans, invenit multitudinem Scotorum conglobatam cui resistere non audebat, et reversus ad regem omnia per ordinem nunciavit. Rex vero in Flandriam quasi accinctus ad iter, transfretandi propositum mutare noluit, sed omnem militiam Eborum comitatus a Trenta usque in Scotiam ipsi comiti de Warenna assignans, præcepit ut Scotorum audaciam festinando reprimeret, et auctores mali debita justitia castigaret. Remisit etiam in terram Scotiæ ambos illos comites Johannem de Badenaugh et Johannem de 'Bughan,'[3] præcipiens eis in fide sua ut tumultum populi sedarent, et manerent in fidelitate promissa. Quorum ille de Bughan, colorem primo simulans, cœpit reprimere quorundam audaciam, sed tamen in fine factus est nobis de converso perversus;

The King directs the Earl of Surrey to lead an army into Scotland.

[1] At this section MS. Cotton. Vespasian A. ix. commences.

[2] 'hiis,' MS. Cott. Vesp. A. ix.

[3] 'Cohhan,' MS. Cott. Vesp.

Edward I. A.D. 1297.

Affairs of Scotland.

alter vero de Badenagh, suorum animos mutare non valens, mansit cum nostris, saltem corpore, nescio tamen utrum fide. Comes vero de Warenna, de comitatu Eborum exercitum congregans, præmisit interim ante se cognatum suum dominum Henricum de Percy, qui congregato exercitu comitatus Carliolensis, Vallem Anandiæ ingressus est cum trecentis armatis, et quadraginta millibus peditum electorum, circa festum beati Laurentii martyris. Cumque pernoctassent nostri apud Loghmaban,[1] non timentes sibi in aliquo, ecce incolæ ejusdem patriæ, eos exterrere volentes, quasi nocte media conclamabant, non quidem Philistini sed "Scoti super vos." At illi currentes ad arma, mox unusquisque domum in qua manserat accendit igni, et conglobati continuo recesserunt cum lumine; profectique sunt inde per modicas dietas usque villam de Are juxta Galewaliam, ut ad pacem admitterent Galwalienses. Cumque non venissent nisi pauci equestres, nunciatum est eis post triduum quod Scotorum exercitus non distabat ab eis nisi spatio leucarum quatuor. At illi summo mane castra moventes, egressi sunt in campum juxta Irewyn, ordinantes exercitum et ad bellum se parantes; eratque Scotorum exercitus ex parte altera cujusdam laci modici, et mutuo se videbant. Cumque magnates Scotorum qui ibi aderant, episcopus scilicet Glasguensis, senescallus Scotiæ, et Willelmus Duglas, viderent se esse impares equestribus nostris, licet pedestres nostros in duplo excederent, timuerunt sibi, et, missis nunciis ad nostros, petierunt utrum esset ibi aliquis ex parte regis Angliæ qui eos ad pacem recipere posset? Et responso quod sic, confestim ad eos venit

Aug. 10.

Many of the Scottish nobles submit.

[1] Lochmaben, a royal borough situated in the shire of Dumfries.

Edward I. A. D. 1297.

Affairs of Scotland.

strenuus ille miles Ricardus Lundy, qui nunquam regi nostro fidelitatem fecerat, et se cum suis dedit voluntati regis nostri, dicens se nolle ulterius cum discordantibus et variantibus militare. Quod cum vidissent alii magnates nominati consternati sunt, et continuo se dederunt[1] prædicto domino Henrico de Percy, nomine regis nostri, salvis eis vita et membris, terris et catallis, et quod condonarentur omnia usque ad eundem diem, promissis obsidibus et instrumentis confectis; et conditionaliter admissi sunt, si talia regi complacerent. Cumque reverterentur nostri apud Irewyn, nunciatum est eis quod multi ex Scotis et Galewalensibus eorum 'sarcinulas'[2] hostiliter deprædati sunt, interfectis plusquam quingentis viris cum mulieribus et parvulis, quos insequentes peremerunt ex eis circiter mille viros, et reversi sunt multiplicata præda.

Quomodo decepti sunt nostri et devicti apud Stryvelyn.

Adveniente apud Berewikum comite de Warenna, ei per ordinem prædicta nunciantur, et missis ad regem nunciis, voluntatem ipsius expetiit; qui existens inprocinctu itineris, ut dictum est, noluit impediri, sed pro bono pacis postulata concessit, factoque ad diem certum hujusmodi responso, adhuc 'disserebant'[3] Scoti in cordibus suis, differentes obsides quos promiserant, et postulantes omnia jura sua et antiquas

[1] This occurred on the 9th of July; the letter of submission runs in the name of Robert de Brus Earl of Carrick, James Seneschal of Scotland, Alexander de Lindsey, John brother of the seneschal, and William de Douglas. Rymer, Fœdera, i. 868.

[2] 'sarciunculas,' MS. Cott. Vesp.

[3] 'disserebantur,' MS. Coll. Arm.; 'dissecabantur,' MSS. Cott. Tib. and Vesp.

Edward I. A.D. 1297.

Affairs of Scotland. They fail to conclude a peace.

consuetudines, sicut a rege Scotorum antiquitus tenere consueverant. Quæ cum adhuc essent 'quasi sub certa'[1] spe concedenda promissa, iterum et iterum multiplicantur dies, et variantia semper et frivola jungebantur, eo quod ille latro Willelmus Walays interim populum adunabat. Ad ultimum vero, cum nostri proponerent equitare super eos, timebant sibi magnates Scotorum, et imposuerunt culpam prædicto domino Willelmo Duglas et episcopo Glasguensi, qui, notam criminis 'impositi'[2] excusare volentes, sponte dederunt se, 'primo ille Willelmus et paulo post ipse dominus episcopus;'[3] et traditus est episcopus sub custodia custodis castri de Rokesburgh vice et nomine regis nostri, ipse vero Willelmus in castro de Berewyk positus est, retentus, et salvo custoditus. Quod cum audisset ille latro Willelmus Walays, iratus animo perrexit ad domum episcopi, et omnem ejus supellectilem, arma, et equos, filios etiam episcopi nepotum nomine nuncupatos, secum adduxit; et auctus est immenso Scotorum numero, eo quod communitas terræ sequebatur eum tanquam ducem et principem. Tota etiam familia magnatum adhærebat ei, et licet ipsi magnates cum rege nostro essent corpore, cor tamen eorum longe erat ab eo. Nostri vero sic irritati, cum nollent talia ulterius sustinere, processerunt armati ad villam de Strivelyn; ubi senescallus Scotiæ, et comes de Leuenax, et quidam alii magnatum Scotiæ venientes rogaverunt nostros ut adhuc sustinerent per modicum, si forte suos et populum Scotorum pacificare possent quoquomodo. Quod cum eis esset concessum, iterato venientes, quarto scili-

---

[1] 'quassata,' MS. Cott. Vesp.

[2] 'impositionem,' MS. Cott. Vesp.

[3] 'primo Willelmo Duglas, et paulo post episcopus ipse,' MS. Cott. Vesp.

Affairs of Scotland. Tuesday, Sept. 10. Battle of Stirling.

cet idus Septembris, responderunt præcise quod eos justificare non poterant, promittentes tamen quod in auxilium nostrorum venirent die crastina cum 'LX.'[1] equis armatis. Credideruntque eis, et dimiserunt eos. In 'recessu,'[2] autem eorum in vesperis, cum quibusdam ex nostris a foragio revertentibus obviassent, insultum fecit in eos ille comes de Leuenax, et collum unius peditis perforavit gladio. Quod cum in exercitu nostro nunciatum esset, mox cucurrerunt ad arma, et vulneratum sanguinolentum comiti de Warenna præsentarunt, expetentes vindictam fieri etiam ipsa nocte, conclamantes et dicentes seditionem fieri et fidem fractam esse. Ad hæc comes, "Sustinete," inquit, "nocte hac, ut si in crastinum promissa non compleverint, majorem etiam in hoc facto ultionem expetamus." Præcepit tamen ut omnes essent parati in crastinum ad transeundum pontem de Strivelyn. Mane autem facto, transierunt pontem 'pedestres nostri plusquam quinque millia et Wallenses plures,'[3] iterumque revertebantur eo quod comes noster somno depressus in campum non exisset. Cumque post magnam horam surrexisset a somno, essentque omnes in campo armati, fecit ibidem novos milites, quorum quidam eadem die corruerunt. Interimque transierunt pedestres nostri, et iterato reversi sunt eo quod senescallus Scotiæ 'et comes de Levenax'[4] 'veniebant'[5] cum paucis quidem et non cum 'LX.'[6] armatis ut convenerant, credebantque nostri ipsos fore bajulos boni nuncii, sed excusaverunt

---

[1] 'XLa.' MS. Cott. Tib.
[2] 'regressu,' MS. Cott. Vesp.
[3] 'pedestres nostri plusquam millia Wallenses,' MS. Cott. Vesp.
[4] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.
[5] 'veniebat,' MS. Cott. Tib.
[6] 'XL.,' MSS. Cott. Vesp. and Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1297.

Battle of Stirling.

se et in facto prædicto et quod gentem propriam justificare non possent, dicentes se non posse ab eis eripere nec equos nec arma. Mittebantur etiam interim duo fratres Prædicatores ad exercitum Scotorum, qui in altera parte montis supra monasterium de Skambskynel[1] cum illo latrone Willelmo Walays latitabat, si forte pacem amplecti vellent quam tendebant. Ad hæc ille latro, "Renunciate," inquit, "vestris quod pro bono pacis non venimus, sed parati sumus ad pugnam, ad vindicandum scilicet 'nos'[2] et liberandum regnum nostrum! Ascendant ergo cum voluerint, et nos paratos invenient etiam in barbas eorum." Erant autem, ut dicebatur, centum octoginta equestres, et quadraginta millia peditum. Cumque talia dicerentur nostris, mox præsumptuosi dicebant, "Ascendamus ad eos, minæ enim sunt." Sapientiores vero subjunxerunt, "Non ascendamus adhuc, sed provide deliberemus quid nobis 'consultius'[3] fuerit faciendum." Ad hæc strenuus ille miles Ricardus Lundy, qui se nostris dederat apud Irewyn, "Domini mei, si ascenderimus pontem mortui sumus, non enim transire poterimus nisi bini et bini, et hostes nostri a latere sunt, descendentque super nos cum voluerint omnes in una fronte; sed est quoddam vadum non longe abhinc, ubi transire poterimus 'LX.'[4] simul in una vice. Nunc ergo tradantur mihi quingenti equestres et modica pars peditum, gyrabimusque hostes a tergo et debellabimus eos; interimque vos, domine comes, et cæteri qui vobiscum sunt, pontem transibitis valde securi." Noluerunt autem sano acquiescere con-

---

[1] Written also Camyskynel and Camyskennel.

[2] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[3] 'consilium,' MS. Coll. Arm.; 'consilii,' MS. Cott. Tib.

[4] 'XL.,' MSS. Cott. Tib. and Cott. Vesp.

Edward I. A. D. 1297.

Battle of Stirling.

silio, dicentes non esse securum se in partes dividere. Erant tamen quasi mille equestres et quinquaginta millia peditum universorum, præter populum quem dominus Henricus de Percy de comitatibus Carlioli et Lancastriæ congregaverat, numeratum ad trecentos equites et octoginta millia peditum electorum; qui cum esset in veniendo cum eis versus Stryvelyn modicum ante recepit in mandatis a domino Hugone de Cressyngham, thesaurario regis, ut eundem populum cum gratiarum actione remitteret, dicens exercitum quem habebant sufficere posse, nec expedire ipsos vexare in vanum vel regis ærarium consumere plusquam necesse erat. Fecitque sic, et indignatus est populus valde, volens eum quasi lapidare. Variis itaque varia censentibus, conclamabant quidam ut pontem transcenderent, alii e converso non. Inter quos adjecit ille thesaurarius regis, homo quidem pomposus et filius mortis, "Non expedit, domine comes, ulterius protelare negotium, et thesaurum regis nostri in vanum expendere, sed ascendamus et faciamus debitum nostrum ut tenemur astricti." Motus itaque comes in verbis istis, præcepit ut pontem ascenderent 'et'[1] transirent. Mirum dictu, sed terribile quid in eventu, quod tot et tanti discreti viri, dum scirent hostes in promptu, strictum pontem ascenderent quem bini equestres vix et cum difficultate simul transire potuerunt. Quoniam, ut dicebant quidam qui in eodem conflictu fuerant, si a summo mane usque ad horam undecimam absque ulla interruptione vel impedimento transissent, adhuc extrema pars exercitus in parte magna remansisset; nec fuit aptior locus in regno Scotiæ ad concludendum Anglicos

[1] 'ut,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1297.

Battle of Stirling.

in manus Scotorum, et multos in manus paucorum. Transierunt itaque vexillarii regis et comitis, et inter primos strenuissimus ille miles dominus Marmeducus de Tweng. Cumque vidissent hostes tot jam evenisse quot superare potuerant, ut credebant, mox 'descenderunt'[1] de monte, et missis viris lanceariis occupaverunt pedem pontis, ita quod extunc nulli patebat transitus vel regressus, sed in revertendo sicut et in festinando super pontem præcipitati sunt multi et submersi. Descendentibus itaque Scotis de monte, dixit dominus Marmeducus consociis suis, "Estne tempus, fratres, ut equitemus ad eos?"

The English are defeated with great loss.

Quibus respondentibus quod sic, mox stimulatis equis mutuo congressi sunt, et corruentibus quibusdam ex Scotis, cæteri equestres quasi omnes in fugam versi sunt. Quos cum insequerentur fugientes sic dixit unus ex nostris domino Marmeduco, "Domine mi, decepti sumus; non enim sequuntur nostri, et vexilla regis et comitis non comparent." Ad hæc respicientes retro, viderunt multos ex nostris et vexillarios regis et comitis corruisse, dixeruntque, "Præclusa est jam nobis via ad pontem, et a populo nostro intercepti sumus; melius est ergo ut credamus nos aquæ periculo, si forte transire possimus, quam hostium cuneos penetrantes quasi pro nihilo corruamus: difficilis immo impossibilis jam factus est nobis transitus per medium Scotorum." Ad hæc ille strenuissimus Marmeducus: "Certe, carissimi, nunquam dicetur de me quod gratis me submerserim; absit et hoc a vobis, sed sequimini me, et per medium eorum vobis viam faciam usque ad pontem;" stimulatoque dextrario, mox irruit in hostes, et nunc hos nunc illos cædens

---

[1] 'descendebant,' MS. Cott. Vesp.

gladio per medium transivit illæsus; patuitque via magna sequentibus eum, erat enim fortis robore et staturæ proceræ. Cumque ita strenue militaret, nepos illius vulneratus et attonitus, equo suo interfecto, sed stans tamen 'pedes,'[1] clamavit ad eum: "Domine mi, salva me." At ille, "Ascende," inquit, "post me." Qui ait, "Non possum; defecit enim robur meum." Moxque consocius ejus, armiger ejusdem domini Marmeduci, descendens de equo suo, eum ascendere fecit, et dixit domino suo, "Sequar te domine quocunque ieris;" et secutus est eum usque ad pontem, et uterque eorum salvatus est. Apprehenso itaque ponte per fortitudinem strenue militantis, omnes extunc quotquot ibi remanserant corruerunt, numero armatorum fere centum et peditum quasi quinque millia, inter quos trecenti Wallenses cum multos vita privaverant tandem quidam ex eis qui remanserant aquam natando transierunt. Unus etiam miles ex nostris cum difficultate aquam transiit in equo armato. Corruit eodem die inter Scotos lancearios prænominatus ille thesaurarius domini regis dominus Hugo de Cressyngham, rector ecclesiæ de Ruddeby et capitalis justitiarius in assisis Eborum, qui cum esset præbendarius in multis ecclesiis, et multarum haberet curam animarum, nunquam tamen arma spiritualia vel casulam induit, sed galeam et loricam in quibus corruit. Et qui gladio linguæ suæ multos olim exterruerat in judiciis multis, gladio tandem perversorum occisus est; quem excoriantes Scoti diviserunt inter se pellem ipsius in modicas partes, non quidem ad reliquias sed in contumelias: erat enim pulcher et grassus nimis:

Edward I. A. D. 1297.

Battle of Stirling.

Hugh de Cressingham is slain.

---

[1] 'in pedes,' MSS. Cott. Vesp. and Coll. Trin.

Edward I. A.D. 1297.

Battle of Stirling.

vocaveruntque eum non thesaurarium sed trayturarium regis, et verius hoc quam credebant; multos enim seduxit in die hac, sed et ipse seductus est qui erat levis et lubricus, elatus superbia et avaritiæ deditus. In primo congressu nostrorum cum Scotis, senescallus Scotiæ et comes de Levenax, qui prius pacifice venerant, cum vidissent nostros corruisse confestim recesserunt ad suos qui in silvis latitabant juxta 'polles;'[1] qui nefandæ rei videntes eventum, egressi sunt obviam nostris, et multos particulariter fugientes peremerunt ibidem 'ad'[2] 'polles,'[1] asportantes spolia multa et quadrigas onustas abducentes; non enim poterant quadrigæ vel summarii a fugientibus abduci de facili in lacubus et mariscis. Comes vero noster citra pontem semper existens, reverso domino Marmeduco cum suis, præcepit pontem frangi et comburi, et commissa custodia ejusdem castri de Stryvelyn prædicto domino Marmeduco, promisit ei fideliter data fide quod infra primas decem ebdomadas veniret in ejus auxilium cum manu forti; non tamen adimplevit quod promisit. Oblitusque senectutis suæ profectus est apud Berewyk cum festinatione tanta quod dextrarius in quo sederat in stabulo fratrum Minorum positus nusquam pabulum gustavit. Deinde processit ad filium regis in partes australes, et reliquit patriam penitus desolatam. Facta fuit confusio hæc III. idus Septembris, scilicet feria quarta, anno gratiæ supradicto.

Wednesday, Sept. 11.

---

[1] Sic, MSS.

[2] 'juxta,' MS. Cott. Vesp.

Scoti vastaverunt quasi tres Comitatus.

Edward I. A. D. 1297.

Affairs of Scotland.

Post ista nefanda principia animati sunt Scoti, et corda nostrorum confusa sunt; Anglicique nostri qui remanserant in 'Berewyk,'[1] juste timentes sibi, abierunt a loco suo, eo quod principem non haberent seu defensorem, et cito post ingressi sunt eam Scoti, invenientes eam vacuam et quasi scopis mundatam; castrum tamen retinuerunt nostri, et defenderunt illud. Northumbrenses etiam, timore perterriti, evacuaverunt patriam ab uxoribus et parvulis et omni supellectili, mittentes cum eis animalia usque Novum Castrum et sparsim per provincias; cumque diu morarentur Scoti nec 'sævirent,'[2] credebant in hoc Northumbrenses ipsos nolle fines suos egredi, et sic ad propria reversi sunt reducentes omnia. Quod cum didicissent Scoti per exploratores suos, mox et quasi latenter Northumbriam ingressi sunt, et circumducentes patriam subito peremerunt multos et prædas maximas asportaverunt; et extunc erant Scoti ingredientes et egredientes ad libitum, cubantes in foresta de Routhebiry,[3] nec erat qui 'exterreret eos.'[4] In tempore illo cessavit laus Dei in omnibus monasteriis et ecclesiis totius provinciæ a Novo-Castro-super-Tynam usque Carliolum; fugerant enim a facie Scotorum omnes monachi, canonici regulares, et cæteri sacerdotes ministri Domini, cum plebe quasi tota. Vacabant itaque Scoti incendiis et rapinis a festo sancti Lucæ usque ad festum sancti Martini, et

The Scots ravage Northumberland.

---

[1] 'villa de Berwyke,' MS. Cott. Vesp.

[2] 'venirent,' MS. Coll. Trin.

[3] Rothbury, in Northumberland.

[4] 'exerceret illos,' MS. Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1297.

Affairs of Scotland.

Wallace summons the city of Carlisle to surrender.

non erat qui impediret, nisi quod viri quidam ex nostris qui erant in præsidio castri de Alnewyk et aliorum castrorum aliquando exeuntes extremas eorum reliquias cædebant, in modica tamen parte. In festo vero sancti Martini, et per octavas sequentes, conglobati Scoti processerunt ubique vastantes omnia. Cumque venissent Carliolum, miserunt ad urbem sacerdotem quendam absque levita, qui diceret hæc;—"Mandat vobis dominus meus Willelmus Conquæstor, ut vitæ vestræ consulentes, absque sanguinis effusione reddatis ei villam et castrum, dabitque vobis vitas et membra et omnia catalla vestra; quod si non feceritis confestim expugnabit vos, et ad internecionem usque delebit." At illi responderunt ei, "Quis est ille Conquæstor?" At ille: "Willelmus, quem Walays nominatis." Adjecerunt et illi: "Rex noster," inquiunt, "curam et custodiam civitatis istius et castri vice et nomine suo et hæredum suorum nobis tradidit, et credimus eum non habere gratum vel ratum habere velle ut domino tuo Willelmo 'ea'[1] liberemus; sed vade, et dic ei ut si 'ea'[1] habere voluerit[2] veniat ad modum boni Conquæstoris et locum expugnet, habeatque si possit civitatem et castrum et universa contenta." Moxque illo recedente tetenderunt machinas et ad resistendum paraverunt se. Quod videntes Scoti declinaverunt ab urbe, vastaveruntque universa per medium forestæ de Inglewode, Cumberland et 'Allendale'[3] usque Derewent ad 'Cokermouth;'[4] non enim pepercit eorum oculus ordini, sexui vel ætati, quinetiam ecclesias Dei concremantes ejus sanctuaria quasi pro

---

[1] 'eam,' MS. Cott. Vesp.

[2] Here the lacuna in MS. Lansd. ends.

[3] 'Allerdale,' MSS.

[4] 'Kokermew,' MS. Coll. Arm.

Edward I. A. D. 1297.

Affairs of Scotland.

nihilo reputabant. Et cum esset Scotorum propositum ut in episcopatu Dunolmensi acies dirigerent, impedivit eos Deus et gloriosus ejusdem loci patronus sanctus Cuthbertus. Supervenit enim tempestas maxima grandinis, nivis et fortis gelu infra easdem octavas beati Martini, ita quod Scotorum multi fame et frigore perierunt. Exploratores etiam eorum venientes, dicebant eundem episcopatum armis præparatum et bene munitum immenso populo, et tamen non erant centum armati et vix III. millia peditum electorum. Qui licet multo 'plures ante'[1] ad resistendum in confinio manserant, eodem tamen tempore perterriti ad propria fugerunt. Sed deficiente populo non 'defuit'[2] gloriosus ille Cuthbertus, quin, ut pie creditur, Scotorum propositum suis sanctis precibus quassatum est. Revertentes ergo Scoti a cæde prædicta venerunt 'ad'[3] Hexcelsham, ubi tres canonici ejusdem domus qui paulo ante redierant, mortem non timentes, cum vidissent venientem exercitum fugerunt in oratorium suum quod de novo construxerant, ut si sic esset divina voluntas sacrificium sibi fierent in odorem suavitatis. Moxque ingressi sunt ad eos viri lancearii vibrantes eis lanceas et dicentes, "Ostendite nobis thesauros ecclesiæ vestræ, vel confestim moriemini." Ad hæc unus de canonicis, "Non," inquit, "diu est quod vos et populus vester omnia quasi nostra asportastis in terram vestram, et ubi reposuistis ea scitis, nos vero extunc pauca quæsivimus, sicut jam in præsenti videtis." Interim vero dux eorum ingressus est, scilicet Willelmus Walays, et comminabatur suis ut recederent, rogavitque ut eorum aliquis missam celebraret, et statim

Hexham priory pillaged.

[1] 'inantea,' MS. Lansd.
[2] 'defecit,' MS. Lansd.
[3] 'apud,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A.D. 1297.

Affairs of Scotland.

celebravit unus. Factaque elevatione, egressus est ille Willelmus ad deponendum arma sua, et factum est cum perveniret sacerdos ad perceptionem sacratissimi corporis et sanguinis Christi, circumsteterunt eum Scoti 'multi'[1] ut calicem abriperent. Dumque manus ablueret, et a sacrario reverteretur altari, invenit calicem asportatum quem super altare reclinaverat, manutergiaque et cætera ornamenta ipsius altaris nec erat ei liber in quo finiret missam incœptam, eo quod asportaverant omnia. Et cum hæsitaret sacerdos quid esset faciendum, reversus est ille Willelmus, et vidit hæc, præcepitque ut quærerentur sacrilegi et capite plecterentur. Sed inventi non sunt, utpote cum dissimulatione quæsiti. Adjecitque ad canonicos, "Non," inquit, "a me recedatis quoquam, sed mecum maneatis ut salvemini; populus enim iste 'malitiosus'[2] est, nec justificari potest seu castigari." Mansitque ibidem per duos dies, et populus ille perversus dispersus 'est'[1] per circumadjacentem provinciam, comburens incendio et vastans universa.

Wallace grants letters of protection to the canons.

Habuitque tunc ille Willelmus Walays socium in literis sequentibus nominatum, qui eisdem canonicis litteras suas protectorias concesserunt conceptas in hac forma.

'*Literæ Protectoriæ.*'[3]

Letters of Protection.

Andreas de Moravia et Willelmus 'Wallensis,'[4] duces exercitus regni Scotiæ, nomine præclari principis domini Johannis, Dei gratia regis Scotiæ illustris, de consensu communitatis regni ejusdem, omnibus hominibus dicti regni ad quos

---

[1] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'malignus,' MS. Lansd.

[3] Omitted in MS. Coll. Arm.

[4] 'Walleys,' MS. Cott. Tib.

præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis nos nomine dicti regis, priorem et conventum de Hexhildesham in Northumbria, terras suas, homines suos, et universas eorum possessiones, ac omnia bona sua mobilia et immobilia, sub firma pace et protectione ipsius domini regis et nostra juste suscepisse. Quare firmiter prohibemus ne quis eis in personis, terris seu rebus malum, molestiam, injuriam seu gravamen aliquod inferre præsumat, super plenaria forisfactura ipsius domini regis, aut mortem eis vel alicui eorum inferat, sub pœna amissionis vitæ et membrorum. Præsentibus post annum minime valituris. Datum apud Hexhildesham VII. die Novembris.

Edward I. A. D. 1297.

Affairs of Scotland.

Thursday, Nov. 7.

'Item aliæ Literæ.'[1]

'Andreas,'[2] etc. Sciatis quod suscepimus unum canonicum de Hexhildesham cum suo armigero et duobus famulis suis, in salvum et securum conductum regis nostri et nostrum, ad veniendum ad nos ubicunque fuerimus, quandocunque necesse fuerit et expediens dictæ domui. Et ideo vobis omnibus et singulis, nomine dicti domini regis, mandamus, firmiter injungentes quatinus cum aliquis canonicus dictæ domus cum prædicto armigero et famulis suis præsentes literas secum habens causa veniendi ad nos inter vos venerit, ipsos sub salva custodia ad nos ducatis, ita quod nullus eos in personis seu rebus molestet in aliquo, sub regis plenaria forisfactura, aut mortem eis vel alicui eorum inferat, sub pœna amissionis vitæ et membrorum. Præsentibus ad voluntatem nostram duraturis.

[1] 'Literæ Protectoriæ,' MS. Coll. Arm.

[2] 'Alexander,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1297.

Affairs of Scotland.

The Scots set fire to Ritton.

Egredientes tandem Scoti de loco illo, tetenderunt acies suas versus Novum Castrum ex parte boriali de Tyne, et cum essent ex opposito illius villæ de Ryton, egressi sunt viri quidam ex eadem villa et maledicebant eis, non timentes eos eo quod aqua superabundaret in parte. Moxque ex Scotis transierunt multi, et eandem villam incendentes continuo reversi sunt, fugientibusque incolis jam statim rumor ascendit, "Adveniunt Scoti," crevitque clamor et ululatus eorum per provinciam totam, et fugerunt et secum asportaverunt bona sua, non quidem in gaudio sed in fletu; nec erat qui resisteret seu ad resistendum se pararet, nisi Dunolmenses et cives de Novo Castro. Viri enim animosi qui erant in præsidio Novi Castri paraverunt se ad pugnam, egredientes ab urbe, non longe tamen eo quod perpauci fuerant respectu multorum. Quod videntes Scoti, declinaverunt ab urbe, et dividentes inter se spolia quæsita, tradiderunt Galwalensibus partes suas, et abierunt in loca sua.

Carliolenses fecerunt Prædas in Valle Anandiæ.

Lord Clifford makes an incursion into Annandale.

Modicum ante Natale Domini, dominus Robertus de Clifford cum centum armatis civitatis et comitatus Carlioli, et XX. millibus peditum electorum ingressus est Vallem Anandiæ ut prædaretur ibidem. Cumque transissent aquam de Sulewath, mox voce præconis conclamatum est ut nulli quicquam boni facerent nisi tantum sibimet ipsis. Quo audito, gavisi sunt pedestres, et continuo ad prædas dispersi sunt. Equestres vero maturo gressu processerunt, et simul. Cumque venissent in mora juxta Anandiam, ecce incolæ ejusdem provinciæ adunati venientes improperabant eis, vocantes eos canes

caudatos, et præ paucitate eos contemnentes, eo quod pedestres sui longe fuerant ab eis separati. Ad hæc autem exhortantes se nostri ad invicem congressi sunt cum hac multitudine magna, et cæsis quibusdam, reliquos in fugam converterunt, concluseruntque eos in quodam marisco, quousque venientes pedestres occiderunt ex eis trecentos et octo viros, et quosdam duxerunt captivos, iterumque revertentes ad prædam combusserunt plusquam decem villas ibidem infra limites parochiarum nostrarum, et tandem reversi 'sunt'[1] Carliolum in vigilia Natalis Domini cum ipsis captivis et præda magna. Iterato etiam circa principium Quadragesimæ transierunt ibidem, et Villam Anandiæ expoliantes ignem apposuerunt; qui accensus crevit in immensum, et combussit eandem ecclesiam nostram, et sic captis spoliis et quibusdam captivis reversi sunt, et extunc vacabant mutuis incendiis et rapinis.

Edward I. A. D. 1297.

Affairs of Scotland.

Tuesday, Dec. 24.

Comites nostri reconciliati sunt per Filium Regis.

'Dum'[2] a gente Scotorum perfida talia gererentur, consiliarii regis nostri[3] qui cum filio regis erant, magnum videntes periculum non tantum regi in remotis agenti sed etiam toti terræ Anglicanæ imminere, instituerunt apud filium regis, qui propter seditionis periculum Londoniis morabatur infra muros civitatis, ut comites prædictos marescallum scilicet et Herefordensem, qui, ut dictum est, a patre suo in

[1] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'Cum,' MSS. Coll. Arm., Cott. Tib., and Cott. Vesp.

[3] These were Richard Bishop of London, William Beauchamp Earl of Warwick, Reginald de Gray, John Giffard, and Alan Plokenet. Walsingham, 73.

Edward I. A.D. 1297.

Prince Edward calls a parliament.

parte 'deciderant,'[1] rogaret et interpellaret ad pacis unitatem et amorem. Missis ergo literis suis, rogavit eos ut ad parliamentum suum, eo quod patris sui locum tenebat in Anglia, venirent Londoniis x. die Octobris celebrandum.[2] Qui novi præceptoris et futuri principis rogatum amplectentes, venerunt ad eundem diem, non tamen nudi, immo cum mille quingentis equis armatis, et magna 'copia'[3] peditum electorum. Portas tamen civitatis noluerunt ingredi nisi primo concederetur eis quod in omnibus portis civitatis ponerentur prius custodes eorum, ne forte absque armis ingressi velut oves in ovili clauderentur. Quo concesso, ingressi sunt, ubi tandem post consilia multa et tractatus varios, mediante venerabili patre Cantuariensi archiepiscopo magistro scilicet Roberto de Wynchelse, cujus memoria in benedictione est, non fuit alia forma ad quam consentire voluerunt nisi quod ipse dominus rex Magnam Cartam, cum quibusdam articulis adjectis, et Cartam de Foresta, concederet et confirmaret. Et quod nullum auxilium seu vexationem a clero vel populo peteret vel exigeret in posterum absque magnatum voluntate et assensu. Et quod 'omnem'[4] animi rancorem remitteret eis, et omnibus sibi associatis. Ordinatumque est hujusmodi scriptum in hæc verba conceptum.

---

[1] 'destinaverant,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

[2] This parliament was summoned to meet on the octaves of St. Michael, or 6th of October. Rymer, Fœdera, i. 878.

[3] 'parte,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[4] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1297.

Confirmatio Magnæ Cartæ.

Confirmation of Magna Charta.

Edward[1] par la grace de Dieu roy d'Engleterre, seignur d'Irland, et ducs d'Aquitaine a toutz ceus qui cestes presentes lettres verront ou orront, saluz. Sachiez nous al honeur de Dieu et de seinte eglise et au profit de tut nostre roiaume, 'aver'[2] grante, pour nous e pour nos heirs, qe la Grand Chartre des franchises et la Chartre de la Forest lesqueles furent faites par commun assent de tut le roiaume en tens le rey Henry nostre pere, seient tenuz en toutz leur pointz, sanz nul 'blemisement.'[3] E voloms qe meismes celes chartres desuth nostre seal seient envoiez 'a nos'[4] justices ausibien de la forest come as autres, e a toutz les viscontes des contez, et a toutz nos autres ministres, et a totes nos citees parmi la terre, ensemblement ove nos briefs en 'les'[5] queux serra contenu qil facent les avantdites chartres pupplier, e qil facent dire au poeple qe nous les avoms grauntees 'de'[6] tenir les en toutz leur pointz; 'e a nos justices, viscontes, maires, e autres ministres qi la ley de la terre desouth nous et pour nous ount a guier, meismes les chartres en toutz leur pointz'[7] 'en plez devaunt eus'[8] e en jugementz 'les facent alower,'[9] cest asavoir la Grand Chartre des franchises come ley commune e la

[1] This confirmation of the Magna Charta has been collated on the enrolment in the Tower, Rot. Stat. 25 Edw. I. m. 38. (Statutes of the Realm, i. 123.) The various readings of Hemingburgh's MSS. are given in footnotes.

[2] 'avoms,' MSS.

[3] 'emblemisement,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[4] 'a touz noz,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[5] Omitted in MSS.

[6] 'a,' MSS.

[7] 'E a nos justices ..... leur pointz,' omitted in MSS.

[8] 'et en pledant,' MSS.

[9] 'serront alowez,' MS. Coll. Arm.; 'serrount alowes,' MS. Cott. Tib.; 'surent alowez,' MS. Cott. Vesp.; 'serrunt alower,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1297.

Confirmation of Magna Charta.

Chartre de la Forest solom lassise de la forest, al amendement de nostre poeple. E voloms que si nuls jugementz soient donez desoremes encontre les pointz des chartres avantdites par justices 'et'[1] par autres nos ministres, qui 'contre'[2] les pointz des chartres tenent plez devant eus, seient defaitz e pour nient tenuz. E voloms qe mesmes 'celes'[3] chartres desuth nostre seal seient envoiez as eglises cathedrales parmi nostre roiaume, et la demorgent. E seient deu foitz par an lues devant le poeple. E qe ercevesques et evesques doignent sentences du grant escomenge 'contre'[2] toutz ceus qui 'contre'[2] les avantdites chartres vendront en fait, 'ou'[4] en ayde, ou en conseil, ou nul point enfreindront, ou encontre vendront. E que celes sentences seient denuncies e pupplies deu foitz par an par les avantditz prelatz. E si mesmes les prelatz evesques ou nul de eus seient negligentz en la denunciacion susdite 'faire,'[5] par les ercevesques de Canterbire et de Everwyk, qui pur tens serront, sicome covient, soient repris, et destreinz a mesme cele denunciacion faire en la fourme avauntdite. E pur ceo qe aucunes gentz de nostre roiaume se doutent qe les aides, e les mises, les queles il nous ount fait avant ces oures, pur nos guerres et autres bosoignes, de leur graunt e leur bone volunte, en quele manere qe faitz seient, pussent turner en servage a eus e a leur heirs, parce qil serroient autrefoitz trovez en roule, e ausi prises qe ont este faites parmi le roiaume par nos ministres en nostre noun, avoms grante pur nous et pur nos heirs qe

---

[1] 'ou,' MSS.

[2] 'encontre,' MSS.

[3] 'les,' MSS.

[4] Omitted in MSS.

[5] 'fere en la fourme auantdite,' MSS.

'mes tieles'[1] aides, mises, ne prises, ne treroms a custume pur nule chose qe soit fait, ou 'qe'[2] par roule ou en autre maniere peust estre trove. E ausi avoms grante pour nous e pour nos heirs as ercevesques, evesques, abbes, e priurs, e as autres gentz de seinte eglise, et as contes, et barons, et a tote la communaute de la terre que mes pur nule busoigne tieu manere des aides, mises, ne prises de nostre roiaume ne prendroms fors que par commun assent de tut le roiaume, et a commun profit de meisme le roiaume, sauve les auncienes aides et prises, dues et custumees. E pour ceo que tut le plus de la communaute 'del roiaume'[2] se sentent durement grevez de la maletoute des leines, cest asavoir de chescun sak de leine quarant soudz, e nous ont prie que nous les vousissoms relesser, nous a leur priere les avoms pleinement relesse, e avoms graunte qe cele ne autre 'mes'[3] ne 'prendroms'[4] sanz lour commun assent e leur bone volunte; sauve a nous et a nos heirs la custume des leines, peaus, e quirs, avant grantez par la communaute du roiaume avauntdit. En tesmoignance de queux choses nous avoms fait faire cestes nos lettres overtes. Tesmoigne Edward nostre fitz a Londres le disme jour de Octobre, l'an de notre regne vintisme quynt.[5]

Edward I. A.D. 1297.

Confirmation of Magna Charta.

Thursday, Oct. 10.

---

[1] 'mesmes cels,' MSS.

[2] Omitted in MSS.

[3] 'mise,' MSS.

[4] 'enprendroms,' MSS.

[5] The following memorandum is entered on the Statute Roll, immediately after the teste:—"E fet a remembrer qe meisme ceste chartre, suth meismes les paroles, de mot en mot, fust sele en Flaundres desuth le grant seal le rey, cest asaver a Gaunt, le quint jour de Novembre, l'an del regne l'avantdit nostre seigneur le rey vintisme quint, e envee en Engleterre." The original confirmation by the King at Ghent is preserved among the Cartæ Antiquæ, vii. 9, in the British Museum, and printed in Rymer, Fœdera, vol. i. 880. The seal has been destroyed by fire.

Edward I. A.D. 1297.

Confirmation of Magna Charta.

Missumque est idem scriptum ad regem in Flandriam, ut sigillum suum secretum apponeret; magnum enim sigillum cum filio regis remanserat. Missa etiam sunt transcripta Magnæ Cartæ et Cartæ de Foresta cum subscriptis articulis in fine Magnæ Cartæ insertis, ut ea similiter consignaret.

Articuli inserti in Magna Carta.

The statute "De Tallagio non concedendo."

Nullum[1] talliagium vel auxilium per nos vel hæredes nostros de cætero in regno nostro imponatur seu levetur, sine voluntate et assensu communi archiepiscoporum, episcoporum et aliorum prælatorum, comitum, baronum, militum, burgensium, et aliorum liberorum hominum in regno nostro. Nullus minister noster vel hæredum nostrorum capiat blada, lanas, coria, aut aliqua alia bona cujuscunque, sine voluntate et assensu illius cujus fuerint hujusmodi bona. Nihil capiatur de cætero nomine vel occasione malæ toltæ de sacco lanæ. Volumus etiam et concedimus, pro nobis et hæredibus nostris, quod omnes clerici et laici de regno nostro habeant omnes leges, libertates et liberas consuetudines suas ita libere et integre sicut eas aliquo tempore plenius et melius habere consueverunt. Et si contra illas vel quemcunque articulum in præsenti carta contentum statuta fuerint edita

---

[1] "Much doubt," says Blackstone, "has been raised whether what is usually printed in our statute books under the name of 'Statutum de tallagio non concedendo,' was really a separate thing from this confirmation enacted in the parliament at London, and afterwards confirmed at Ghent, or whether it was only an abstract of it in another language." He further remarks, that of this statute "Hemingford has given us the most intelligible copy of any extant, that printed in our statute books being in some parts so mutilated as totally to obscure the sense." Blackstone, Charters, Preface, lxv.

Edward I. A.D. 1297.

The statute "De Tallagio non concedendo."

per nos vel per antecessores nostros, vel consuetudines introductæ, volumus et concedimus quod hujusmodi consuetudines et statuta vacua et nulla sint in perpetuum. Remisimus etiam Humfrido de Bown comiti Herefordensi et Essexiensi constabulario Angliæ, Rogero Bygot comiti Northfolciæ marescallo Angliæ, et aliis comitibus, baronibus, militibus, armigeris, Johanni de Ferrariis,[1] ac omnibus aliis de eorum societate, confœderatione et concordia existentibus, necnon omnibus viginti libratas terræ tenentibus in regno nostro sive de nobis in capite sive de alio quocunque, qui ad transfretandum nobiscum in Flandriam certo die notato vocati fuerunt et non venerunt, rancorem nostrum et malam voluntatem quam ex causis prædictis erga eos habuimus; et etiam transgressiones, si quas nobis vel nostris fecerint, usque ad præsentis cartæ confectionem. Et ad majorem hujus rei securitatem volumus et concedimus pro nobis et hæredibus nostris, quod omnes archiepiscopi et episcopi Angliæ, in perpetuum, in suis cathedralibus ecclesiis habita præsenti carta et lecta, excommunicent publice et in singulis parochialibus ecclesiis suarum diœcesium excommunicare seu excommunicatos denunciare faciant bis in anno omnes qui contra tenorem præsentis cartæ vim et effectum in quocunque articulo scienter fecerint, aut fieri procuraverint, quoquomodo. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum nostrum est appensum, una cum sigillis archiepiscoporum, episcoporum, comitum, baronum, et aliorum, qui sponte juraverunt quod tenorem præsentis cartæ, quatenus in eis est, in omnibus et singulis articulis ob-

[1] Afterwards Baron Ferrers of Chartley, only son of Robert de Ferrers, eighth Earl of Derby.

Edward I. A. D. 1297.

servabunt, et ad ejus observationem consilium suum et auxilium fidele præstabunt in perpetuum.

The rebellious barons are admitted to the royal favour.

Ipse etiam Edwardus regis filius per literas suas patentes remisit prædictis comitibus et universis suis sequacibus omnem 'animi rancorem et'[1] malam voluntatem, et promisit in eisdem literis quod patrem suum induceret modis omnibus ad illud idem faciendum. Omnes etiam consiliarii regis qui ibidem aderant, per scriptum suum super hoc specialiter confectum, illud idem promiserunt, et lætati sunt universi in die hac. Erant enim ibi ex parte regis archiepiscopus Cantuariensis, et Henricus electus Eborum, episcopi etiam Londoniensis, Elyensis, Bathoniensis et Coventrensis. Comites etiam Cornubiæ, Warennæ, Warewyk et Oxoniæ. Barones etiam Johannes Gyffard, Henricus de Percy, et Reginaldus de 'Grey,'[2] cum multis aliis clericis et laicis. Hii omnes et singuli, tactis sacrosanctis evangeliis, juraverunt, ad majorem rei securitatem, quod prædictos comites cum suis sequacibus omnibus contra dominum regem servare deberent illæsos et indemnes. Convenit etiam ut in crastino Sancti Nicholai episcopi certum super hoc responsum acciperent ab ipso rege, sub hac conditione adjecta, ut si rex prædicta scripta consignata remitteret et ratificaret omnia, extunc ad mandatum regis iidem comites vel ad regem in Flandriam, vel contra hostes suos in Scotiam proficiscerentur ad votum. Missis ergo nunciis ad ipsum dominum regem, scripserunt ei secretarii sui ut si honorem suum, statum, et regnum salvare et retinere proponeret, prædicta omnia remitteret consignata. Qui qui-

Saturday, Dec. 7.

---

[1] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[2] 'Gray,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

Edward I. A. D. 1297.

dem in arcto positus, cum jam hæsitasset per triduum, novissime tamen ut corda suorum retineret votis eorum annuit in præmissis, et omnia concessit et per ordinem confirmavit.[1] Pro hac autem confirmatione cartarum prædictarum, cum suis adjunctis prædictis, dederunt magnates terræ cum communi populo nonum denarium, archiepiscopus Cantuariensis cum suo clero decimum denarium, et Eborum electus cum suo clero, qui propinquiores periculo extiterunt, quintum denarium, in subsidium guerræ regis in regno Scotiæ. Lanas etiam religiosorum et aliorum de populo prius acceperat rex, cum protestatione tamen quod allocarentur in eodem quinto.

An aid granted for the Scottish war.

Quomodo Comites processerunt in Scotiam.

A. D. 1298. Affairs of Scotland. The Earl of Warren takes the command of the army in Scotland.

Rex etiam noster per literas suas speciales rogavit eosdem comites et cæteros magnates qui remanserant in Anglia, ut sicut suum et totius terræ Anglicanæ honorem diligerent, cum festinatione parati procederent in Scotiam cum comite de Warenna, quem suo loco præfecerat, ut Scotorum audaciam et reprimerent et castigarent, præfixitque eis terminum in octavis scilicet Sancti Hilarii apud Eborum, ut interim pararentur et convenirent ibidem, extunc in suos hostes processuri. Misit etiam rex literas suas ad magnates Scotiæ, ut si in fide et in fidelitate sua manerent, sicut in recessu suo se remanere promiserant, ad parliamentum suum apud Eborum, quod per comites suos in crastino Sancti Hilarii celebrandum statuerat, absque

Monday, Jan. 20.

The Scottish nobles summoned to appear in the parliament at York, Tuesday, Jan. 14.

[1] By letters patent, dated at Ghent on the 5th of November, the original of which, somewhat damaged by fire, is preserved in the British Museum. Cart. Antiq. vii. 9.

Edward I. A. D. 1298. Affairs of Scotland.

omni cavillatione venirent, alioquin extunc velut hostes publici tenerentur. Ad quam quidem diem convenerunt comites nostri isti scilicet, comes de Warenna qui locum regis tenens personam ipsius præsentabat in hoc, comes Gloucestriæ, cum comitissa uxore sua filia regis, comes marescallus, comes Herefordensis, comes de Arundell, et Gwydo filius comitis de Warewyk patris locum tenens. Barones etiam isti scilicet Henricus de Percy, Johannes de Wak, Johannes de Segrave, et magnates plurimi. Communicatoque consilio voluerunt ut constaret communi populo de confirmatione Magnæ Cartæ et Cartæ de Foresta; unde lecta Magna Carta cum Articulis insertis quos enumeravimus supra, de præcepto eorum Carliolensis episcopus, pontificalibus indutus, excommunicationis sententiam in omnes ejus violatores fulminavit. Cumque non venirent Scoti neque mitterent, statuerunt ut in octavis sequentibus apud Novum Castrum super Tynam omnis numeraretur populus expeditus ad pugnam, et sic continuo procederetur in hostes. Venientes autem ibidem, numeraverunt populum universum; et inventa sunt duo millia equorum armatorum cum ascensoribus electis, et aliorum equitantium plusquam mille ducenti, peditum autem cum Wallensibus plusquam centum millia. Et processerunt continuo usque ad confinia regionum, et singulis diebus augebatur eorum numerus et in pedestribus et in equitibus. Cumque scivissent Scoti adventum eorum validum, timuerunt, et relinquentes obsidionem castri de Rokesburg, quod multo jam tempore oppugnaverant eo quod tenebatur ibidem episcopus Glasguensis, fugerunt a facie Anglorum: ingressique sunt nostri et villam et castrum, consolantes obsessos, et vulneratis et

Edward I. A.D. 1298.

Affairs of Scotland.

The English army occupies Berwick.

attonitis medelam adhibentes; confirmatoque castro digressi sunt usque Kelshow. Inde revertentes apud Berewyk super Twedam invenerunt eam vacuam, eo quod fugerant Scoti audito eorum ingressu in terram, et Anglicis castrensibus, qui multo jam tempore a Scotis fuerant oppugnati, facta est lætitia magna in admissione suorum. Cumque nostrorum fuisset voluntatis et propositi ut ad perdendum Scotorum exercitum dirigerent acies suas, ecce a rege nostro novum emanavit mandatum. Supervenit enim quasi in principio Quadragesimæ miles quidam cum literis regis ad prædictum comitem de Warenna cæterosque comites et alios suos fideles, continentibus in parte sic: Quod ipse rex, auctore Domino, negotia sua transmarina jam bene pro voto expedierat, et in propria persona properaret ad eos in Scotiam cum omni festinatione qua posset, adjiciens ut ante ipsius adventum nihil 'quasi'[1] magnum attemptaretur in Scotis, nec se ullo discrimini manciparent, sed si villam de Berewyk possent adipisci manerent ibidem, citum ejus adventum præstolantes. Accepto itaque hujusmodi mandato, elegerunt ex universis armatis mille quingentos viros in equis armatis, et circiter viginti millia peditum electorum qui venerant ex Wallia et ex remotioribus partibus terræ, remittentes ad propria cæteros usque ad adventum regis. Manseruntque sic in eadem villa de Berewyk, expectantes regis adventum, et semper suis hostibus ad resistendum parati.

---

[1] 'quid,' MSS. Coll. Arm., Cott. Tib., and Cott. Vesp.

Edward I. A. D. 1297.

Transfretavit Rex in Flandriam, et quid ibi fecerit.

The King sails for Flanders.

Ad historiam regis nostri, quam in prædictis, ut patet, ad tempus prætermisimus, nunc in præsenti revertamur. Rex itaque noster, non obstante, ut dictum est, 'mutatione'[1] comitum prædictorum, circa festum beati Bartholomæi Apostoli,[2] aerem non animum mutans, transfretavit in Flandriam cum mille quingentis equis armatis, et quinquaginta millibus peditum electorum, de quibus fuerant Wallenses triginta millia. Statimque cum applicuisset rex in portu de Swyne, suoque se recepisset hospitio, marinarii de portubus, inveteratum illud odium quod inter ipsos et marinarios de Jarnemew ab antiquo duraverat, ad memoriam reducentes, mox currentes ad arma, 'in'[3] impetu furoris sui combusserunt plusquam viginti naves eorum, perimentes gladio quotquot ex ipsis comprehendere potuerunt; rege tamen prohibente, sed impetum furoris reprimere non valente; tres tamen magnæ naves, in quarum una thesaurus regis pro parte fuerat, retrahentes se in altum maris, cum difficultate fugerunt: et hæc acta fuerant in portu de Swyne. Inde perrexit rex apud Bruges, ubi comes Flandriæ occurrens ei obviam suscepit eum cum immenso gaudio. Cui rex ait, "Ecce in auxilium tuum venimus, comes. Num ergo in hostes procedere, an ad tempus quiescere

Lands at Sluys.

Proceeds to Bruges,

[1] 'imitationem,' MS. Cott. Vesp.

[2] Walsingham (p. 72) says the King sailed on the 21st; and on the Rot. Pat. 25 Ed. I. p. 2, m. 7, is a memorandum stating that on Thursday, August 22, the Chancellor, John de Langton, came to Winchelsea and delivered the great seal to King Edward, then in a ship called Cog Edward ready to embark for Flanders, who, having received it, gave it into the custody of Lord J. de Benstede. Rymer, Fœdera, i. 876.

[3] Omitted in MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

Edward I. A. D. 1297.

debeamus, indica nobis." Exercitus enim regis Franciæ non distabat ab eis nisi per duas leucas modicas. Videns autem comes ipsum respective viribus imparem, eo quod exercitus Franciæ pergrandis fuerat et immensus, ait illi, "Domine mi rex, non possumus in præsenti ex abrupto procedere, eo quod estis labore fatigati; sed est mihi civitas fortis et bene munita, scilicet Gawnt, ad quam declinabimus ad tempus, quousque robur vestrum et negotium melius pro voto ordinetur." Et adquievit ei rex, et præcepit ut exitus viarum et introitum terræ observarent pedestres, eo quod ibi sunt fossata multa, donec iter inceptum ageret ad eandem civitatem. Et quia cives Burgenses, sicut et cives aliarum civitatum, scilicet Doway, Ipre, Gawnt et Sancti Odomari, paulo ante se dederant regi Franciæ, cum defensorem non haberent neque propugnatorem, jussit rex ne alias forte mutarentur, ut et fidelitatem sibi jurarent et obsides darent. Quo facto, processit in via sua versus Gawnt, respicientibus in eum Francis, sed non prohibere valentibus; timebant enim pedestres regis Angliæ, eo quod erant ex eis sagittarii multi; moveruntque castra sua usque Curteray, quæ distat a Gawnt per octo leucas. Mansit itaque rex noster apud Gawnt per dies plurimos, et pedestres sui frequenter agebant prædas plurimas, inter quas villam de Dampe sic dictam spoliaverunt bonis multis, et peremerunt in ea plusquam ducentos viros electos, qui se primo dederant regi nostro in primo adventu suo: quod quidem factum multum displicuit ei, et quosdam hujus sceleris auctores jussit in furca suspendi.

and takes up his quarters at Ghent.

The town of Damme pillaged.

Edward I.
A. D. 1297.

Quomodo Treugas inierunt Reges nostri.

Inter magnates plurimos qui cum rege nostro aderant affuerat ille discretus vir frater Willelmus de Hothom Dumblaniensis electus, qui notitiam familiaritatemque regis Franciæ et magnatum ejusdem regni contraxerat, dum in theologia Parisius multis et egregie rexerat annis; erat enim de ordine Prædicatorum, et natione Anglicus. Hic mittens ad regem Franciæ, peregrinum se finxit in terra sua, dicens se velle proficisci ad curiam apostolicam ob causam vocationis suæ ad sedem Dumblaniensem, petiitque ab ipso rege literas conductivas, ut salvo veniret ad eum et pacifice loqueretur ei. Quas cum de facili impetrasset regem adiit, et pacifice quidem loquens, utpote multum habens pectoris et sermonis, sic impetravit quod hinc et inde ad certos diem et locum viri pacifici et discreti mitterentur, qui de pace plena vel saltem de treuga tractarent cum effectu, factumque est ita. Unde habitis per dies quatuor et loca diversa tractatibus variis et colloquiis multis, tandem in quinto die convenerunt magnates utriusque regni apud Turnay, ex parte scilicet regis Franciæ, dux Burgundiæ, comes de Sancto Paulo, comes de Britannia, dominus de 'Nele,'[1] et episcopus de Aucer, cum multis aliis; ex parte regis Anglorum, episcopus Dunolmensis, cum cæteris plurimis; qui Deum præ oculis habentes, tanquam filii veræ lucis et pacis, præludia statuerunt, treugas scilicet biennales,[2] a festo Sanctæ Epiphaniæ

Truce with France.

[1] 'Neel,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.; 'Neele,' MS. Cott. Tib.

[2] This armistice was to continue for the Duchy of Aquitaine until the ensuing feast of Epi-

Domini ejusdem anni, usque ad idem festum revolutis annis duobus; et quod captivi hinc inde redderentur, sub cautione tamen ut si plena pax treugas non sequeretur biennales, vel quod eorum corpora vel saltem pecunia sub cautione exposita solveretur, supponentes utrumque regem et de voluntate eorum obligantes eos in omnibus et per omnia ordinationi domini papæ Bonifacii, qui dissensiones omnimodas audiendo 'dirimeret'[1] et fine debito terminaret. Mittuntur itaque solemnes nuncii ad curiam papæ, qui utriusque regis negotium exponunt diligenter. Dominus autem papa, auditis hinc inde propositis et communicato consilio, decrevit et sententiavit in hunc modum.

Edward I. A. D. 1297.

The kings refer their differences to Pope Boniface. A. D. 1298.

Ordinatio Papæ inter Reges.

Dudum[2] inter carissimos in Christo filios nos-

His award.

phany, but for all other places only until the octaves of St. Andrew, or 7th of December, which sufferance was afterwards prolonged. The pope published a two years' truce under pain of excommunication, but the King of France steadily refused to submit in secular matters to spiritual authority.

[1] 'dirigeret,' MS. Cott. Vesp.

[2] This instrument is printed from an original letter in the Treasury of the Court of the Receipt of the Exchequer, commencing with the following introduction:— "Bonifacius episcopus servus servorum Dei carissimis in Christo filiis Phylippo Franciæ et Edwardo Angliæ regibus illustribus salutem et apostolicam benedictionem. Pronunciationem quandam super reformanda inter vos pace et concordia et super hiis quæ ad pacem pertinent ac super aliis super quibus per nuncios et procuratores vestros in nos tamquam in privatam personam et Benedictum Gaytanum nomine vestro et pro vobis extitit compromissum, arbitrando, laudando, diffiniendo, arbitraliter sententiando, mandando, ordinando, disponendo, et pronunciando, ea vice nuper duximus faciendum, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur. Quam pronunciationem et quæ in ea continentur auctoritate apostolica valere volumus et plenam habere decernimus roboris firmitatem; tenorem ipsius instrumenti de verbo ad verbum ex certa scientia præsentibus annotari facientes, qui talis est. In nomine Domini, Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, indictione undecima, pontificatus

Edward I. A. D. 1298.

Award of Pope Boniface.

tros, 'Philippum'[1] Francorum ex parte una et 'Edwardum'[2] Angliæ reges illustres ex altera, suggerente inimico humani generis pacis æmulo, super diversis 'articulis'[3] materia discordiæ ac dissensionis exorta, tandem iidem reges, per speciales nuncios et procuratores 'ipsorum ad'[4] hoc ab eis mandatum habentes, in nos Bonifacium, Divina providentia papam VIII., tanquam in privatam personam et dominum Benedictum Gaytanum, 'tanquam'[5] in arbitrum, arbitratorem, laudatorem, diffinitorem, arbitralem sententiatorem, amicabilem compositorem, 'præceptorem,'[5] ordinatorem, 'dispositorem'[6] et pronunciatorem, super reformanda pace et concordia inter ipsos reges, ac super hiis quæ ad pacem pertinent, 'et super omnibus et singulis discordiis, guerris, litibus, controversiis, causis, quæstionibus, damnis, et injuriis, petitionibus, et actionibus, realibus et personalibus atque mixtis, quæ fuerant et erant seu vertebantur, et esse vel verti possent inter ipsos reges'[5] occasione quacunque, de alto et basso, absolute 'ac'[7] libere, compromittere curaverunt, prout in 'compromissorum'[8] instrumentis publicis inde confectis plenius continetur. Nos igitur Bonifacius papa prædictus, qui finem imponere litibus affectamus, 'sed'[9] præcipue inter reges prædictos quorum

domini Bonifacii papæ VIII. anno quarto, die vicesima septima mensis Junii, sanctissimus pater et dominus dominus Bonifacius Divina providentia papa VIII. arbitrium, laudum, diffinitionem, arbitralem sententiam, amicabilem compositionem, mandatum, ordinationem, et alia infrascripta recitavit, legi fecit, dedit, et protulit in hunc modum. Dudum," etc.

[1] 'Philippum regem,' MSS. of Hemingburgh.

[2] 'Edwardum regem,' MSS.

[3] 'titulis,' MSS.

[4] 'suos ob,' MSS.

[5] Omitted in MSS.

[6] 'dispensatorem,' MSS. Coll. Arm. and Cott. Tib.

[7] 'et,' MSS.

[8] 'compromissioribus,' MS. Coll. Arm.; 'compromissoriis,' MSS. Cott. Tib. and Coll. Trin.

[9] 'et,' MSS.

Edward I. A. D. 1298.

Award of Pope Boniface.

quietem indesinenter appetimus, et tanto ferventius felices cupimus vigere successus quanto pleniori eos affectione prosequimur, et puriori complectimur caritate, hujusmodi compromissis receptis, et nobiscum deliberatione 'præhabita'[1] diligenti, 'vocatis quoque'[2] nunciis et procuratoribus supradictis ad arbitrium, laudum, mandatum, et arbitralem sententiam, audiendum, eisque coram nobis 'ad hoc specialiter'[3] constitutis, ad laudem omnipotentis Dei qui est pacis 'actor'[4] et salutis amator, et gloriosæ 'virginis'[5] matris ejus, sicut arbiter, 'arbitrator,'[6] laudator, et amicabilis compositor, 'ac'[7] sicut privata persona et Benedictus Gaytanus, ex virtute ac forma compromissorum prædictorum et omni modo et jure quo melius 'possumus'[8] viam arbitratoris, laudatoris, et amicabilis compositoris sequentes, dicimus, arbitramur, laudamus, diffinimus, arbitraliter sententiamus, mandamus, ordinamus, disponimus, et pronunciamus hac vice, ut inter 'eosdem'[9] reges fiat et sit perpetua et stabilis pax, et quod treugæ vel sufferentiæ voluntariæ dudum indictæ, 'initæ, ac firmatæ'[10] inter eos, 'eo'[5] modo et forma, ac omnibus 'et'[5] illis personis et terris, et sub illis pœnis, conditionibus, et temporibus sub quibus indictæ, initæ, ac firmatæ fuerunt, inviolabiliter observentur. Ad hujusmodi autem pacem confirmandam, roborandam, atque servandam, infra tempus quod duxerimus moderandum, 'præfatus rex Angliæ Margaretam'[11] sororem 'præ-

---

[1] 'præhabitata,' MS. Cott. Vesp.
[2] 'vocatisque,' MSS.
[3] Sic. MS. Lansd.; the other MSS. read 'personaliter.'
[4] 'auctor,' MSS.
[5] Omitted in MSS.
[6] 'et arbitrator,' MSS.
[7] 'aut,' MSS.
[8] 'possemus,' MSS.
[9] 'ipsos,' MSS.
[10] 'et initæ,' MSS.
[11] 'præfato regi Angliæ,' MSS.

Edward I. A.D. 1298.

Award of Pope Boniface.

dicti'[1] regis Franciæ recipere ac ducere, cum dotalitio quindecim millium librarum Turonensium, 'assignando per ipsum regem Angliæ in locis competentibus de quibus inter partes fuerit concordatum, vel ubi partes ipsæ non concordarent per nos arbitratum fuerit,'[2] in uxorem; et idem rex Franciæ eandem sororem suam eidem regi Angliæ in uxorem dare et tradere, cum dispensatione sedis apostolicæ, teneantur. Quodque 'Isabellis'[3] filia prælibati regis Franciæ, quæ infra 'annum'[2] septennem dicitur constituta, suo tempore, Edwardo prædicti regis Angliæ filio qui jam tertium decimum ætatis suæ annum exegit, cum simili dispensatione, matrimonialiter, cum dotalitio decem et octo millium librarum Turonensium 'similiter assignando per eundem regem Angliæ pro dicto filio suo in competentibus locis de quibus concordaverint ipsæ partes, vel de quibus nos duxerimus arbitrandum si super hoc inter eos non proveniret concordia,'[2] copuletur. Idque firmetur atque valletur ex nunc modis inferius annotatis, videlicet, quod idem rex Angliæ pro filio suo, idemque filius pro se qui ad hoc sufficientem 'habet'[4] ætatem, contrahant sponsalia prædicta, eorundem regis et filii juramentis firmanda; et rex Franciæ,[5] nomine filiæ suæ prædictæ, contrahat hujusmodi sponsalia pro eadem. Quæ 'ut'[6] valida sint et firma, 'volumus,'[7] dicimus,

---

[1] 'dicti,' MSS.

[2] Omitted in MSS.

[3] 'N.,' MS. Coll. Arm.; 'eum,' MS. Cott. Tib.; 'talia,' MS. Lansd.; 'si,' MS. Cott. Vesp.

[4] 'habent,' MSS.

[5] MS. Coll. Arm. terminates abruptly at the word Franciæ, and adds the following:—

"Finito libro sit laus et gloria Christo.
Manus scriptoris salventur omnibus horis."

MS. Cott. Tib. concludes with 'et rex Franciæ, &c. Explicit Cronica.'

[6] 'nunc,' MSS.

[7] 'volumus etiam,' MSS.

Edward I. A.D. 1298.

Award of Pope Boniface.

et arbitramur quod rex Franciæ promittat per 'juramentum pro ipso,'[1] in animam suam præstandum, se tradere prædictam filiam suam prædicto 'Edwardo'[2] nuptui, tempore quo concordatum extiterit inter ipsos vel per nos arbitratum fuerit vel laudatum. Pro quibus attendendis firmiter et fideliter adimplendis, dicimus, laudamus, et arbitramur quod pœna 'de qua inter partes fuerit concordatum, vel ubi partes ipsæ non concordarent per nos arbitranda et taxanda firmetur,'[3] et ab utraque parte 'promissa valletur solvenda'[4] parti parenti a parte non parente, per quam 'pœnam'[2] negotium istud in tuto ponatur, et partes ad ejus finalem executionem efficacius inducantur. Cujus pœnæ promissionem et obligationem efficaciter valere volumus et decernimus ac tenere, non obstantibus juribus quæ pro libertate matrimoniorum hujusmodi pœnas inhibent, quæ ex certa scientia pro tanto bono tollimus in hoc casu. Addentes nihilominus quod reges prædicti aliquos de baronibus suis notabiliores per juramenta faciant 'obligare'[5] ad sponsalia prædicta et matrimonia procuranda, et ad tollenda impedimenta pro 'viribus'[6] quæ possent circa hoc vel contra hoc inveniri. Quia vero sponsalia prædicta tanto amplius desideramus habere felicem effectum et efficacem eventum quanto per hoc probabiliter credimus pacem prædictam firmius et fidelius observari, pro tanto pacis bono decernimus auctoritate apostolica quod terra regis illius cujus culpa vel malitia 'steterit'[7] quominus 'contrahan-

[1] 'juramentum suum pro ipsa,' MSS.

[2] Omitted in MSS.

[3] 'tali pœna apponenda firmetur,' MSS.

[4] 'promissa et solvenda valletur,' MSS.

[5] 'obligari,' MSS.

[6] 'viribus suis,' MSS.

[7] 'fecerit,' MSS. Coll. Trin. and Cott. Vesp.

Edward I. A.D. 1298.

Award of Pope Boniface.

tur '[1] prædicta sponsalia et matrimonium consummetur, ecclesiastico subjaceat interdicto, nisi, super hoc requisitus, prædicta cum effectu correxerit infra mensem. Item dicimus, laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus quod de omnibus bonis mobilibus vel se moventibus, ablatis vel alias male subtractis, et de omnibus damnis datis hinc inde ante tempus motæ vel ortæ guerræ præsentis, primo de omnibus quæ extant et consumpta non sunt, præsertim de navibus et aliis quibuscunque bonis per Anglicos et Vascones et eorum complices 'ante guerram occupatis '[2] in mari 'vel '[3] in terra, quod rex Angliæ omnia quæ de prædictis extant, bona fide, sine lite, et absque figura judicii, omni fraude cessante, ad requisitionem regis Franciæ vel nuncii sui statim faciat ad plenum restitui. Et rex Franciæ similiter, si qua 'talia '[2] ante dictam guerram capta vel ablata apud ipsum 'vel '[2] in sua potestate 'exstantia '[4] reperta fuerint, similiter ad plenum restitui faciat, a præfato rege Angliæ vel ejus nuncio requisitus. De ablatis vero non exstantibus, sed deperditis et consumptis, laudamus, arbitramur, seu etiam diffinimus quod rex Angliæ, ad requisitionem regis Franciæ vel ejus nuncii, satisfieri faciat, et ad hoc faciendum etiam teneatur sine lite ac figura judicii, bona fide, et omni fraude cessante. Et rex Franciæ similiter, si qua per gentes suas ablata, deperdita, seu consumpta inventa fuerint, ad requisitionem regis Angliæ vel nuncii 'sui '[5] 'faciat satisfieri,'[6] taxatione nobis circa prædictorum æstimationem contra utramque partem,

---

[1] 'contrahant,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

[2] Omitted in MSS.

[3] 'et,' MSS.

[4] 'existentia,' MSS.

[5] 'ipsius,' MSS.

[6] 'satisfieri faciat competenter,' MSS.

Edward I. A.D. 1298

Award of Pope Boniface.

ubi per concordiam partium negotium super prædictis sopitum non 'esset,'[1] plenarie reservata. Item dicimus, laudamus, 'arbitramur,'[2] seu etiam diffinimus quod idem rex Angliæ de omnibus terris, 'vassallis,'[3] et bonis quæ ipse nunc habet et tenet in regno Franciæ, 'seu'[4] tenebat ante motam guerram præsentem, habeat illam quantitatem et illam partem terrarum, vassallorum, et bonorum eorundem, quam sibi, ex virtute compromissorum prædictorum, laudaverimus et mandaverimus assignari, vel inter ipsos reges fuerit concordatum, et 'sub illis fidelitate, homagio,'[5] modis et conditionibus habeat, sub quibus ipse ac pater suus habuisse hactenus et tenuisse noscuntur; modis et temperamentis per nos adhibendis in abusu, 'si quis'[6] ex parte gentis regis Franciæ hactenus commissus, inventus fuerit in exercitio resorti; modis etiam et temperamentis per nos adhibendis in abusu partis alterius, si quis videlicet ex parte regis Angliæ vel suorum hactenus commissus, contra jus resorti fuerit inventus, ne talia in posterum committantur. Conditionibus etiam, modis et securitatibus per nos 'imponendis'[7] et adhibendis in terris, vassallis, 'et bonis, et'[8] aliis quæ per nostram pronunciationem seu concordiam partium, præfatus rex Angliæ habiturus est de prædictis, ne amodo idem rex Angliæ vel successores ejus contra regem Franciæ vel successores 'ipsius'[9] valeant rebellare. Dicimus 'etiam,'[10] laudamus, et arbitramur, seu etiam diffinimus, quod 'ex nunc'[11] omnes terræ, vassalli,

[1] 'erit,' MSS.
[2] 'et arbitramur,' MSS.
[3] 'et vassallis,' MSS.
[4] 'seu etiam,' MSS.
[5] 'sub illa fidelitate et homagio,' MSS.
[6] 'sicut,' MSS.
[7] 'ponendis,' MSS.
[8] 'bonisque,' MSS.
[9] 'illius,' MSS.
[10] Omitted in MSS.
[11] 'extunc,' MSS.

Edward I. A.D. 1298. Award of Pope Boniface.

et bona prædicta, et alia, 'tam '[1] quæ tenet rex Franciæ de hiis quæ tenebat rex Angliæ ante guerram præsentem, quam quæ 'tenet'[2] rex Angliæ in regno Franciæ, bona fide ac sine omni fraude, absolute ac libere, in 'manibus et posse nostris'[3] ponantur et assignentur, tenenda a nobis nomine regis Franciæ quæ ex parte 'sua'[4] et nomine regis Angliæ 'quæ ex parte ejusdem,'[4] nobis fuerint assignata. Ita tamen quod per hoc in possessione vel proprietate nihil novi juris accrescat alterutri partium vel 'antiqui'[5] decrescat. Super quorum assignatione, si qua fuerit exorta 'dubitatio'[6] vel ambiguitas inter partes, illam nostræ declarationi et arbitrio reservamus. Quod si forsan dicti reges de ipsis terris et bonis ad invicem concordaverint, volumus, laudamus, et arbitramur ex nunc id in quo concordaverint perpetuo ac inviolabiliter observari; alioquin nos, ex 'compromissi prædicti virtute,'[7] apponemus ad id 'illud'[4] remedium quod Dominus ministrabit, et ex tradita nobis potestate licebit. Si vero, casu aliquo contingente, hoc facere non 'possemus,'[8] volumus, dicimus, et arbitramur quod utrique parti pristina 'jura sua salva remaneant et illæsa. Porro per hujusmodi assignationem faciendam nobis de terris, vassallis, et bonis prædictis, nullum ipsis regibus vel eorum alteri quoad possessionem vel proprietatem seu desertationem vel aliter præjudicium generetur. Omnia autem et singula '[9] supradicta per nos arbitrata, laudata, diffinita et arbitraliter sententiata et pronunciata, dicimus, arbitramur,

---

[1] 'tam ea,' MSS.

[2] 'tenuit,' MSS.

[3] 'manibus nostris ac posse,' MSS.

[4] Omitted in MSS.

[5] 'alteri,' MSS.

[6] 'dubia,' MSS.

[7] 'virtute compromissi,' MSS.

[8] 'possumus,' MSS.

[9] 'jura sua remaneant illæsa. Omnia et singula,' MSS.

Edward I. A.D. 1298.

Award of Pope Boniface.

et præcipimus, sub pœnis in 'compromissis'[1] contentis et aliis de quibus nobis videbitur, arbitrio nostro nihilominus firmo manente, a partibus inviolabiliter observari. Et 'insuper'[2] reservamus nobis liberum arbitrium et plenariam potestatem, prout ex forma compromissorum prædictorum nobis competit, 'super'[3] omnibus et singulis quæ inter eosdem reges ex compromissis prædictis arbitranda, laudanda, componenda, diffinienda et pronuncianda restant, et hic arbitrata, laudata, diffinita et pronunciata non sunt, arbitrandi, laudandi, diffiniendi, arbitraliter sententiandi, præcipiendi, ordinandi, disponendi, atque pronunciandi, necnon et tam in omnibus 'et'[4] singulis arbitratis, laudatis, diffinitis, et pronunciatis in præsenti arbitrio atque laudo, quam in hiis quæ arbitranda, laudanda, arbitraliter sententienda, diffinienda, et pronuncianda, ut præmittitur, restant, addendi, 'minuendi,'[5] corrigendi, interpretandi et declarandi semel et pluries et quotiens nobis placuerit ac videbitur expedire. Cæterum, ut dextera Domini, quæ miram 'facit'[5] in suorum operum executione 'virtutem,'[6] efficacius et perfectius huic negotio prosperetur, terminum peremptorium ex nunc ipsis regibus assignamus, ut super omnibus in præsenti arbitrio nobis super dicto negotio reservatis, et ad ea pertinentibus, 'illis'[5] die ac loco compareant coram nobis, de quibus eis ad id 'per nostras duxerimus literas nunciandum;'[7] cum quibus super hiis, pro ipsorum quiete, ac prospero statu mundi, et pro utilitate negotii

---

1 'promissis,' MS. Lansd.; 'præmissis,' MS. Cott. Vesp.

2 'insuper etiam,' MSS.

3 'super hiis,' MSS.

4 'quam in,' MSS.

5 Omitted in MSS.

6 'virtutem operatur,' MSS.

7 'faciendum per literas nostras nunciabimus,' MSS.

Edward I. A.D. 1298.

Award of Pope Boniface.

Terræ Sanctæ, providere salubriter dante Domino valeamus.[1]

De Seditione Flandrensium contra Regem.

Commotion in Ghent.

Initis, ut dictum est, treugis biennalibus, dum ad redeundum in Angliam se nostri modis omnibus præpararent, ecce seditio Flandrensium hoc ordine declaratur. Congregati sunt namque ex universis finibus ejus viri fortes,

[1] The original letter in the Treasury of the Court of the Receipt of the Exchequer continues thus:—

"Acta, lata, et pronunciata fuerunt arbitrium, laudum, arbitralis sententia, mandatum, diffinitio, ordinatio, dispositio, et omnia supradicta per eundem dominum papam, ut superius enarrantur, anno, indictione, mense, ac die prædictis, Romæ, apud Sanctum Petrum, in palatio papali, in consistorio publico facto in sala majori, præsente ibi gentium multitudine copiosa, et præsentibus reverendis patribus dominis, Dei gratia, Gerardo Sabinensi, fratre Matheo Portuensi et Sanctæ Rufinæ, ac Johanne Tusculanensi episcopis. Johanne titulo Sanctorum Marcellini et Petri, Nicolao titulo Sancti Laurentii in Damasco, fratre Jacobo titulo Sancti Clementis, Thoma titulo Sanctæ Ceciliæ, ac Roberto titulo Sanctæ Potentianæ, presbyteris. Matheo Sanctæ Mariæ in Porticu Nepoleone Sancti Adriani, Guillielmo Sancti Nicolai in carcere Tulliano, Francisco Sanctæ Mariæ in Cosmedin, Petro Sanctæ Mariæ novæ, ac Jacobo Sancti Georgii ad velum aureum, diaconibus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus. Et venerabilibus viris dominis Johanne Judicis, Matheo Carazulo, Guidone de Anagnia, et Adenulpho de Supino, domini papæ notariis. Ac nobilibus viris dominis Urso et Bertuldo de filiis Ursi de Urbe, Bartholomeo de Capua regni Siciliæ logotheta; et Jacobo de Pisis familiare ipsius domini papæ testibus; ac domino Deodato de Urbe ipsius domini papæ capellano, qui arbitrium, laudum, arbitralem sententiam, mandatum, diffinitionem, ordinationem, et omnia supradicta, de mandato prædicti domini papæ, ibidem publice legit, et voce quasi præconia recitavit. Et ego Nicolaus, dictus Novellus de Vico, apostolica et imperiali auctoritate notarius, prædictis interfui; et ea omnia ut supra legitur, de mandato præfati domini papæ, scripsi et publicavi, ac meo signo consueto signavi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis et annotationis infringere vel et ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, II. kalendas Julii, pontificatus nostri anno quarto.

armatorum, ut dicitur, plusquam quatuor millia et multi pedestres: et ingressi sunt civitatem de Gaunt, sparsim quidem et pauci simul ne alicujus mali suspicio contra eorum propositum oriretur, et hospitati sunt in solariis excelsis et cavernis plurimis. Die vero condicto, in crastino scilicet Purificationis beatæ Virginis, una cum duobus filiis ipsius comitis, Willelmo et Roberto, clausis portis civitatis, summo mane armaverunt se et convenerunt pariter omnes. Et primo quidem Anglos, quos in suis hospitiis invenire poterant, peremerunt; deinde procedentes in publicum, ut omnes pari conditione delerent, refrænati sunt, eo quod Deus omnipotens impedivit eos, qui innocentes liberat et suos ubique salvat. Ascendit enim clamor iste terribilis usque ad aures principis, et jussit armari suos 'quin'[1] et ipse confestim armatus processit in publicum, et concurrentes circumsteterunt eum sui universi. Interim pedestres nostri et quasi robur exercitus, qui erant in suburbio extra portas civitatis, audientes populum tumultuantem, dixerunt inter se, "Seductus est rex et occiduntur domini nostri, et quid aliud esse poterit cum ululatus excrescat et clausæ sunt portæ civitatis? Eamus ergo, et si necesse fuerit cum eis moriamur, quoniam, ipsis extinctis, impossibile nobis erit ut salvemur." Statimque allato igne, paleis et lignis, butiro et adipe, et 'cæteris quibusque'[2] cremabilibus, quasi in momento combusserunt portas civitatis ex omni parte; et ingressi potenter incenderunt, spoliaverunt, et peremerunt hinc et inde, nec perierunt ex ipsis nisi sex personæ, et hii corruerunt ad introitum

Edward I. A. D. 1298.

Commotion in Ghent.

Monday, Feb. 3.

The English take possession of the city.

---

[1] Omitted in MSS. Coll. Trin. and Cott. Vesp.

[2] 'cæterisque,' MS. Cott. Vesp.

Edward I. A. D. 1298.

Commotion in Ghent.

civitatis. Partibus itaque ad congrediendum hinc inde paratis, venit comes ipse Flandrensis ad regem nostrum, tristis quidem vultu et facie mutata, et ait regi, "Domine mi rex, miserere servo tuo et populo meo huic." Et ait rex, "Quid est hoc, comes, num introduxisti nos in terram tuam ut seduceres nos?" Et comes ad hæc, "Absit a me hoc, domine mi: novit enim Ille cui nota sunt secreta cordis abscondita, quod absque voluntate et scientia mea facta sunt hæc, et innocens ego sum et immunis sceleris hujus; populus autem iste duræ cervicis est, et mihi in præsenti quasi incastigabilis." Et ait rex, "Vade quantocius et castiga populum tuum, ut ab incepto errore sileant et conquiescant, alioquin per viventem Deum ego castigabo eos hodie pro omnibus sæculis." Festinavit ergo comes, et, sedato populo, quasi post horam reversus est. Iniitque cum rege fœdus, et trium dierum treugas inter se statuerunt, infra quas restituerentur omnia hinc inde ablata, et hoc sub pœna capitis et membrorum, fierentque communes justitiæ secundum arbitrium discretorum. Cumque inter partes hujusmodi tractatus haberentur, proposuerunt Flandrenses, ad excusationem eorum, se multas ab Anglicis passos injurias, scilicet in direptione bonorum, violationibus uxorum, et oppressionibus filiarum suarum, insuper in homicidiis multis et atrocissimis injuriis. Et quia æquales emendas fieri non sperabant, ideo armata manu processerunt, sic ut saltem timore perterriti satisfacere cogerentur. Rex autem in arcto positus, eo quod multi erant numero et præsumptuosi valde, sciensque e terra illa nisi de voluntate eorum sibi et suis facilem non patere egressum, sciens etiam contingere frequenter quod ob populum

multum crimen pertransit inultum, pacifice loquebatur ad eos. Et data pecunia magna pro damnis eorum et injuriis, reversus est in Angliam circa medium Quadragesimæ.[1]

Edward I. A.D. 1298.

The King returns to England.

Quomodo festinavit Rex cum Exercitu contra Scotos.

Anno Domini M.CCXCVIII. postquam reversus est rex a Flandria, statuit parliamentum suum apud Eborum in festo Pentecostes, præmisitque literas suas ad magnates Scotiæ, ut, si in fidelitate sua in qua eos dimiserat adhuc persistendo manerent, in eodem parliamento modis omnibus se absque ulla excusatione præsentarent; alioquin, omni ambiguitate postposita, eos velut hostes publicos censeret hostiliter et cum omni festinatione expetendos. Cumque non venirent neque mitterent, ordinavit rex cum optimatibus suis, qui ibidem occurrerant ei ab urbe de Berewick et in osculo pacis ab eo suscepti sunt, ut in crastino Nativitatis beati Johannis Baptistæ apud Rokesburgh cum equis et armis omnes sui fideles convenirent. Interim vero visitavit rex Sanctum Johannem de Beverlaco, sicut et aliis vicibus in redeundo et eundo facere consuevit. Adveniente itaque Nativitate Baptistæ, convenerunt omnes in loco nominato; et numeratus regis exercitus cum comitibus suis et Dunolmensi episcopo, tria millia electorum in equis armatis, præter equitantes armatos in equis non armatis, qui numerabantur plusquam quatuor millia electa. De exercitu autem pedestri non curavit rex illa vice, eo quod non arctabantur aliqui nisi qui gratis venire voluerunt. Numerati tamen sunt pedestres qui aderant, et inventi sunt octo-

Summons a parliament to meet at York. Sunday, May 25th.

Preparations for the invasion of Scotland.

Wednesday, June 25.

[1] He landed at Sandwich, Friday, March 21. Matt. Westm. 431.

Edward I. A.D. 1298.

ginta millia, qui quasi omnes erant Hibernici et Wallenses. Multi etiam venerunt postmodum de Vasconia, circiter quingenti armati in equis optimis et armis pulcherrimis; quorum quidam mittebantur a rege ad custodiendam villam de Berewyck, et manserunt 'ibi'[1] usque post commissum prœlium cum gente Scotorum. Interim comites nostri marescallus et Herefordensis, propter quædam audita dubitantes de mutatione voluntatis regiæ in confirmatione cartarum libertatis et forestæ, eo quod confirmaverat eas in terra aliena, dixerunt se ulterius procedere non debere nisi major securitas fieret et de equitatione forestæ et de cæteris articulis postulatis. Verum quia in persona propria principem jurare non licet, et eos placare vellet, præcepit rex, et juraverunt in animam ejus Dunolmensis episcopus, comes de Warenna, comes Gloucestriæ et comes Lincolniæ, quod in reditu suo, obtenta victoria, omnia perimpleret ad votum. Quo facto, et omnibus ad expeditionem belli præparatis, processerunt turmatim per modicas dietas vastantes et incendentes universa, neminem tamen invenire poterant qui de Scotorum exercitu informaret eos. Cumque venisset rex apud Templehyston,[2] et moratus ibi fuisset per dies aliquot, nunciatum est ei quod Scoti, qui erant in præsidio castri de Drilton cum duobus castellis finitimis, quæ quidem castella rex præterierat, multas agebant prædas, et extrema castrorum suorum, dum ad paleas mitterentur, cædebant aliquando. Statimque accito Dunolmensi episcopo, misit eum ibi ut ea ob-

The Earls of Norfolk and Hereford demand a re-confirmation of the charters.

The King enters Scotland.

Siege of Dirlton Castle.

---

[1] 'ibidem,' MS. Lansd.

[2] Spelled in Knyghton, Templiston. Now Kirkliston, partly in the shire of Linlithgow and partly in the shire of Edinburgh. This manor acquired its name from the Knights of the Temple, to whom it formerly belonged.

Edward I. A. D. 1298.

Affairs of Scotland.

sideret. Qui cum insultum fecisset ad castrum de Drilton per dies aliquos resisterunt fortiter, et ex insilientibus paucos peremerunt, deficientibusque ligneis machinis et victualibus eo quod non habebant quod commederent nisi pisas et fabas quas excutiebant in campis, misit episcopus nuncios ad regem, qui voluntatem ejus expeterent. Et erat missus ille strenuissimus miles Johannes Marmeduk. Cui dixit rex, "Revertere," inquit, "et dic episcopo quod homo pietatis est in quantum episcopus, non tamen oportet in hoc facto 'opera'[1] pietatis exercere." Et applaudens militi ait, "Tu autem homo crudelis es, et præ nimia crudelitate tua aliquotiens redargui te, eo quod exultando gaudes in mortem inimicorum tuorum. Sed nunc quidem vade, et omnem tuam exerce tyrannidem, nec quidem vituperabo sed laudabo te. Et cave ne faciem meam videas quousque incendantur illa tria castra." Cui ille, "Et quomodo hoc faciam, domine mi rex, cum sit mihi valde difficile?" Et rex ad eum, "Vade," inquit, "quia faciens facies, et fidem mihi dabis quod hoc facies." Dataque benedictione, dimisit eum. Et ipse veniens ad episcopum nunciabat ei omnia verba hæc. Interim visitavit eos 'Dominus.'[2] Venerunt enim eis cum victualibus tres naves onustæ, unde reassumptis viribus acrius solito insultum fecerunt, ita quod attoniti castrenses dederunt se post biduum, salvis sibi bonis, vita et membris. Missisque novis militibus ad alia castra, ut suæ novitatis gloriam exercerent, invenerunt ea vacua, et igni succenderunt. Et sic captis et succensis illis tribus castellis, reversi sunt ad regem cum gaudio et gloria.

[1] 'opem,' MS. Lansd.

[2] 'Deus,' MS. Cott. Vesp., Omitted in MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1298.

'*De Bello de Fawkirk inter Regem et Scotos.*'[1]

Affairs of Scotland. Want of provisions in the English camp.

Dum fere per mensem talia gererentur, defecerunt victualia regi. Non enim venerant naves per mare occidentis, sicut præordinaverat rex, quia contrarius fuerat eis ventus; venerant tamen quædam cum ducentis doliis vini et victualibus paucis. Quæ quidem dolia, statim, ex præcepto regis, distributa sunt per exercitum. Dataque sunt Wallensibus duo dolia vini ad refocillandas eorum animas, eo quod valde defecerant et moriebantur glomeratim. Qui cum degustassent, continuo inebriati sunt; et rixantes cum Anglicis extenderunt manus noxias in christos Domini, perimentes ex eis octodecim personas, et aliis quamplurimis vulneratis. Quod cum audissent equestres turbati sunt, et armati continuo processerunt in mortem eorum, occisisque octoginta Wallensibus reliquos in fugam converterunt. Mane quidem facto dixerunt quidam regi: "Ecce Wallenses supra modum irati propter rixam hesternam se Scotis conjungere et dare disponunt, nisi per te, O rex, ad bonum pacis revocentur." Et erat tunc eorum numerus quasi quadraginta millia. Et ait rex, "Quæ cura si hostes hostibus conjungantur? Uterque enim 'eorum'[2] hostis noster est; vadant ergo quo voluerint, quoniam, auctore Domino, in uno die vindicabimur de utrisque." Quod cum audissent illi, secuti sunt regem, sed tamen a longe. Dicebatur enim quod si vidissent Scotos in aliquo prævalere, se statim ipsis conjunxissent in mortem Anglorum. Dissipavit tamen Dominus ima-

Affray between the English and Welsh soldiers.

---

[1] 'De Defectu Victualium,' MS. Cott. Vesp.

[2] Omitted in MS. Lansd.

ginationes has. Nam cito post, cum ingrueret in castris fames valida, et disposuisset rex redire ad 'Edinburgh,'[1] ut per mare orientis reciperent victualia, et alia via contra Scotos graderentur, ecce! duo comites, Patricius scilicet et 'de'[2] Anegos,[3] die proxima ante festum Mariæ Magdalenæ summo diluculo ad episcopum Dunolmensem venientes, et cum eis episcopus statim ad regem, statuerunt puerum exploratorem coram rege qui diceret, "Salve rex," et rex ad eum, '"Salveris;" et'[4] intulit, "Domine mi rex, exercitus Scotorum et omnes hostes tui non distant a te nisi per sex leucas modicas, juxta Faukyrke in foresta de Selkyrk. Et audito hoc quod redire disponis ad Edenburgh, jam statuerunt sequi te, et irruere in castra tua nocte sequenti, vel saltem cædere et diripere extrema castrorum tuorum." Et ait rex, "Vivit Dominus qui usque jam eruit me ab omni angustia, quia non erit necesse ut sequantur me, quoniam procedam eis in obviam etiam die hac." Statimque præcepit ut armarentur omnes, nec tamen diceretur quo procedere vellet. Ipse autem rex armatus præ cæteris ascendit in equum, et exhortabatur alios ad arma capienda; et ore proprio loquebatur ad eos qui vendebant mercimonia, ut 'deliberate'[5] componerent sarcinulas suas et sequerentur eum, nec expavescerent. Omnibus itaque præparatis, processit rex hora quasi tertia a loco illo Templehiston, dirigens gressus suos versus locum nominatum de Faukirke. Et mirabantur omnes quod mutasset propositum, et lente passimque procedebat absque festinatione ulla. Cumque

Edward I. A. D. 1298.

Monday, July 21.

---

[1] 'Edensburch,' MS. Lansd.
[2] Omitted in MS. Cott. Vesp.
[3] Angus.
[4] 'Salveris inquid, et,' MS. Cott. Vesp.; 'Salve, puer etiam,' MS. Coll. Trin.
[5] 'deliberare,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1298.

Battle of Falkirk.

venisset in mora citra Linliscoch, pernoctaverunt ibidem, et requiescebant in terra, componentes scuta pro cervicalibus et pro lectualibus arma. Equi etiam sui non gustabant quicquam nisi ferrum durum, tenebanturque singuli juxta dominos 'suos.'[1] Dumque pausassent modicum, et nox quasi in suo medio processisset, contigit quod dextrarius regis incautius a parvo custoditus, recalcitrando pedem posuit super ipsum regem quiescentem.[2] Et audito hoc, regem scilicet esse læsum, statim ascendit clamor seditionem fieri, et hostes esse paratos ad irruendum in eos. Qui continuo paraverunt se, et ad congrediendum animati sunt. Cognita tamen rei serie, et regem modicum esse læsum, compatiebantur ei, et requievit spiritus eorum. Statimque ascendente rege, profecti sunt et transierunt villam de Linliscoch in aurora diei. Cumque levassent oculos, et in oppositum montem respexissent, viderunt in supercilio montis lancearios multos. Et credentes ibi esse Scotorum exercitum, festinaverunt ascendere per turmas suas, sed tamen ibidem venientes neminem invenerunt. Fixeruntque tentorium ibi, et audierunt missam Magdalenæ rex et episcopus, erat enim festum ejusdem diei. Dumque sacrosancta fierent solemnia, et mutuo se cognoscere possent homines ex clara luce, viderunt nostri Scotos a remotis bella construere, et ordinare se ad pugnam. Statuerunt enim Scoti omnem plebem suam per turmas quatuor, in modum circulorum rotundorum, in campo duro, et in 'latere uno'[3]

Tuesday, July 22.

---

[1] 'singulos,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

[2] Other historians relate that King Edward was in the act of mounting at the time of this accident, and that two of his ribs were fractured. Walsingham, 75; Nic. Trivet, 372.

[3] 'latere uno cujusdam monticilii,' MS. Coll. Trin.

Edward I. A. D. 1298.

Battle of Falkirk.

juxta Fawkyrk. In quibus quidem circulis sedebant viri lancearii, cum lanceis suis obliqualiter erectis; conjuncti quidem unusquisque ad alterum, et versis vultibus in circumferentiam circulorum. Inter circulos illos erant spatia quædam intermedia, in quibus statuebantur viri sagittarii. Et in extrema parte retrorsum erant 'equestres'[1] eorum. Cumque, audita missa, regi nostro talia dicerentur, hæsitavit, et proposuit ut tentoria figerent quousque gustassent aliquid homines et jumenta. Non enim gustaverant ab hora diei præcedentis tertia. At illi dixerunt ei, "Non est securum hoc, O rex, quia inter hos duos exercitus non est nisi torrens permodicus." Et ait rex, "Quid ergo?" et inquiunt, "Equitemus in nomine Domini, quoniam campus noster est et victoria nostra." Et ait rex, "Fiat ergo sic, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti." Statimque comites primæ aciei, scilicet comes marescallus, comes Herfordensis et comes Lincolniensis, direxerunt aciem suam linealiter ad hostes, nescientes lacum intermedium et bituminosum. Quem cum vidissent, circumduxerunt eum versus occidentem, et sic in parte retardati sunt: acies vero secunda, scilicet Dunolmensis episcopi, quæ constituta fuerat ex XXXVI. vexillariis electis, sciens impedimentum laci illius, tendebat ad orientem ut eum circumduceret. Quam supra modum festinantem, ut primos belli ictus susciperet, cum ipse episcopus præstolari jussisset usque ad appropinquationem regis tertiæ aciei, respondit ei ille miles strenuus Radulphus Basset de Drayton, et ait: "Non est tuum, episcope, docere nos in præsenti de militia, qui te intromittere debes de missa. Vade," quidem inquit,

---

[1] 'pedestres,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1298.

Battle of Falkirk.

"missam celebrare si velis, quoniam die hac quæ ad militiam pertinent nos omnes faciemus." Festinaveruntque, et primo Scotorum circulo se statim post conjunxerunt; comites vero prædicti cum acie prima ex parte altera convenerunt. Moxque venientibus nostris, fugerunt Scotorum equestres absque ullo gladii ictu, paucis tamen remanentibus, et hii quidem ad ordinandum circulos pedestrium, qui quidem circuli vocabantur 'schiltrouns.'[1] Inter quos frater senescalli Scotiæ, cum ordinasset viros sagittarios de foresta de Selkyrk, casu ex equo cecidit, et inter eosdem sagittarios occisus est; circumsteterunt enim eum iidem sagittarii, et cum eo corruerunt homines quidem elegantis formæ et proceræ staturæ. Peremptis itaque sagittariis, dederunt se nostri ad Scotos lancearios, qui, ut dictum est, sedebant in circulis cum lanceis obliquatis et in modum silvæ condensæ. Dumque non possent equestres ingredi præ multitudine lancearum, percusserunt exteriores et perforaverunt plures lanceis suis. Sed et pedestres nostri sagittabant eos, et quidam allatis rotundis lapidibus, quorum erat ibi multitudo copiosa, lapidabant eos. Et sic multis interfectis et aliis attonitis, qui in extrema parte circulorum extiterant recurvabantur in alios reliqui exteriores, et ingressi sunt equestres vastantes omnia. Corrueruntque ex Scotis in die illa, præter submersos multos, quorum nescitur numerus, et præter quasi viginti equestres, quinquaginta millia peditum numeratorum.[2] Erat autem Scotorum exercitus numeratus, ut dicebant qui capti sunt, quasi mille equestres armati, et peditum quasi trecenta

---

[1] 'sceltrounis,' MS. Lansd.

[2] Walsingham estimates the loss of the Scots at above 60,000, Trivet at above 20,000 men.

millia. Salvavitque Dominus nostros, nec cecidit homo valoris in omni prœlio nisi solus magister militiæ Templi,[1] qui in sequendo fugientes in quodam lacu interceptus est et occisus. Edward I. A. D. 1298.

‘*Rex dedit Terras quorundam Scotorum Magnatibus suis.*’[2]

Obtenta, ut dictum est, a Scotis victoria, processerunt aliqui ex comitibus nostris, insequente postmodum rege, usque ad Sanctum Andream ‘et villam’[3] Sancti Johannis vastantes omnia; nec erat ex Scotis qui resisteret, vel inveniretur ab eis. Diverteruntque nostri per medium forestæ de Selkyrk usque castellum de Aree, et invenerunt illud vacuum et incensum; audito enim adventu regis, fugit a facie ejus Robertus de Brus junior, et incendit illud castrum quod tenuerat. Cumque fuisset voluntatis regiæ ut tunc Galwaliam ingrederetur, deficiente tamen pane defecit et propositum ejus; non enim venerant naves quas credebat, et per quindecim dies erat in castris fames valida. Reversique sunt per medium Vallis Anandiæ, et redditum est regi castellum de Lochmaban, datis vita et membris hiis qui tenuerunt illud. Interim veniebat ex Hibernia quidam nobilis Thomas scilicet de Byseth,[4] et in auxilium Scotorum ut communiter dicebatur. Qui cum applicuisset in insula de Aree, et se dedissent ei incolæ illius, audissetque ab incolis regem nostrum belli obtinuisse victoriam, misit ad eum nuncios, dicens se venisse in auxilium

Provisions fail.

[1] Adrian le Say.

[2] ‘Dedit Rex Terras Scotorum Magnatibus suis,’ MS. Cott. Vesp.

[3] ‘et Pert, cum villa,’ MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

[4] Thomas de Bisset, alias Misset. His lands were near Claneboy and the Dufferin in Ulster.

Edward I. A. D. 1298.

The Isle of Arran granted to Thomas de Bisset.

Discontent of the Earls of Norfolk and Hereford.

The King holds a council at Carlisle.

ejus, et acquisisse jam nomine ipsius eandem insulam de Aree, quam sibi et hæredibus suis ab ipso rege petiit perpetuis temporibus possidendam; acceptavitque rex mittentis factum, et petitionem quam fecerat absque consilio comitum confirmavit. Quod audientes comites, scilicet marescallus et Herefordensis, admirati sunt, eo quod promiserat se nihil novi facturum absque eorum assensu et consilio. Et cum esset rex apud Carliolum petierunt a rege repatriandi licentiam, allegantes jacturam maximam et fatigationem hominum et equorum, recesseruntque sic; et remansit ibidem rex cum magnatibus plurimis, tenuitque parliamentum suum infra octavas Beatæ Virginis, et assignavit et dedit in spe magnatibus suis terras multas magnatum regni Scotiæ, scilicet comitatus comitibus et baronias baronibus; Vallem tamen Anandiæ nec Galwaliam, et quosdam comitatus nemini assignavit: sed, ut dicitur, ex causa distulit ne excandescerent comites qui paulo ante recesserant nec sortiti sunt partem inter pares suos. Quo facto, reversus est rex usque Dunolmum, volens iter suum dirigere ad partes australes; sed accepto nuncio quod coadunarent se Scoti, reversus est, et fere usque Natale moratus apud Tinemowe. Natale vero tenuit apud Cothingham juxta Beverlacum.

and returns to England.

Dissensio inter Regem et Comites propter Cartas.

A. D. 1299.

Post peracta solemniter sacrosancta Christi natalitia, transivit rex Humbriam, tendens Londonias per modicas dietas; tenuitque ibidem parliamentum suum in principio Quadragesimæ, ubi per prædictos comites, marescallum scilicet et Herefordensem, facta est contentio magna super

Edward I. A.D. 1299.

confirmatione Magnæ Cartæ, quam innovare et perficere multotiens rex ipse promiserat. Distulitque respondere rex in dies plurimos, et variantia verba componebat. Tandem vero cum urgeretur a multis, dixit se respondere debere in crastinum. Et facto mane recessit ab urbe latenter. Quod cum audissent comites insecuti sunt eum in multitudine magna, causantes recessum et certæ præfixionis quasi enervatum responsum. Quibus rex, "Certe, carissimi, aer civitatis corruptus nocuit nobis, et ideo recessimus, ut aere mutato saltem in modico recreemur; sed redite ad urbem, et accipietis responsum a consilio nostro." Qui cum abiissent, audierunt responsum non acceptabile quidem sed variabile; articulos enim quos ipsi petierant sic confirmaverat rex ut in fine adjiceret, "salvo jure coronæ nostræ." Quod auditum displicuit, et recesserunt ad propria impacati. Consiliarii autem regis, timentes seditionem populi, tradiderunt utrasque cartas sic consignatas vicecomitibus Londoniensibus, ut in publico legerentur: factumque est sic in cœmeterio Sancti Pauli congregato populo universo; dumque viderentur imprimis Cartæ sic consignatæ, benedixerunt Dominum et regem, sed audito fine captioso, confestim improperantes maledictionem pro benedictione intulerunt. Dissolutumque est consilium, et comites nostri ut convenirent iterato in quindenam Paschæ ante eorum recessum diem receperunt. In quo quidem colloquio Londoniis celebrato, rex quasi omnia petita concessit, et votis eorum paruit. Compromiseruntque quantum ad equitationem forestarum omnium in regno Angliæ in tres episcopos, tres comites et tres barones, ut ipsi, Deum habentes præ oculis, forestas equitari facerent, et dubia

The Charters are re-confirmed.

Edward I. A.D. 1299.

emergentia secundum Dominum et justitiam dirimerent et declararent.

Feb. 17.

'Eodem anno obiit dominus Johannes de Bulmer, miles strenuus, 'vicinus peroptimus,'[1] 'XIII.'[2] kalendas Martii; et sepultus est 'apud Gysburne'[3] coram altare Sancti Johannis Baptistæ.'[4]

Pax inter Reges reformatur; Et Rex noster duxit Uxorem.

Friday, July 3. Arrival of the Legates with the pope's award between the Kings of France and England.

Anno Domini M.CCXCIX., in festo Translationis beati Thomæ martyris, venerunt ad regem Cantuariæ nuncii a domino papa missi, episcopus scilicet 'Vincianus'[5] et alii quidam literati et personæ solemnes; qui scilicet episcopus, homo valde literatus et eloquens, coram ipso rege et omni populo, sicut prius in Francia sic et modo in Anglia, ordinationem domini papæ inter ipsos reges Franciæ scilicet et Angliæ dudum editam, declaravit, dicens inter cætera: Quod ad honorem Dei, et ad exaltationem ecclesiæ suæ sanctæ, et ut omnes subditi optata pace fruerentur, ordinaverat dominus papa sic quod rex Anglorum sororem regis Francorum solemniter duceret in uxorem, et hoc in Augusto. Et ne dicerent aliqui hoc forte non esse permittibile, eo quod se linea consanguinitatis contingebant, respondit, hoc ex dispensatione domini papæ qui omnem inter eos consanguinitatem extinxerat pro bono pacis et ex certa scientia processisse: adjecitque, quod filius regis, quem ipse papa dominum regni Scotorum perpetuis temporibus constituerat, pro se scilicet et hæredibus suis in

The pope's message touching Scotland.

---

[1] 'et vicinus optimus,' MS. Coll. Trin.

[2] 'XVIII.,' MS. Cott. Vesp.

[3] 'apud nos,' MS. Coll. Trin.

[4] 'Eodem . . . Baptistæ,' omitted in MS. Lansd.

[5] 'Wyncianus,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1299.

perpetuum, filiam regis Francorum, cum ad annos pervenerit nubiles, similiter accipiat in uxorem. Rogavitque regem, ex parte domini papæ, ut Johannem Balliolum, quondam regem Scotiæ, custodiæ ipsius domini papæ et nuncio quem ad hoc specialiter ordinaverat, episcopo scilicet de Cawmbrey, liberaret, et hoc non in Anglia, sed in partibus transmarinis duceretur et liberaretur ei;[1] quod et factum est.[2] Adjunxitque ex parte papæ, rogans ut 'filio'[3] dicti Johannis Ballioli dignaretur ipse dominus rex dare et concedere terras quas tenuerat pater ejus in Anglia. Sed prolongatum est hoc, discurrebant enim extunc inter reges et regna solemnes nuncii, et quæ ad tantam solemnitatem pertinebant sumptuosissime parabantur. Factaque est ipsa matrimonialis solemnitas Londoniis,[4] in ipso die Jovis infra octavas Nativitatis Beatæ Virginis, congaudentibus optimatibus cunctis et lætante populo utriusque terræ.

He requests the custody of Baliol.

Marriage of King Edward, Thursday, Sept. 10.

---

[1] On the arrival of the Scottish prisoner at Dover, his luggage underwent a strict scrutiny by the royal officers, who discovered a large sum of money, a coronet, a considerable quantity of plate, and the seal of Scotland, which they seized and brought back to King Edward; all of which the King reserved for his own use excepting the money, which he returned to Baliol. The coronet he afterwards offered up at the shrine of St. Thomas the Martyr.

[2] Baliol was delivered to the papal legate, Renald Bishop of Vicenza, at Whitsand in France, by Robert de Bourghersh, Constable of Dover Castle, on Saturday, the 18th of July, under the condition that the pope should only give direction as to his person and the estates which he held in England, as King Edward might have done had the prisoner been personally with himself. Prynne's Records, iii. 797.

[3] 'filio suo,' MS. Cott. Vesp.

[4] Margaret, Philip's sister, arrived at Dover September 8, and was married two days after to King Edward at Canterbury. M. Westm. Flor. Hist. 432. Amadeus Duke of Savoy had been appointed proxy to contract the espousals, as appears by the instrument dated on the 12th of May. Rot. Alemann. 27 Ed. I. m. 11. in Turr. Lond.; Rymer, Fœdera, i. 904.

Edward I. A. D. 1299.

Rex profectus est in Scotiam, et statim reversus.

Wednesday, Nov. 11. Parliament at York.

In festo Sancti Martini in hyeme tenuit rex parliamentum apud Eborum, et inde profectus est cum 'exercitu,'[1] volens infringere obsidionem Scotorum circa castellum de Strivelin. Cumque venissent apud Berewyk, disponens ulterius proficisci, causabantur magnates inopportunitatem temporis brumalis; adjicientes confirmationem Cartarum prædictarum in suis articulis non esse observatam, nec se velle in vanum laborare nisi rex ipse promissa adimpleret; et sic reversi sunt, accepto tamen a rege quod Londoniis comparerent in principio Quadragesimæ. Rex etiam post celebratum Natale ibidem profectus est, et tenuit parliamentum suum apud Westmonasterium Londoniis in sequenti Quadragesima, ubi confirmationes prædictarum Cartarum renovavit, et statuta fecit super eisdem, cum aliis contentis plurimis. Ipsa autem statuta ibidem edita sic incipiunt: "Pur ceo ke les poinz de la Grant Chartre des franchises, e la Chartre de la Foreste, etc."[2]

The King advances to Berwick.

The Charters are confirmed in a parliament at Westminster. (1300.)

Obiit Archiepiscopus.

A. D. 1299. Saturday, Aug. 15.

Eodem anno obiit Henricus de Newerk, Eborum archiepiscopus, in die Assumptionis as-

---

[1] 'exercitu magno,' MS. Lansd.

[2] By these Articles, printed in the Statutes of the Realm, 28 Ed. I. vol. i. 136, three justices were appointed in each shire to inquire concerning offences against the charters; regulations were framed concerning the royal purveyors, and many other excellent enactments made; all, however, with the clause of saving the right and prerogative of the Crown.

sumptus; cui successit Thomas de Corebrygge in crastino Sancti Martini electus, et in curia papæ confirmatus eodem anno.

Edward I. A.D. 1299.

Thursday, Nov. 12.

Mutatio Monetæ.

Base coinage prohibited.

Eodem anno infra Natalis solemnia prohibuit rex omnem monetam alienigenam in terra sua, ne ulterius pro sterlingo curreret.[1] Mercatores enim alienigenæ introduxerant in Angliam monetas plurimas et pessimi metalli, pollardorum, crocardorum, scaldingorum Brabantium, aquilarum, leoninarum dormientium, et aliorum diversorum nominum. Erantque omnes monetæ albæ 'prætendentes'[2] argentum, et erant artificialiter compositæ de argento, cupro et sulphure, nec erat in quatuor ex eis vel quinque pondus unius denarii 'argentei;'[3] et ex præcepto regis currebant duo ex eis pro sterlingo usque ad Pascha; eratque pessimum sæculum pro vili moneta, et fiebant commutationes plurimæ in emptione et venditione rerum. In Paschate vero sequenti prohibuit rex ipsas monetas ex toto, et tenuit excambium in locis plurimis, dabanturque ex eis pro uno sterlingo quinque vel sex. Nec curabant ex eis homines propter vilitatem monetæ. Et tamen infra annum revolutum, postquam experimento didicerant homines artem purgandi metallum cum plumbo liquefacto cum eo in igne, vale-

---

1 By the statute De Falsa Moneta, given at Stepney, May 15, 1299, the importation of false money was prohibited under forfeiture of life and goods. Many other regulations were made concerning coin and plate, and exchange-tables were instituted at Dover and other ports. Stat. of the Realm, i. 131.

2 'præcedentes,' MS. Lansd.

3 Omitted in MS. Cott. Vesp.

Edward I. A.D. 1299.

bant duo 'denarii unum,'[1] juxta verbum Catonis:

"Quod vile est carum, quod carum vile putato."[2]

Fiebantque multi divites per excambium qui monetam illam emerant in tempore vilitatis. Et postea rex fecit inquiri de talibus qui absque speciali licentia excambium fecerant et taliter mercati fuerant, et mulctavit eos pecunia magna.

Rex concessit Treugam Scotis.

A.D. 1300. Edward grants a truce to Scotland.

Anno Domini M.CCC. rex congregato exercitu profectus est in Scotiam circa festum beati Johannis Baptistæ, ubi initis treugis[3] usque sequentem Pentecosten reversus est post tempus modicum ad partes australes; tenuitque parliamentum suum in sequenti Quadragesima apud Stanfordiam; et movebantur proceres de equitatura forestæ nondum completa, et in locis aliquibus nondum incepta. Cumque orirentur verba, et a multis fierent comminationes occultæ, timuit rex, et 'iratos'[4] animo lenibus blandisque sermonibus delinivit; promisitque, et plus solito tenuit, equitaturam forestæ eodem anno fieri debere, et ita factum est.

A.D. 1301. Perambulation of the forests.

---

[1] 'denarium unum,' MS. Cott. Vesp.

[2] *Εἰ τόγε τίμιον εὐτελὲς ὡς δὲ καὶ ἔμπαλιν οἴει·*
Οὔτ' οὖν φειδωλὸς δόξῃς, οὔτ' αὖ πλεονέκτης.

Quod vile est, carum, quod carum, vile putato:
Sic tibi nec cupidus, nec avarus nosceris ulli.
Dion. Catonis Distich. lib. i. dist. xxix.

[3] This truce, which was granted at the petition of the King of France, extended from the date of the letters patent, viz. the 30th of October till Whitsuntide. Rot. Pat. 28 Ed. I. m. 3; Rymer, Fœdera, i. 924.

[4] 'iratus,' MSS. Cott. Vesp. and Coll. Trin.

'Literæ Papæ pro Scotis.'[1]

Edward I. A. D. 1299.

The Pope lays claim to the kingdom of Scotland as a fief of the Apostolic See.

Eodem anno dominus papa Bonifacius literas suas direxit domino regi Angliæ pro Scotis et regno Scotorum, conceptas in hæc verba:—

Bonifacius[2] 'episcopus servus servorum Dei,'[3] 'carissimo'[4] in Christo 'filio'[5] Edwardo, regi Angliæ illustri, salutem et 'apostolicam'[5] benedictionem. 'Scimus,'[6] fili, et longi jam temporis spatio magistra nos rerum experientia docuit, qualiter erga Romanam matrem ecclesiam, quæ te gerit in visceribus caritatis, regiæ devotionis affectus exuberat, reverentiæ zelus viget, quodque 'promptus'[7] et sedis 'ejus'[8] votis 'obtemperas,'[9] beneplacitis 'acquiescis.'[10] Quamobrem firmam spem gerimus, plenamque fiduciam obtinemus, quod regalis sublimitas verba nostra benigne recipiat, diligenter intelligat, efficaciter prosequatur. Sane ad celsitudinem regiam potuit pervenisse, et in 'tuæ'[11] libro memoriæ nequaquam ambigimus contineri, qualiter ab antiquis temporibus regnum Scotiæ pleno jure pertinuit, et adhuc pertinere dinoscitur, ad ecclesiam supradictam; quodque illud, sicut accepimus progenitoribus tuis regni Angliæ regibus 'sive'[5] tibi feudale non extitit nec existit. Qualiter 'etiam'[12] claræ memoriæ Henricus, rex Angliæ, pater

---

[1] 'Litera directa domino Regi,' MS. Lansd.

[2] This document has been collated with the original in the Treasury of the Court of the Receipt of the Exchequer. The various readings of Hemingburgh's MSS. are given in foot-notes.

[3] 'etc.,' MSS.

[4] 'clarissimo,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

[5] Omitted in MSS.

[6] 'Continui,' MSS.

[7] 'promptus est,' MSS.

[8] 'ejusdem,' MSS.

[9] 'obtemperans,' MSS.

[10] 'adquiescit,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

[11] 'tuo,' MSS.

[12] 'et,' MSS.

Edward I. A. D. 1299.

The Pope lays claim to the kingdom of Scotland as a fief of the Apostolic See.

tuus, tempore discordiæ sive guerræ inter ipsum et quondam Symonem de Monte-forti, suosque fautores et complices suscitatæ, a 'recolendæ'[1] memoriæ Alexandro ejusdem Scotiæ rege ac ipsius Henrici genero, auxilium sibi petiit exhiberi; et ne hujusmodi auxilium, jure cujuslibet subjectionis aut debiti, petitum seu præstitum vocaretur, præfatus Henricus eidem regi Scotiæ suas patentes duxit litteras concedendas, per eas firmiter recognoscens prædictum auxilium se recepisse vel se recepturum duntaxat de gratia speciali. Præterea, cum successu temporis, præfati regis Scotiæ, tui sororii, tunc viventis, in tuæ coronationis solenniis habere præsentiam 'affectares,'[2] sibi per tuas patentes 'cavere literas curavisti,'[3] quod in ipsis solenniis ejus habere præsentiam non ex debito sed 'tantum de'[4] gratia intendebas. Et cum etiam rex ipse, pro 'Tyndaliæ ac de Peynerre'[5] terris in regno Angliæ positis, se ad tuam præsentiam personaliter contulisset, tibi fidelitatem 'solitam'[6] impensurus, 'idem'[7] in præstatione fidelitatis hujusmodi, multis tunc præsentibus, vivæ vocis oraculo publice declaravit, quod pro terris eisdem sitis tantum in Anglia, non ut rex Scotiæ neque pro Scotiæ regno, 'fidelitatem exhibebat eandem; quinimmo palam extitit protestatus, quod pro'[8] regno ipso tibi fidelitatem præstare seu facere aliquatenus non debebat, utpote tibi penitus non 'subjecto;'[9] tuque sic oblatam fidelitatem 'hujusmodi'[10] ad-

[1] 'recordandæ,' MSS.
[2] 'voluisti,' MSS.
[3] 'literas cavisti,' MSS.
[4] 'ex,' MSS.
[5] 'Tyndala et Penreth,' MSS. Coll. Trin. and Cott. Vesp.; 'Tyndala et Pentez,' MS. Lansd.
[6] 'debitam,' MSS.
[7] 'quod,' MSS.
[8] Omitted in MSS.
[9] 'subjectus,' MSS.
[10] 'debitam,' MSS.

misisti. A tua quoque creditur non excidisse memoria, qualiter, eodem rege Scotiæ sublato de medio, 'quondam'[1] Margareta puella, nepte tua, tunc minoris ætatis, hærede sibi relicta, non ad te velut ad dominum 'regni'[2] pervenit custodia 'memorati,'[3] sed certi ejusdem regni proceres ad ejus electi custodiam extiterunt. Quodque postmodum, dispensatione ab apostolica sede obtenta, super matrimonio contrahendo inter dilectum filium nobilem virum Edwardum natum tuum et Margaretam prædictam dum viveret, si ad id procerum dicti regni accederet vel haberetur assensus, tu eisdem proceribus per tua scripta cavisse dinosceris, priusquam vellent hujusmodi matrimonio consentire, quod regnum ipsum penitus liberum, nullique subjectum, seu quovis modo submissum, in perpetuum remaneret; quodque in pristinum, seu talem 'ipsius,'[4] statum restitueretur omnino, si ex hujusmodi matrimonio contrahendo liberos non exstare contingeret; ac nomen et honorem, 'ut prius'[5] pariter retineret, tam in suis sibi servandis legibus et præficiendis officialibus dicti regni, quam parliamentis tenendis, tractandis causis in ipso, et nullis ejus incolis extra illud ad judicium evocandis; et quod in tuis patentibus literis, inde confectis, hæc plenius et seriosius contineri noscuntur. Præfata insuper Margareta de præsenti luce subtracta, et tandem super successione dicti regni Scotiæ suborta dissensionis materia inter partes, ipsius regni proceres, metuentes sibi dictoque regno posse occasione hujusmodi præjudicium generari, non aliter ad tuam præsentiam 'extra ipsius regni accedere

Edward I. A.D. 1299.

The Pope lays claim to the kingdom of Scotland as a fief of the Apostolic See.

---

[1] 'quadam,' MSS.
[2] 'regem,' MSS.
[3] 'memorata,' MSS.
[4] Omitted in MSS.
[5] 'et jus,' MSS.

Edward I. A.D. 1299.

The Pope lays claim to the kingdom of Scotland as a fief of the Apostolic See.

limites voluerunt,'[1] nisi per te patenti scripto caveretur eisdem, quod id non fiebat ex debito sed ex gratia speciali, quodque nullum exinde ipsius regni libertatibus posset dispendium imminere. Et licet, ut dicitur, super statu ejusdem regni Scotiæ, ac ejus prius habita libertate, regno ipso tunc carente præsidio 'defensoris,'[2] per ipsius regni proceres tunc velut acephalos et ducis vel aurigæ suffragium non habentes, sive per 'illum,'[3] cui præfati regni regimen licet indebite diceris commisisse, contra morem solitum, aliqua fuerint hactenus innovata, ea tamen, utpote per vim et metum, qui cadere 'poterant'[4] in constantem, elicita, nequaquam debent de jure subsistere, aut in ejusdem regni præjudicium 'redundare.'[5] Cæterum nobis nullatenus venit in dubium, quin potius certi sumus, quod cum apostolicæ sedis præcellens auctoritas per suas litteras in Angliæ ac Scotiæ regnis 'simul'[6] alicui legationis 'committit'[7] officium exequendum, vel pro quavis causa quam rationabilem reputat decimæ solutionem 'indicit,'[8] hujusmodi apostolicæ literæ ad 'præfatum'[9] Scotiæ regnum se aliquatenus non extendunt, speciali prædictæ sedis privilegio Scotis indulto penitus obsistente, prout tempore felicis recordationis Adriani papæ prædecessoris nostri, tunc Sancti Adriani diaconi cardinalis, et per ipsius sedis literas simul in regnis ipsis legati, 'cum quo familiariter'[10] tunc eramus, contigit evidenter; nam legatus ipse ad præfatum regnum Scotiæ aliquatenus ad-

---

1 'extra ipsius limites venire voluerunt,' MSS.
2 'defensorum,' MSS.
3 'ipsum,' MSS.
4 'poterat,' Orig.
5 'generari,' MSS.
6 'vel,' MSS.
7 'emittit,' MSS.
8 'inducit,' MSS.
9 'præfatæ,' MSS.
10 'cujus familiaris,' MSS.

Edward I. A. D. 1299.

The Pope lays claim to the kingdom of Scotland as a fief of the Apostolic See.

missus non extitit, donec per literas speciales apostolicas sibi legationis fuit commissum officium in eodem. Præterea nosse potest regia celsitudo, qualiter regnum ipsum per beati 'Andreæ'[1] Apostoli venerandas reliquias, non sine 'superni Numinis'[2] 'grandi'[3] dono acquisitum et conversum extitit ad fidei catholicæ unitatem. Qualiter etiam antiquis temporibus Eboracensis archiepiscopus, qui tunc erat, mota per eum super jure 'metropolitico'[4] adversus prælatos Scotiæ 'quæstione, in qua dictum antiquitus fuisse commemorat,'[5] Memento quod sumus tui, 'ut'[6] cætera quæ inde sequuntur silentio 'relinquamus,'[7] pro se sententiam obtinere nequivit. Quamvis alia plura et varia quæ in hac parte rationabiliter proponenda se offerunt, ex quibus etiam ad hæc tibi scribenda movemur, prætereat calamus ne inde forsitan sensibus regiis tædium generetur. 'Hæc'[8] profecto, fili carissime, infra claustra pectoris 'sollicite'[9] considerare te convenit et attendere diligenter, ex quibus nulli in dubium veniat regnum Scotiæ prælibatum ad præfatam Romanam ecclesiam pertinere, quod tibi 'nec'[10] licet nec licuit, in ipsius ecclesiæ ac multorum præjudicium, per violentiam subjugare tuæque subjicere ditioni. Cum autem, sicut habet fide digna, et nostris jam pluries auribus inculcata relatio, famæque præcurrentis affatibus divulgatur, tu præmissa, ut debueras, non attendens, neque 'debita consideratione dis-

[1] 'Petri,' MSS.

[2] 'superni dono muniminis,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

[3] 'grando,' MSS. Coll. Trin. and Lansd.

[4] 'metropolitano,' MSS.

[5] 'quæstione, in qua antiquitas dictum esse commemorat,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

[6] 'et,' MSS.

[7] 'relinquimus,' MSS.

[8] 'hoc,' MSS. Coll. Trin. and Lansd.

[9] Omitted in MSS.

[10] 'non,' MSS. Coll. Trin. and Cott. Vesp.

Edward I. A.D. 1299.

The Pope lays claim to the kingdom of Scotland as a fief of the Apostolic See.

cutiens,'[1] et ad occupandum et subjugandum ditioni regiæ regnum ipsum, tunc regis auxilio destitutum, vehementer aspirans, et tandem ad id exercens potentiæ tuæ vires, venerabilibus fratribus nostris, Roberto Glasguensi et Marco Sodorensi episcopis, et nonnullis clericis, et aliis personis ecclesiasticis dicti regni, ut dicitur, captis, et carceralibus vinculis traditis, quorum aliquos, sicut asseritur, squalor carceris violentus extinxit, ac etiam occupatis castris, et, prout fertur, monasteriis, 'aliisve'[2] religiosis locis quampluribus, dirutis seu destructis, ac damnis gravibus ejusdem regni habitatoribus irrogatis, in ejusdem regni partibus officiales regios posuisti, qui prælatos, cæteros clericos, 'ac'[3] ecclesiasticas, ac etiam seculares dicti regni personas multimodis perturbare molestiis, et afflictionibus variis et diversis impetere non verentur, in divinæ majestatis offensam, sedis memoratæ contemptum, regiæ salutis et famæ dispendium, juris injuriam, et grave scandalum fidelium 'plurimorum.'[4] Regalem itaque magnificentiam rogamus, et hortamur attente, 'ac'[5] obsecramus in Eo qui est omnium vera salus, quatenus solerter attendens, quod, ex debito pastoralis officii nostris humeris incumbentis, ad conservanda et gubernanda sollicite bona 'juraque omnia ecclesiæ supradictæ tenemur, quodque'[6] homini plusquam Deo deferre non possumus nec debemus, prædictos episcopos, clericos et personas ecclesiasticas, quos adhuc carcer regius tenet inclusos, pro divina et apostolicæ

---

[1] 'discussione considerans,' MS. Cott. Vesp.

[2] 'aliisque,' MSS.

[3] 'et,' MSS.

[4] 'populorum,' MSS.

[5] 'ac etiam,' MSS.

[6] 'jura tenemur, quæ omnino ecclesiæ supradictæ debentur, quodque,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

Edward I. A. D. 1299.

The Pope lays claim to the kingdom of Scotland as a fief of the Apostolic See.

sedis ac nostra reverentia, sublato difficultatis et dilationis objectu, benigne restitui facias pristinæ libertati, dictosque officiales de regno Scotiæ revoces memorato. Sic te in hiis, prout speramus et cupimus, promptis et efficacibus studiis habiturus, ut apud cœlestem Regem pro minimis grandia rependentem, non immerito reddaris acceptior 'gratior,'[1] habearis, et, præter laudis humanæ præconium tibi proinde 'proventurum,'[2] apostolicæ sedis favorem et gratiam possis uberius promereri. Si vero in eodem regno Scotiæ, vel aliqua ejus parte, jus aliquod habere te asseris, volumus 'quod'[3] tuos procuratores et nuncios ad hoc specialiter constitutos, cum omnibus juribus et munimentis tuis hujusmodi negotium contingentibus, infra sex menses a receptione præsentium numerandos, ad nostram præsentiam mittere non omittas; cum parati sumus tibi, tanquam dilecto filio, plene super præmissis exhibere justitiæ complementum, et jura si qua habes inviolabiliter observare. Nos enim nihilominus ex nunc lites, 'quæstiones'[4] et controversias quaslibet inter te dictumque regnum Scotiæ ac prælatos, 'clericos, ac personas'[5] seculares ejusdem subortas, et quæ possunt in posterum ex quibusvis 'causis'[6] præteritis exoriri, totumque negotium prædicta contingens, aut aliquod eorundem, ad cognitionem et determinationem sedis ejusdem præsentium tenore reducimus et etiam 'reservamus.'[7] Decernentes irritum et inane si secus scienter vel igno-

---

[1] 'gratiosior,' MSS.

[2] 'provecturum,' MS. Lansd.

[3] 'per,' MSS.

[4] 'rationes,' MSS.

[5] 'et clericos et personas,' MSS.

[6] 've ex causis,' MSS.

[7] 'observamus,' MSS. Lansd. and Cott. Vesp.

Edward I. A. D. 1299.

Saturday, June 27.

ranter a quoquam in hac parte contigerit attemptari. Datum Anagniæ v. kalendas Julii, pontificatus nostri anno quinto.

Responsio Regis.

A. D. 1301. King Edward's reply asserting the title of the English crown.

Rex acceptis hujusmodi literis apostolicis, convocavit concilium Lincolniæ,[1] et, deliberato consilio, respondit sic: 'Altissimus,'[2] Inspector cordium, nostræ scrinio memoriæ indelebili stilo novit inscribi, quod antecessores et progenitores nostri, reges Angliæ, 'jure superiori et directo dominio'[3] ab antiquissimis retro temporibus regno Scotiæ et ipsius regibus in temporalibus et annexis eisdem præfuerunt, et ab eisdem regibus pro regno Scotiæ, et ejusdem regni proce-

---

[1] The writs of summons for the meeting of this parliament are dated at Rose Castle, Cumberland, on the 26th of September, 1300. The King at the same time sent orders to the different monasteries to search their chronicles, and transmit to him whatever they could discover relative to the Scottish kingdom. He also directed the chancellors of the Universities of Oxford and Cambridge to send four or five doctors in the common law to consult on the Scottish succession. Rymer, Fœdera, i. 923, 924. The evidence thus collected was embodied in a letter to the Pope, drawn up, it appears, by Rishanger; which letter, we find from an entry in Bishop Stapleton's Kalendar, though intended to be sent, was never actually dispatched. *Vide* Documents and Records illustrating the History of Scotland, i. Introd. cxxx., by Sir F. Palgrave. The copy of this document preserved by Hemingburgh differs considerably from the enrolment extant on the Rot. Claus. 29 Ed. I. m. 10, dorso, in the Tower of London. As there seems some probability that the enrolment was made from an earlier draught of the letter, it has been thought advisable to print the text of the document from the MSS. of Hemingburgh, with the variations of the enrolment as foot-notes.

[2] 'Sanctissimo in Christo patri domino B. divina providentia sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo pontifici, Edwardus ejusdem gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, et dux Aquitaniæ, devota pedum oscula beatorum. Infrascripta non in forma nec in figura judicii, sed omnino extra judicium, pro serenanda sanctæ paternitatis vestræ conscientia vobis transmittimus exhibenda. Altissimus,' etc. Rot. Claus.

[3] 'jure superioris et directi dominii,' Rot.

Edward I. A. D. 1301.

King Edward's reply.

ribus a quibus habere volebant, 'legalia'[1] homagia et fidelitatis juramenta receperunt. 'Nos,'[2] juris et dominii possessionem continuantes hujusmodi, pro tempore nostro, eadem tam a rege Scotiæ quam ab 'ipsis'[3] regni proceribus recepimus. Quinimmo 'tanta'[4] juris et dominii prærogativa super regnum Scotiæ et ejusdem 'regem'[5] gaudebant, quod regnum ipsum fidelibus suis conferebant; reges etiam ex causis justis amovebant, et constituerunt sub se loco ipsorum alios regnaturos. 'Quæ proculdubio notoria fuisse et esse creduntur apud omnes, licet aliud forsan paternis auribus per pacis æmulos et rebellionis filios fuerit falsa insinuatione suggestum; a quorum machinosis et imaginariis figmentis ut vestræ sanctitatis oculus avertatur suppliciter quæsumus; et paternam excellentiam devotis affectibus exoramus, ut, brevitatis causa gestis anteriorum temporum salvis, quædam exempli causa tangamus.'[6]

[1] 'ligia,' Rot.

[2] 'et nos,' Rot.

[3] 'ipsius,' Rot.

[4] 'tanti,' MS. Lansd.

[5] 'reges,' Rot.

[6] 'quæ proculdubio .... causa tangamus.' In place of this passage, the enrolment has the following: — 'Quæ proculdubio ab antiquo notoria fuerunt et existunt, licet aliud forte paternis auribus per pacis æmulos et rebellionis filios fuerit falsa insinuatione suggestum; quorum machinosa et imaginaria figmenta vestra providentia quæsumus aspernetur. Sub temporibus itaque Ely et Samuelis prophetæ vir quidam strenuus et insignis Brutus nomine, de genere Trojanorum, post excidium urbis Trojæ cum multis nobilibus Trojanorum applicuit in quandam insulam tunc Albion vocatam, a gigantibus inhabitatam, quibus sua et suorum devictis potentia et occisis, eam nomine suo Britanniam sociosque suos Britones appellavit. Et ædificavit civitatem quam Trinovantum nuncupavit, quæ modo Londonia nominatur. Et postea regnum suum tribus filiis suis divisit, scilicet Locrino primogenito illam partem Britanniæ quæ nunc Anglia dicitur;—et Albanacto secundo natu illam partem quæ tunc Albania a nomine Albanacti, nunc vero Scotia nuncupatur; — et Cambro filio minori partem illam nomine suo tunc Cambria vocatam, quæ nunc Wallia vocitatur;—reservata Locrino seniori regia dignitate. Itaque biennio post mortem Bruti applicuit in Albaniam quidam rex Hunorum nomine Humber; et Albanactum fratrem Locrini occidit. Quo audito Locrinus rex

Edward I. A. D. 1301.

King Edward's reply.

Edwardus, dictus senior, filius 'Elvredi'[1] regis Angliæ, Scotorum, 'Umbrorum et Stregevallorum'[2] reges sibi, tanquam superiori domino, subjectos habuit et submissos. Adelstanus, rex Angliæ, Constantinum 'regem Scotorum'[3] sub se regnaturum constituit, dicens, "Gloriosius est regem facere quam regem esse." Et est 'in'[4] memoria, quod idem Adelstanus, intercedente sancto Johanne de Beverlaco, quondam archiepiscopo Eborum, Scotos rebellantes ei dimicavit, qui gratias Deo devote agens Deum exoravit, petens 'ut,'[5] interveniente Sancto Johanne, 'ei'[6] aliquod signum evidens 'ostenderetur quo'[7] tam succedentes quam præsentes cognoscere possent Scotos Anglorum regno jure subjugari; et videns quosdam scopulos juxta quendam locum 'dictum'[8]

Britonum persecutus est eum. Qui fugiens submersus est in flumine, quod de nomine suo Humber vocatur. Et sic Albania revertitur ad dictum Locrinum. Item Dunwallo rex Britonum Staterium regem Scotiæ sibi rebellem occidit, et terram ejus in deditionem recepit. Item duo filii Dunwallonis scilicet Belinus et Brennius inter se regnum patris sui diviserunt, ita quod Belinus senior diadema insulæ cum Britannia, Wallia, et Cornubia possideret. Brennius vero sub eo regnaturus Scotiam acciperet; petebat enim Trojana consuetudo ut dignitas hæreditatis primogenito proveniret. Item Arturus rex Britonum princeps famosissimus Scotiam sibi rebellem subjecit et pene totam gentem delevit. Et postea quendam nomine Anguselum in regem Scotiæ præfecit. Et cum postea idem rex Arturus apud civitatem Legionum festum faceret celeberrimum, interfuerunt ibidem omnes reges sibi subjecti, inter quos Anguselus rex Scotiæ servitium pro regno Scotiæ exhibens debitum, gladium regis Arturi detulit ante ipsum. Et successive omnes reges Scotiæ omnibus regibus Britonum fuere subjecti. Succedentibus autem regibus Anglis in prædicta insula, et ipsius monarchiam et dominium obtinentibus, subsequenter Edwardus,' etc.

[1] 'Chifodi,' MSS. of Hemingburgh incorrectly; 'Elvredi' has been supplied in text from the enrolment.

[2] 'Cumbrorum et Stregwallorum,' Rot.

[3] 'regem,' MS. Coll. Trin.

[4] 'dignum,' Rot.

[5] 'quatinus,' Rot.

[6] 'sibi,' Rot.

[7] 'ostenderet quatinus,' Rot.

[8] 'prope,' Rot.; omitted in MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1301.

King Edward's reply.

Dumbar in Scotia 'præminere,'[1] extracto gladio de vagina percussit in silicem; qui lapis ad ictum gladii, Dei virtute agente, ita cavatur ut mensura ulnæ longitudini possit coaptari; et hujus rei hactenus evidens signum apparet, et in Beverlacensi ecclesia in legenda 'beati'[2] Johannis, quasi singulis hebdomadis per annum, ad laudem et honorem Sancti Johannis pro miraculo recitatur; et de hoc exstat celebris memoria tam in Anglia quam in Scotia, usque 'in'[3] præsentem diem. Item Constantinus rex Scotorum et Eugenius rex Cumbrorum, ad prædictum regem Angliæ Adelstanum, post 'aliquam'[4] dissensionem inter eos habitam, venientes, se cum suis regnis eidem Adelstano 'dedidere;'[5] cujus facti gratia filium 'Constantini'[6] ipse Adelstanus de sacro fonte suscepit. Item Edredo regi Angliæ Scoti sine bello se subdiderunt; et eidem regi Edredo tanquam domino 'fidelitatem juraverunt.'[7] Item cum Edgarus rex Angliæ, regem Scotorum Kynadium, et Cumbrorum Malcolmum, 'regemque'[8] plurimarum insularum 'Malcum,'[9] aliosque quinque 'subregulos subjugasset, et remigando per fluvium Dehe in quadam navi prope proram sedisset, fertur'[10] ipsum dixisse, successores suos 'posse'[11] gloriari se reges Anglorum esse, cum tanta honorum prærogativa fruerentur, 'quod'[12] subjectam haberent tot regum potentiam. Post dictum Edgarum suc-

[1] 'prominere,' Rot.

[2] 'sancti,' Rot.

[3] 'ad,' Rot.

[4] 'aliqualem,' Rot.

[5] 'dedere,' MS. Lansd.

[6] 'Constancii,' MS. Lansd.

[7] 'fidelitatem debitam juraverunt, quodam Yricio rege super ipsos Scotos statuto,' Rot.

[8] 'regem,' Rot.

[9] 'Makkum,' Rot.

[10] 'subregulos, scilicet, Duvenaldum, Syferth, Huwal, Jacob, et Inchil regem ipsum Edgarum in navi quadam prope proram sedentem per flumen Dehe remigare fecisset, fertur,' Rot.

[11] Omitted in Rot.

[12] 'ut,' Rot.

Edward I A. D. 1301.

King Edward's reply.

cessive successerunt reges Angliæ sanctus Edwardus martyr, Egelredus frater ejus, Edmundus dictus Yrenside filius Egelredi, et 'Knutus,'[1] qui eorum temporibus regnum Scotiæ in sua subjectione pacifice tenuerunt, hoc duntaxat excepto, quod anno quindecimo regni 'Knuti'[2] prædicti, idem 'Knutus,'[3] Scotiam rebellantem, expeditione illuc ducta, 'et'[4] regem Scotiæ Malcolmum parvo 'subjecit'[5] negotio, subditusque est 'eidem prædictus Malcolmus.'[6] Quibus Haraldus filius Knuti, et Hardeknutus frater ejus, unus post alium, reges Angliæ successerunt, qui eis sic regnantibus sibi subjectionem regni Scotiæ pacifice habuerunt. Item Sanctus Edwardus, rex Angliæ, regnum Scotiæ dedit Malcolmo filio regis Cumbrorum, de se tenendum. Item Willelmus 'Bastardus,'[7] rex Angliæ, 'a Malcolmo'[8] rege Scotorum, tanquam a suo homine sibi subdito, homagium cepit. Item Willelmo Ruffo regi Angliæ, prædictus Malcolmus rex Scotorum, juramento fidelitatis subjectus fuit. Item prædictus 'Willelmus'[9] Dovenaldum de regno Scotiæ ex justis causis amovit, et loco ejus Dunkanum filium Malcolmi 'regno'[10] Scotiæ præfecit, et recepit ab eo 'fidelitatem et'[11] juramentum; dictoque Dunkano dolose perempto, dictus 'rex'[12] præfatum Dovenaldum, qui iterum regnum Scotiæ invaserat, amovit ab eodem, et Edgarum filium dicti Malcolmi regem Scotiæ

[1] 'Kiricus,' MS. Coll. Trin.; 'Hyricus,' MS. Lansd. The text has been amended from the enrolment.

[2] 'Kyrici,' MS. Coll. Trin.; 'Hirici,' MS. Lansd.

[3] 'Kyricus,' MS. Coll. Trin.; 'Hiricus,' MS. Lansd.

[4] Omitted in Rot.

[5] 'subegit,' Rot. and MS. Lansd.

[6] 'ei idem Malcolmus,' Rot.

[7] 'dictus Bastardus,' Rot.

[8] 'cognatus dicti Edwardi a Malcolmo,' Rot.

[9] 'rex Willelmus,' Rot.

[10] 'regem,' Rot.

[11] 'fidelitatis,' Rot.

[12] 'rex Willelmus,' Rot.

Edward I. A.D. 1301.

King Edward's reply.

constituit, et eidem illud regnum donavit; cui successit Alexander frater 'Edgari, consensu'[1] regis Angliæ Henrici primi, fratris dicti regis Willelmi Ruffi. Item Matildi imperatrici, filiæ et hæredi regis Henrici prædicti, rex Scotiæ David fecit homagium et fidelitatem. Item Stephano regi Anglorum, Henricus filius dicti regis David homagium fecit. Item Willelmus rex Scotorum, pro regno Scotiæ, et David 'filius'[2] suus, et comites et barones regni Scotiæ, devenerunt homines Henrici, filii regis Angliæ Henrici secundi, in crastino coronationis prædicti Henrici filii Henrici secundi, patre vivente, et fidelitatem ei juraverunt contra omnes homines, salva fidelitate debita patri viventi. Anno vero vicesimo regni regis Henrici secundi prædicti, dictus Willelmus rex Scotorum rebellare incipiens, venit in Northumbriam cum exercitu magno, et exercuit in populo stragem magnam; cui occurrentes milites comitatus Eborum apud Alnewyk, ipsum ceperunt, et dicto Henrico regi Angliæ reddiderunt; annoque sequenti, scilicet XV. kalendas Martii, est idem Willelmus permissus liber abire. Postea vero apud Eborum anno eodem, 'VII.'[3] kalendas Septembris, idem Willelmus rex Scotorum, de consensu prælatorum, comitum, baronum, procerum, et aliorum magnatum regni Scotiæ, domino suo regi Angliæ Henrico, filio Matildis imperatricis 'prædictæ,'[4] suis literis patentibus cavisse noscitur, quod ipse, et hæredes et successores sui reges Scotiæ, episcopi et abbates, comites 'et'[5] barones, et alii homines regni Scotiæ, de quibus dominus rex habere voluerit, facient

[1] 'ejusdem Edgari, concessu,' Rot.

[2] 'frater,' Rot.

[3] 'XVII.,' Rot.

[4] 'prædicto,' Rot.

[5] 'etiam et,' Rot.

Edward I. A. D. 1301.

King Edward's reply.

regibus Angliæ homagium, fidelitatem et ligantiam, ut ligio domino, contra omnem 'hominem.'[1] Item episcopi, comites et 'barones'[2] conventionaverunt (ut verbis ejusdem conventionis utamur) domino regi 'Angliæ'[3] et Henrico filio suo prædictis, quod si rex Scotiæ aliquo casu a fidelitate 'regis'[4] Angliæ et conventione prædicta recederet, ipsi cum domino rege Angliæ tenebunt, sicut cum ligio domino suo, contra regem Scotiæ, quousque ad fidelitatem regis Angliæ redeat. Quam quidem compositionem fœlicis recordationis Gregorius papa IX., in diversis rescriptis regibus Angliæ et Scotiæ directis, mandavit firmiter observari, continentibus etiam inter cætera quod Willelmus et Alexander reges Scotorum, regibus Angliæ Johanni et Henrico ligium homagium et fidelitatem fecerunt; quæ tenentur successores eorum, comites, et barones regni Scotiæ, ipsis et suis successoribus exhibere. Et iterum, quod cum idem rex Scotiæ homo ligius sit ipsius Henrici regis Angliæ, et eidem fidelitatis 'præstitit'[5] juramentum, quo se principaliter astrinxit, quod in ipsius regni et regis Angliæ detrimentum nihil debeat penitus attemptare. Et papa Clemens scribens regi Angliæ pro Johanne episcopo Sancti Andreæ, expulso ab episcopatu suo per regem Scotiæ, inter cætera rogavit, quod Willelmum regem Scotiæ moveret et induceret, et, si necesse fuerit, districtione regali qua ei 'præeminet,'[6] et concessa suæ regiæ

[1] 'hominem. Et in signum subjectionis hujusmodi idem Willelmus rex Scotiæ capellum, lanceam, et sellam suos super altare ecclesiæ beati Petri Eboracensis obtulit, quæ in eadem ecclesia usque in hodiernum diem remanent et servantur,' Rot.

[2] 'barones dicti regni Scotiæ,' Rot.

[3] Omitted in Rot.

[4] 'regum,' Rot.

[5] 'præstiterit,' Rot.

[6] 'præminet,' Rot.

Edward I. A.D. 1301.

King Edward's reply.

celsitudini potestate compelleret, ut dicto episcopo omnem rancorem remitteret, et episcopatum suum eum habere in pace permitteret. Et post conventionem prædictam, in ecclesia 'sancti'[1] Petri Eborum coram prædictis regibus Angliæ et Scotiæ, et David fratre suo, et universo populo, episcopi, comites, barones, milites de terra 'regni'[2] Scotiæ juraverunt domino regi Angliæ, et Henrico filio suo, et hæredibus eorum, fidelitatem contra 'omnem hominem,'[3] sicut ligiis dominis suis; et idem Willelmus rex Scotorum, ad mandatum regis Henrici prædicti, venit apud Northamtoniam ad parliamentum domini sui, adducens secum omnes episcopos, abbates, priores totius regni sui. Et venit etiam ad ejusdem regis Angliæ mandatum in Normanniam. Et idem rex Willelmus post decessum 'regis'[4] Henrici, veniens Cantuariam, Ricardo regi Angliæ, filio et hæredi dicti Henrici, fecit homagium. Quo Ricardo viam universæ carnis ingresso, 'præfatus'[5] Willelmus Johanni regi Angliæ, fratri et hæredi prædicti regis Ricardi, extra civitatem Lincolniensem super quendam montem in conspectu omnis populi fecit homagium, et juravit ei fidelitatem super crucem Huberti tunc Cantuariensis archiepiscopi; et eidem Johanni, tanquam domino suo, per cartam suam concessit quod Alexandrum filium suum, sicut hominem ligium suum, maritaret; promittendo firmiter in carta eadem, quod idem Willelmus rex Scotorum et Alexander filius suus Henrico, filio regis Angliæ Johannis, tanquam ligio domino suo, contra omnes mortales fidem et fideli-

---

[1] 'beati,' Rot.
[2] 'regis,' Rot.
[3] 'omnes homines,' MS. Lansd.
[4] 'dicti regis,' Rot.
[5] 'sæpefatus,' Rot.

Edward I. A. D. 1301.

King Edward's reply.

tatem tenerent. A quo quidem Willelmo rege Scotorum postmodum, pro eo quod desponderat filiam suam comiti Boloniæ, præter 'regis'[1] Johannis domini sui assensum, pro transgressione et 'temera'[2] præsumptione hujusmodi debitam satisfactionem accepit. Item Alexander rex Scotorum, sororius noster, regi Angliæ Henrico patri nostro, pro regno Scotiæ, et postea nobis homagium fecit. Vacante deinde regno Scotiæ 'per'[3] mortem Alexandri regis illius, et subsequenter per mortem Margaretæ, ejusdem regni Scotiæ reginæ et dominæ neptis nostræ, episcopi, abbates, priores, comites, barones, proceres, et cæteri nobiles, et communitates totius regni Scotiæ ad nos, tanquam ad 'defensorem,'[4] ducem, aurigam, capitaneum, et dominum capitalem ejusdem regni sic vacantis, gratis et spontanea voluntate accedentes, prout tenebantur de jure, jus nostrum, progenitorum, et antecessorum nostrorum, ac possessionem superioris et directi dominii in regno eodem, et regni ipsius subjectionem, ex certa scientia, pure, simpliciter, et absolute recognoverunt; et præstitis nobis ab 'eis,'[5] tanquam superiori et directo domino Scotiæ, debitis et consuetis 'fidelitatis'[6] juramentis, ac civitatibus, burgis, villis, castris, 'et cæteris mansionibus'[7] regni ejusdem in manu nostra traditis, ad custodiam ejusdem regni certos jure nostro regio officiales et ministros deputavimus, quibus ipsi, tempore vacationis hujusmodi, concorditer fuerant obedientes, et intendentes 'regiis nostris præceptis'[8] et mandatis. Postmodum

---

[1] 'ipsius regis,' Rot.

[2] 'temeraria,' Rot.

[3] 'post,' Rot.

[4] 'legitimum defensorem,' Rot.

[5] 'eisdem,' Rot.

[6] 'fidelitatum,' Rot.

[7] 'ac cæteris munitionibus,' Rot.

[8] 'in nostris præceptis regiis,' Rot.

Edward I. A.D. 1301.

King Edward's reply.

'etiam'[1] diversæ personæ, super successione in dictum regnum Scotiæ jure hæreditario inter se contendentes, ad nos, tanquam ad superiorem dominum regni Scotiæ, accesserunt; petentes, super 'successione regni prædicti'[2] sibi per nos exhiberi justitiæ complementum, volentes et expresse consentientes coram nobis 'tanquam coram superiori et directo domino, in omnibus ordinandis stare et obtemperari; ac demum judicialiter propositis, et sufficienter auditis,'[3] rimatis, examinatis et diligenter intellectis 'partium juribus, finaliter,'[4] in præsentia omnium prælatorum et nobilium quasi totius regni Scotiæ, et de voluntate et assensu expresso eorundem procedentes, Johannem de Baliolo debite præfecimus in regem Scotorum, quem tunc in successione ejusdem regni 'hæredem jura'[5] habere invenimus potiora. Qui quidem prælati, comites, barones, communitates, ac cæteri incolæ 'regni ipsius,'[6] hujusmodi sententiam nostram 'acceptaverunt et approbaverunt,'[7] et ipsum Johannem, de mandato nostro, virtute 'hujus'[8] judicii, in regem suum admiserunt. Ac idem Johannes rex Scotiæ, 'pro regno suo prædicto nobis homagium debitum et consuetum fecit, et fidelitatis juramentum præstitit; et extunc, tam in parliamentis quam in consiliis nostris, tanquam'[9] noster subditus, sicut

[1] 'autem,' Rot. and MS. Lansd.

[2] 'jure succedendi in regnum prædictum,' Rot.; 'successione regnum prædictum,' MS. Lansd.

[3] 'tanquam superiore et directo domino regni Scotiæ stare juri. Et demum earundem partium petitionibus et juribus coram nobis tanquam coram superiore et directo domino judicialiter propositis ac sufficienter auditis,' Rot.

[4] Omitted in Rot.

[5] 'hæredem legitimum et jura,' Rot.

[6] 'ejusdem regni,' Rot.

[7] 'expresse omologarunt, acceptarunt et expresse approbarunt,' Rot.

[8] 'hujusmodi,' Rot.

[9] 'pro regno suo præstito nobis homagio debito et consueto, ac fidelitatis juramento, ad parliamenta nostra de mandato nostro veniens eisdem tanquam,' Rot.

Edward I. A. D. 1301.

King Edward's reply.

alii de regno nostro, interfuit; et nostris, tanquam domini sui 'superioris,'[1] beneplacitis et 'mandatis'[2] in omnibus obediens et intendens 'exstitit,'[3] quousque idem Johannes rex Scotiæ, et prælati, comites 'et'[3] barones, nobiles, communitates ac cæteri incolæ majores regni ejusdem, ex præconcepta malitia, et prælocuta ac præordinata proditione, 'communicato consilio, cum tunc inimicis nostris capitalibus notoriis amicitias copularunt, ac'[3] factiones, 'conspirationes'[4] et conjurationes in exhæredationem nostram, et hæredum nostrorum, ac regni nostri, contra debitum 'homagium suum, in crimen læsæ majestatis nequiter incidendo, fidelitatis juramentum inierunt cum eisdem. Verum cum præmissa, relatione'[5] 'et'[6] fama publica consentiente, ad aures nostras 'devenissent,'[7] volentes futuris periculis præcavere quæ ex hiis et aliis possent nobis, regno nostro, et regni nostri incolis verisimiliter provenire, pro assecuratione regni nostri accessimus ad confinium regni utriusque, pluries mandantes eidem Johanni tunc regi Scotiæ 'ut'[8] ad certa loca in confinio prædicto ad nos accederet, super præmissis et 'aliis assecurationis statum, tranquillitatem et pacem regni utriusque contingentibus, tractaturus. Qui, spretis mandatis nostris,'[9] in sua persistens perfidia, ad bellicos apparatus cum episcopis,

---

[1] 'superioris dicti regni Scotiæ paruit,' Rot.

[2] 'mandatis nobis,' Rot.

[3] Omitted in Rot.

[4] 'confœderationes, conspirationes,' Rot.

[5] 'homagii sui et fidelitatis juramentum inter se inierunt, in crimen læsæ majestatis nequiter incidendo. Unde cum præmissa ex fideli relatione,' Rot.

[6] Omitted in MS. Lansd.

[7] 'pervenissent,' Rot.

[8] 'quod,' Rot.

[9] 'aliis pro statu, tranquillitate, et pace utriusque regni assecurationem facturus; et alia per nos et consilium nostrum sibi exponenda auditurus, et super hiis et ea contingentibus justitiam recepturus. Qui spretis mandatis nostris contumaciter,' Rot.

Edward I. A.D. 1301.

King Edward's reply.

'prælatis,'[1] comitibus, baronibus regni Scotiæ, ac etiam aliis exteris conductitiis, contra nos, regnum nostrum, et incolas regni nostri, hostiliter se convertens accinxit, et ad hostiles aggressus et incursus procedens, regnum nostrum invasit, et quasdam villas regni nostri Angliæ per se et suos deprædatus est, easque vastavit incendio, homines nostros interfecit, et, nonnullis nautis nostris per eos peremptis, naves hominum nostrorum regni Angliæ comburi fecit, 'et evestigio aggredi; redditisque nobis homagio et fidelitate'[2] tam pro se quam pro aliis quibuscumque regni sui incolis, 'per literas regis ejusdem, verba offensionum exprimentes, et, inter alia, verbum diffidentiæ continentes,'[3] comitatus nostros Northumbriæ, Cumbriæ et Westmerland regni nostri Angliæ, congregato ingenti exercitu hostiliter per se et suos invasit, stragem innumeram hominum nostrorum, incendia monasteriorum, ecclesiarum et villarum inhumane perpetrando, et patriam undique depopulando; infantes in 'cunabulis,'[4] mulieres in puerperio 'decubantes gladio trucidaverunt;'[5] et, quod auditu horrendum est, a nonnullis mulieribus mamillas atrociter absciderunt; parvos clericulos, primas 'tonsuras habentes'[6] et grammaticam addiscentes, ad numerum circiter ducentorum in scholis existentes, obstructis ostiis scholarum, igne supposito 'cremaverunt.'[7] 'Nos quoque'[8] cernentes tot damna, opprobria, facinora, et injurias, in exhæredationem nostram, et destructionem 'populi'[9] nostri,

[1] 'prælatis et clericis,' Rot.

[2] 'et evestigio, redditis nobis homagio et fidelitate per regem Scotiæ,' Rot.

[3] 'per verba effectum diffidentiæ exprimentia,' Rot.

[4] 'cunis,' Rot.

[5] 'decumbentes inmisericordi et atroci sævitia trucidarunt,' Rot.

[6] 'literas,' Rot.

[7] 'concremarunt,' Rot.

[8] 'Nosque,' Rot.

[9] 'populi regni,' Rot.

Edward I, A. D. 1301.

King Edward's reply.

proditionaliter irrogari; nec 'valentes,'[1] ratione juramenti quo ad conservationem jurium coronæ regni nostri sumus astricti, 'præmissa'[2] facinora ulterius 'concelare'[3] nec jura nostra relinquere indefensa; 'cum per leges ipsum Johannem tunc regem Scotiæ nec gentem suam nobis subditam justificare possemus nec ipsum regnum'[4] Scotiæ quod a longissimis temporibus, sicut superius exprimitur, nobis et progenitoribus nostris feudale exstitit ex causis 'præmissis'[5] contra dictum Johannem et gentem Scotorum vires potentiæ nostræ extendimus, prout de jure nobis licuit, et processimus contra ipsos 'tanquam contra hostes nostros et proditores. Subjecto'[6] itaque regno Scotiæ, 'et'[7] jure proprietatis nostræ ditioni 'subdito,'[7] præfatus Johannes 'quondam'[7] rex Scotiæ, ipsum regnum Scotiæ, quatenus de facto tenuit, sponte, pure et absolute reddidit in manum nostram; proditiones et scelera memorata coram nobis et proceribus regni nostri publice recognoscens. Quo peracto, prælati, comites, barones, nobiles et communitates regni Scotiæ, quos ad pacem nostram regiam suscepimus subsequenter, homagia et fidelitates nobis, tanquam immediato domino et proprio ejusdem regni Scotiæ, fecerunt ac etiam præstiterunt. Ac redditis nobis ejusdem regni civitatibus, villis, castris, munitionibus, ac cæteris locis omnibus ad dictum regnum spectantibus, officiales nostros et

---

[1] 'volentes,' Rot.

[2] 'tam execranda, detestanda, et nefanda,' Rot.

[3] 'tolerare,' Rot.

[4] 'cum idem Johannes et gens Scotorum nostri subditi per leges se justificari minime permisissent, ipso regno,' Rot.

[5] 'præmissis; commisso deinde bello juxta leges et consuetudines regni nostri contra eos, de consilio procerum et magnatum nostrorum, indicto,' Rot.

[6] 'tanquam notorie proditores contumaces, et publicos hostes nostros. Subacto,' Rot.

[7] Omitted in Rot.

Edward I. A.D. 1301.

King Edward's reply.

ministros ad regimen ejusdem regni Scotiæ præfecimus jure nostro. Cumque jure pleni dominii in possessione ejusdem regni existere dignoscamur, omittere non possumus nec debemus quin insolentiam subditorum nostrorum rebellium, si quos invenerimus, præminentia regia, 'prout'[1] expedire viderimus, reprimamus. Quia vero ex præmissis et aliis constat evidenter, et notorium 'exstitit,'[2] quod prælibatum regnum Scotiæ, tam ratione possessionis quam proprietatis, ad nos pertinet pleno jure; nec quicquam fecerimus vel caverimus scripto vel facto, sicuti nec possemus, per quæ juri aut possessioni prædictis debeat aliqualiter derogari; sanctitati vestræ humiliter supplicamus, quatinus præmissa provida meditatione pensantes, ex illis 'vestrum'[3] motum animi dignemini informare, suggestionibus contrariis æmulorum in hac parte vobis 'factis,'[4] si placet, 'aurem nequaquam'[5] adhibendo; quinimmo statum nostrum et jura nostra regia supradicta habere velitis, si placet, 'promptis affectibus commendata.'[6]

'*Item Magnates Angliæ scripserunt super Eodem.*'[7]

The Barons' Letter.

Magnates regni Angliæ, ad instantiam domini regis, scripserunt domino papæ sic:—

Sancta[8] Romana mater ecclesia, per cujus

---

[1] 'prout justum fuerit et,' Rot.

[2] 'existit,' Rot.

[3] 'vestri,' Rot.

[4] 'factis fidem,' Rot.; omitted in MS. Lansd.

[5] 'nullatenus,' Rot.; 'nequaquam,' MS. Lansd.

[6] 'paternis affectibus commendata. Conservet vos Altissimus ad regimen ecclesiæ suæ sanctæ per tempora prospera et longæva. Datum apud Kemeseye septimo die Maii, anno Domini M.CCC. primo, et regni nostri vicesimo nono.' Rot.

[7] 'Epistola Magnatorum,' MS. Cott. Vesp.

[8] There are two original exemplars of this document, preserved in the Treasury of the Court of the Receipt of the Exchequer, which being considerably da-

Edward I. A.D. 1301.

The Barons' Letter.

ministerium fides Catholica gubernatur, in suis actibus cum ea, sicut firmiter credimus et tenemus, maturitate procedit, quod nulli præjudicare, sed singulorum jura non minus in aliis quam in seipsa tanquam mater alma conservari velit illæsa. Sane, convocato nuper per serenissimum dominum nostrum Edwardum, Dei gratia, regem Angliæ illustrem, parliamento apud Lincolniam generali, idem dominus noster quasdam literas apostolicas, quas

---

maged by time, have been jointly used in the formation of the text. Hemingburgh's MSS. commence with the words "Sancta Romana mater ecclesia," omitting the introductory list of names, here given from the originals:—

"Sanctissimo in Christo patri domino Bonifacio, divina providentia sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ summo pontifici, sui devoti filii, Johannes comes Warennæ, Thomas comes Lancastriæ, Radulphus de Montehermeri comes Gloucestriæ et Hertfordiæ, Hunfridus de Bohun comes Herefordiæ et Essexiæ et constabularius Angliæ, Rogerus Bigod comes Norfolciæ et marescallus Angliæ, Guido comes Warrewik, Ricardus comes Arundell, Adomarus de Valencia dominus de Montiniaco, Henricus de Lancastre dominus de Munemue, Johannes de Hastinges dominus de Bergeveni, Henricus de Percy dominus de Topclive, Edmundus de Mortuo-mari dominus de Wiggemore, Robertus Filius-Walteri dominus de Wodeham, Johannes de Sancto Johanne dominus de Haunak, Hugo de Vere dominus de Swaneschampis, Willelmus de Breuhosa dominus de Gower, Robertus de Monte-alto dominus de Hawardyn, Robertus de Tatteshale dominus de Bukenham, Reginaldus de Grey dominus de Ruthyn, Henricus de Grey dominus de Codenore, Hugo Bardolf dominus de Wirmegeye, Robertus de Touny dominus de Castro Matildis, Willelmus de Ros dominus de Hamlake, Robertus de Clifford castellanus de Appelby, Petrus de Malo-lacu dominus de Mulgreve, Philippus dominus de Kime, Robertus Filius-Rogeri dominus de Claveryng, Johannes de Mohun dominus de Dunsterre, Almaricus de Sancto Amando dominus de Widehaye, Alanus la Zuche dominus de Assheby, Willelmus de Ferrariis dominus de Groby, Theobaldus de Verdun dominus de Webbele, Thomas de Furnivall dominus de Shefeld, Thomas de Multon dominus de Egremont, Willelmus le Latimer dominus de Corby, Thomas dominus de Berkele, Fulco Filius-Warini dominus de Whitington, Johannes dominus de Segrave, Edmundus de Eyncourt dominus de Thurgerton, Petrus Corbet dominus de Cauz, Willelmus de Cantilupo dominus de Ravenesthorp, Johannes de Bello-campo dominus de Hacche, Rogerus de Mortuo-mari dominus de Penketlyn, Johannes Filius-Reginaldi dominus de Blenleveny, Ranulphus de Neville dominus de Raby, Brianus Filius-Alani dominus de Bedale, Willelmus Marescallus dominus de

super certis negotiis, conditionem et statum regni Scotiæ tangentibus, ex parte vestra receperat, in medio exhiberi et seriose nobis fecit exponi. Quibus auditis et diligentius intellectis, tam nostris sensibus admiranda, quam hactenus inaudita, in 'eisdem'[1] audivimus contineri. Scimus enim, pater sanctissime, et notorium est in partibus Angliæ et nonnullis aliis non ignotum, quod a prima institutione regni Angliæ

Edward I. A. D. 1301.

The Barons' Letter.

Hengham, Walterus dominus de Huntercumbe, Willelmus Martyn dominus de Camesio, Henricus de Tyes dominus de Chilton, Rogerus la Warre dominus de Isefeld, Johannes de Ripariis dominus de Angre, Johannes de Lancastre dominus de Grisdale, Robertus Filius-Pagani dominus de Lanuuer, Henricus Tregotz dominus de Garynges, Radulphus Pipard dominus de Linford, Walterus dominus de Faucomberge, Rogerus le Estrange, dominus de Ellesmere, Johannes le Estrange dominus de Cnokyn, Thomas de Chaurces dominus de Norton, Walterus de Bello Campo dominus de Alecestre, Ricardus Talebot dominus de Eckleswell, Johannes Bottetourte dominus de Mendesham, Johannes Engayn dominus de Colum, Hugo Poynz dominus de Corimalet, Adam dominus de Welle, Simon dominus de Monte Acuto, Johannes dominus de Sullee, Johannes de Moeles dominus de Caudeburi, Edmundus baro Staffordiæ, Johannes Lovel dominus de Dacking, Edmundus de Hasting dominus de Enchimeholmok, Radulphus Filius-Willelmi dominus de Grimthorp, Robertus de Scalariis dominus de Neuseles, Willelmus Touchet dominus de Levenhales, Johannes Ab Adam dominus de Beverstone, Johannes de Haveringes dominus de Grafton, Robertus la Warde dominus de Alba Aula, Nicholaus de Segrave dominus de Stowe, Walterus de Teye dominus de Stangreve, Johannes de Insula dominus de Wodeton, Eustachius dominus de Hacche, Gilbertus Pecche dominus de Corby, Willelmus Paynel dominus de Tracinton, Bogo de Knovill dominus de Albo Monasterio, Fulco le Estrange dominus de Corsham, Henricus de Pinkeney dominus de Wedene, Johannes de Hudlestone dominus de Haneys, Rogerus de Huntingfeld dominus de Bradenhame, Hugo Filius-Henrici dominus de Raveneswath, Johannes le Breton dominus de Sporle, Nicholaus de Carru dominus de Mulesford, Thomas dominus de la Roche, Walterus de Muncy dominus de Thornton, Johannes Filius-Marmeduci dominus de Hordene, Johannes dominus de Kingeston, Robertus Hastang dominus de la Desiree, Radulphus dominus de Grendone, Willelmus dominus de Leyburne, Johannes de Graistok dominus de Morpath, Matthæus Filius-Johannis dominus de Stokenhame, Nicholaus de Meynill dominus de Wherletone, et Johannes Paynel dominus de Otteleye, devota pedum oscula beatorum."

[1] 'eis,' MSS. of Hemingburgh.

Edward I. A.D. 1301.

The Barons' Letter.

reges ejusdem regni, tam temporibus Britonum quam Anglorum, superius et directum dominium regni Scotiæ habuerunt, et in possessione vel quasi superioritatis et directi dominii ipsius regni Scotiæ successivis temporibus extiterunt; nec ullis temporibus ipsum regnum, in temporalibus, pertinuit vel pertinet quovis jure ad ecclesiam supradictam; quinimo idem regnum Scotiæ progenitoribus prædicti domini nostri 'regibus'[1] Angliæ atque sibi feodale extitit ab antiquo. Nec etiam reges Scotorum et regnum, 'alii'[2] quam regibus Angliæ subfuerunt, vel subjici consueverunt. Neque reges Angliæ, super juribus suis in regno prædicto, aut aliis suis temporalibus, coram aliquo judice ecclesiastico vel seculari, 'ex libera præeminentia'[3] status suæ regiæ dignitatis et consuetudinis cunctis temporibus irrefragabiliter observatæ, responderunt, aut respondere debebant. Unde, habito tractatu et deliberatione diligenti super contentis in vestris literis memoratis, communis, concors et unanimis omnium nostrum et singulorum consensus fuit, est ac erit inconcusse, Deo propitio, in futurum, quod præfatus dominus noster rex super juribus regni sui Scotiæ aut aliis suis temporalibus nullatenus judicialiter respondeat coram vobis; nec judicium subeat quoquomodo; aut jura sua prædicta in dubium quæstionis deducat, nec ad præsentiam vestram procuratores aut nuncios ad hoc mittat; præcipue cum præmissa cederent manifeste in exhæredationem juris coronæ regni Angliæ et regiæ dignitatis, ac subversionem status ejusdem regni notoriam, necnon in præjudicium 'libertatum,'[4] consuetu-

---

[1] 'regis,' MSS.

[2] 'aliis,' MSS.

[3] 'exprimentia,' MS. Lansd.; 'ex præminentia,' MS. Cott. Vesp.

[4] 'libertatis,' MSS.

dinum, et legum paternarum; ad quarum observationem et defensionem ex debito præstiti juramenti astringimur, et quæ manutenebimus toto posse, totisque viribus cum Dei auxilio defendemus. Nec etiam permittimus, aut 'aliquatenus'[1] permittemus, sicut nec possumus nec debemus, præmissa tam insolita, indebita, præjudicialia et 'alias'[2] inaudita prælibatum dominum nostrum 'regem,'[3] etiamsi vellet, facere seu quomodolibet attemptare. Quocirca sanctitati vestræ reverenter et humiliter supplicamus, quatenus eundem dominum nostrum regem, qui inter alios principes orbis terræ catholicum se exhibet, et ecclesiæ Romanæ devotum, jura sua, libertates, consuetudines, et leges prædicta absque diminutione et inquietudine pacifice possidere, 'et ea'[4] illibata persistere benignius permittatis. In cujus rei testimonium sigilla nostra, tam pro nobis quam pro tota communitate prædicti regni Angliæ, præsentibus sunt appensa. Datæ apud Lincolniam 'XII. die Februarii,'[5] anno Domini M.CCC.[6]

Edward I. A. D. 1301. The Barons' Letter.

Dissensio inter Episcopum Dunolmensem et Monachos.

Eodem anno orta est execrabilis dissensio inter dominum Anthonium Dunolmensem episcopum et Ricardum de Hoton priorem et monachos Dunolmenses, sub forma quæ sequitur. Episcopus enim, missis literis suis pro visitatione capituli facienda, admissus est in crastino Ascen-

A. D. 1300. Dissension between the Bishop and Prior of Durham.

---

[1] 'aliqualiter,' MSS.
[2] 'alia,' MSS.
[3] Omitted in MSS.
[4] 'ac illa,' MSS.
[5] Omitted in MSS.
[6] See the copies of each exemplar printed by Sir F. Palgrave, in the Parliamentary Writs, i. 102, 103. Also Sir N. Harris Nicolas's Remarks on the seals attached to this letter, in the Archæologia, xxi. 192.

Edward I. A. D. 1300.

Dissension between the Bishop and Prior of Durham.

sionis Dominicæ; factoque brevi sermone per eundem episcopum, cujus erat thema, "Visitatio tua custodivit spiritum meum,"[1] recesserunt jussi quidam seculares, sed remanserunt cum eo quamplurimi. Habebat enim secum episcopum Jubileum, qui ab ejus episcopatu per Saracenos expulsus morabatur cum eo cum equitaturis sex, curam spiritualitatis in parte agens, eo quod dominus episcopus non celebraret ordines nisi forte loricatus; remanserunt etiam cum eo milites et clerici numerosi. Quod videns ipse prior, ait episcopo: "Non displiciat vobis, pater, quia cum instantia rogant fratres omnes, quod more prædecessorum vestrorum antiquorum patrum episcoporum Dunolmensium procedentes, placeat vobis aliquos ex fratribus, tanquam speciales ministros, admittere ad officium visitationis vestræ exercendum. Non enim condecet nec expedit, imo etiam præjudicaretur nobis et privilegiis nostris, si 'tot'[2] clerici et laici remanentes essent scrutatores singulorum." Cui episcopus: "Sede, prior, et pro certo intellige quod omnes istos qui de consilio nostro sunt, nobiscum habere volumus in præsenti." Adduxerat enim secum magistrum Johannem de Lasci, et magistrum Reginaldum de Brandun famosos advocatos, et quosdam alios nominatos, volens et disponens mirabilia facere; propter quod monachi, sentientes se sic in primordiis injuste prægravari, lecto procuratorio, statim appellarunt ad curiam Eborum, et ad tuitionem sedis ejusdem, et in supplementum justitiæ curiam Romanam; et sic appellatione muniti recesserunt omnes: remansitque solus episcopus cum consilio

[1] Job, x. 12.

[2] With the words 'tot habeatis' the portion of the reign of Edward I. in MS. Cott. Vesp. terminates.

suo, statimque fecit peremptorie citari priorem et certas personas de conventu, quod in crastino comparerent in eadem ecclesia, sibi super hujusmodi contemptu responsuri. Et quia vocati non comparuerunt in crastinum deposuit ipsum priorem, et excommunicavit fratres qui in observantiis regularibus obedirent eidem; præcepitque monachis ut alium cum festinatione eligerent. Et quia distulerunt hoc facere hæsitantes, arctavit eos in victu, non permittens per portas urbis quicquam inferri ad eos, nec ipsos egredi, nec aliis patebat ingressus. Cumque in arcto sic positi essent, et quasi deficerent victualia, timentes fieri pejora prioribus, processerunt et elegerunt contra morem quasi major pars quendam Henricum de Luceby, qui fuit familiaris episcopo, eo quod sperabant episcopum posse placari per eum. Qui præsentatus episcopo, absque difficultate admissus est, sed cum installari debuisset, invenit Ricardum priorem in stallo suo reclamantem ut prius et appellantem. At illi episcopales et quidam falsi fratres appositis manibus extraxerunt christum Domini de loco suo, tradentes custodiæ, et demum recludentes in horrendo carceris ergastulo, primo quidem infra septa monasterii, et secundo in castro. Mansitque sic clausus in carcere longo tempore, et quidam ex monachis suis prosecuti sunt appellationem in curia Eborum, nec curavit episcopus, eo quod animosus erat, non timens hominem neque regem. Tandem vero quidam ex fratribus, pro bono pacis, induxerunt ipsum Ricardum priorem ut gratiæ episcopi se supponeret, et statum resignaret, promittentes episcopum in provisione sibi facienda fore gratiosum, nec alias ipsum placari posse quin tyrannidem exerceret durius in futurum. Qui tandem

Edward I. A. D. 1300.

Dissension between the Bishop and Prior of Durham.

The prior is deposed and imprisoned.

A. D. 1301.

Edward I. A.D. 1301.

Dissension between the Bishop and Prior of Durham.

inductus per vim et metum, qui possent cadere in constantissimum virum, adquievit eorum consilio, et in manum episcopi statum resignavit. Placatusque est episcopus, et jussit ut mitius ageretur cum eo. Redditusque est fratribus, et aliquali solatio recreatus. Die vero quadam dum spaciatum iret cum fratribus, et quibusdam secularibus ad ipsius custodiam deputatis, juxta pontem de Stynclyvethe, ecce venerunt parentes sui et amici cum manu armata, et rapuerunt eum cum impetu, conversique sunt omnes custodes ejus retrorsum, festinavitque nec multum quievit donec veniret ad curiam,[1] beneficium Bonifacii papæ petiturus. Qui clementer eum suscipiens, et misericordia paterna confortans, audivit indilate causam ipsius, eo quod clamor 'ingens'[2] prius ascenderat ad aures ejus. Et quia annus erat jubileus, scilicet trecentesimus, et remissionis peccaminum, concurrerant ibi innumerosæ gentes ex universis terris omnium regionum, productique sunt testes ex ipsis, tam clerici quam laici, qui ante recessum suum de Anglia prædicta audierant et viderant oculata fide. Restitutusque est per papam ad omnia, et ille Henricus qui prioratum occupaverat pseudo est monachus nominatus. Decrevitque papa fore citandum episcopum; et personaliter vocatus est, ut in crastino sancti Martini compareret, responsurus papæ et priori 'super'[3] quibusdam canonice proponendis. Contra quem quidem diem dominus episcopus præmisit multa, et postquam venerat exposuit majora, vicissimque litigabant super homicidio, dilapidatione et aliis quibusdam enormibus arti-

The prior escapes and appeals to Rome.

The Pope cites the bishop. Nov. 12.

---

[1] The royal licence to the prior to go to the court of Rome is dated at Lincoln on the 1st of March, 1301. Rot. Pat. 29 Edw. I. m. 23, De Protectione; Prynne, Hist. 912.

[2] 'urgens,' MS. Lansd.

[3] 'sub,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1301.

Dissension between the Bishop and Prior of Durham.

culis. Volensque episcopus cito a curia liberari, familiariter exposuit domino papæ votum suum, qualiter a vitæ suæ primordiis cruce signatus, negotium Terræ Sanctæ personaliter et in expeditione militari promovere disposuit. Et quia multas habebat terras ex perquisito, etiam plusquam duo mille et quingentas marcatas, quas in ipso negotio expendere proponebat; et comes de Cornubia, cujus erat principalis executor, thesaurum legaverat ad inveniendum centum milites per annum continuum contra inimicos crucis Christi; petiit breves inducias, ut terras prædictas venditioni exponeret, et necessaria provideret pro se et trecentis militibus transfretaturis secum, et sumptibus suis permansuris per tres annos continuos in Terra Sancta. Placuit domino papæ promissio, eo quod cordi habebat Terræ Sanctæ negotium, et licentiavit eum, terminum statuens unius anni ut iter arriperet quod promiserat; reliquitque procuratorem in curia, qui cum priore contenderet. Et evisceratus pecunia quasi manu vacua reversus est, erat enim homo magnanimis,[1] non parcens pecuniæ ut consequeretur votum. Cœpitque nova facere in episcopatu, et inaudita quærere, ita quod insurrexerunt in eum quasi omnes incolæ pro libertatibus suis defendendis. Deposueruntque frequenter ad dominum regem multimodas querelas, quærentes fieri per eum justitiæ complementum, nec curavit episcopus, propter quod dominus rex primo rogans, secundo exhortans, tertio comminando præcipiens, sub pœna perdendæ libertatis, scripsit, ut ab injuriis cessaret et populum suum juste regeret modo consueto. Verum quia dominus episcopus semper cum dissimulatione

[1] An uncommon form for 'magnanimus.'

Edward I. A. D. 1302.

Dissension between the Bishop and Prior of Durham. The Liberty of the Bishopric of Durham is seized into the King's hand.

pertransiit, capta est libertas episcopatus sui in manum domini regis; apposuitque justitiarios suos et suum cancellarium fecit cum novo sigillo. Conquestique sunt incolæ de ministris episcopi, et tractabantur male; mulctantur, incarcerantur, et quasi ad consumptionem extremam deducuntur multi. Interim appropinquavit tempus episcopi, ut promissum iter arriperet, et incepit plus solito placare dominum regem, promisitque et assecuravit justitiam facere, et ministros 'præstare'[1] bonos et fideles, et restituta est ei libertas sua.

August 1. A. D. 1303. Return of the prior.

Eodem tempore circa festum beati Petri ad Vincula, prædictus prior Ricardus reversus est de curia, et a fratribus suis Dunolmensibus cum gaudio susceptus est in anno tertio ejectionis suæ;[2] et dominus episcopus ad Romanam curiam direxit gressus suos, non tamen ut promiserat, quia obierat Bonifacius papa prædictus. Succedente vero eidem papa Benedicto, dominus episcopus pro exequendo prædicto negotio Terræ Sanctæ decimas Anglicanæ ecclesiæ, Scotiæ et Hiberniæ, per tres annos continuos concedi sibi petiit. Sed irrisus est, effuditque iterato viscera pecuniæ suæ. Et solummodo impetravit, quod Cantuariensis archiepiscopus, Wintoniensis et Lincolniensis episcopi[3] personaliter venirent et visitarent capitulum Dunolmense, et correctiones salubres facerent, tam in capite quam in membris. Noluit enim Dunolmensis episcopus visitare per se, eo quod dominus papa Bonifacius limitaverat eum, faciendo super hoc constitutionem specialem, (quæ "Ad Audientiam" incipit,) quod Dunolmenses episcopi nòn visitabunt de cætero, nisi cum

---

[1] 'præfigere,' MS. Lansd.

[2] Godwin says the Prior of Durham died on his return home before reaching England.

[3] These were Robert Winchelsey, John de Pontissera or Sawbridge, and John d'Aldreby.

uno religioso tantum, et uno clerico, et uno tabellione. Reversusque est episcopus in Angliam, et in eodem anno mortuus est ille papa Benedictus: et sic mortuo mandatore, expiravit mandatum. Deposuitque subsequenter prædictus prior ad aures regis querelas multas, nec concordari poterant usque ad parliamentum regis Londoniis, in Quadragesima anni quarti subsequentis.

Edward I. A. D. 1304.

A. D. 1305.

Quomodo Dunolmenses impedierunt Visitationem Archiepiscopi.

Nec fuit mirum, ut creditur, quod propter visitationis formam fiebat altercatio, quia ceciderunt in laqueum quem diu ante contexerant. Visitationem enim domini archiepiscopi Eborum, qui pro tempore fuerit, quam obedienter et filialiter recepisse debuerant, multis retro temporibus noluerunt admittere Dunolmenses. Archiepiscopus enim Walterus Giffard visitare volens, repulsus est. Successor autem ejus Willelmus Wikkewan idem continuando negotium, missis literis causa visitationis faciendæ, tempore Roberti de Insula, tunc Dunolmensis episcopi, declinavit ibidem. Qui excipiendo proponentes, quod secundum formam illius constitutionis "Romana ecclesia,"—De Censibus, Exactionibus, et Procurationibus,[1] parati erant recipere eum, si tamen primo suam ecclesiam et provinciam visitasset; sed quia non fecerat hoc, appellarunt, et eum admittere noluerunt. Ipse vero excommunicavit eos, et recessit. Mortuo tandem prædicto Roberto de Insula, idem archiepiscopus Willelmus direxit ibidem literas suas ut visitaret non tanquam

A. D. 1270—1282.

Narrative of the dispute touching the visitation of the Bishopric of Durham.

[1] See the Liber Sextus Decretalium domini Bonifacii Papæ VIII., lib. iii. 20, Nurem. 1486.

Edward I. A. D. 1270—1282.

Dispute touching the visitation of the Bishopric of Durham.

archiepiscopus sed tanquam episcopus, eo quod tempus vacationis pertinebat ad eum in spiritualitate. At illi responderunt ei, quod parati erant eum admittere secundum quandam formam inter ipsos et quendam Ricardum le Pover,[1] quondam Dunolmensem episcopum, initam, (quæ fuit, quod cum uno solo clerico visitaret) pro se et successoribus suis, et alias non. Qui, hujus compositionis ignorans, venit ibidem, et petiit se admitti, sexto scilicet idus Augusti, anno Domini M.CCLXXXII. At illi clauserunt contra eum portas urbis, et in ipsis portis appellarunt. Ipse vero assumpto pontificali suo excommunicavit eos, et ecclesiam beati Nicholai ingressus, incepit prædicare clero et populo, (erant enim ibi majores clerici domini episcopi mortui,) ut ei comitivam facerent. Dumque sederent sic, ecce ingressi sunt satellites multi cum gladiis et fustibus, volentes manus imponere in christum Domini, quorum unus, Rogerus scilicet Macun, præcedens cum lancea, conabatur perfodere eum. Sed surrexerunt prædicti clerici, et opposuerunt se. Inter quos erat quidam dominus 'Ricardus,'[2] deputatus custos per dominum regem in temporalibus vacantis episcopatus, qui ait, "Inhibeo vobis ex parte domini regis, sub pœna vitæ et membrorum, ne quis vestrum audeat manum extendere vel nocere domino archiepiscopo, vel alicui etiam ex minimis suis." Misitque nuncios ad priorem et monachos, qui dicerent quod sub pœna forisfacturæ omnium temporalium suorum, revocarent et castigarent stultos suos. Qui interim ecclesiam egressi, percusserunt garciones in equis, et eos in fugam converterunt. Mulieres

[1] This bishop, generally known as Richard Poore, was translated from Salisbury to Durham on the 22nd of July, 1228, and died on the 15th of April, 1237.

[2] 'Wichardus,' MS. Lansd.

etiam advenientes lapidabant eos. Et palefridus domini archiepiscopi cecidit, et humero lapsus et læsus, nunquam extunc potuit hominem portare: feceruntque clerici prædicti, sedato furore, archiepiscopum alium equum ascendere, et duxerunt eum ad hospitium de Kypyer. Mane vero facto, comitabantur ei usque Seggefeld, ubi visitavit clerum et populum, et sequenti die archiepiscopatum suum ingressus est. Factaque demum electione Dunolmensis, opposuit se archiepiscopus contra electum Anthonium, dicens ipsum esse electum ab excommunicatis, et propter hoc non fore admittendum. Et misit ad archiepiscopum dominus rex familiarem suum, dominum Johannem 'de Vescy,'[1] qui diceret, et sub gravi forisfactura comminaret, quod electionem et promotionem specialissimi clerici sui non impediret: imo si actionem haberet contra monachos eligentes, institueret et persequeretur eam pro loco et tempore; et non puniretur electus pro delicto cæterorum. Timuitque sibi archiepiscopus et adquievit, magis timens hominem quam Deum, et consecravit eum, ut supradictum est, in die translationis sancti Willelmi; postea tamen pœnituit. Post hunc archiepiscopus Johannes Romanus voluit visitasse; sed quia avarus erat extinxerunt eum pecunia data pro toto tempore suo. Post illum archiepiscopus Henricus de Newerk non incepit talia, eo quod parvo tempore vixit, et præter hoc fuit familiaris domini Dunolmensis episcopi. Post quem archiepiscopus Thomas de Corebrigge, qui licet provinciam propriam infra quatuor annos, excepto proprio capitulo, duabus vicibus visitasset, Dunolmum tamen non petiit, eo quod timuit regem et vexationem.

Dispute touching the visitation of the Bishopric of Durham.

Consecration of Anthony de Bek, Jan. 9, 1284.

[1] 'Dewescy,' MSS.

Edward I. A.D. 1301.

Rex concessit Treugas Scotis.

Edward marches against Scotland, June 24.

Anno Domini M.CCCI. finitis treugis in festo Pentecostes inter regem et Scotos initis, congregavit rex exercitum, et circa festum beati Johannis Baptistæ in Scotiam profectus est, hiemavitque ibidem, et Natale suum tenuit apud Linlyscoth, perdideruntque sui equos multos propter defectum foragii et frigoris hiemalis. Misitque rex Franciæ nuncios et literas pro Scotis, ut ad rogatum ipsius inirentur treugæ, saltem usque ad festum Omnium Sanctorum. Et quia rex sororem suam de novo duxerat, noluit ei contradicere, sed rogata concessit, appositisque custodibus in confinio, reversus est Londoniis, et parliamentum ibidem tenuit in medio Quadragesimæ.

A truce is concluded, and he returns to England.

A.D. 1302. Parliament at London.

Quomodo captus est Dominus Johannes de Segrave et liberatus.

A.D. 1303. The truce having expired, Sir John Segrave enters Scotland.

Anno Domini M.CCCII., elapsis treugis, misit rex robur exercitus in Scotiam, cum domino Johanne de Segrave et fratribus suis, erant enim milites strenuissimi. Cumque non timerent sibi, et essent juxta Edeneburgh, in principio Quadragesimæ, nec scirent Scotorum insidias, diviserunt se nostri per tres turmas, et distabant ab invicem quasi per duas leucas. Eratque ipse dominus Johannes cum 'trecentis'[1] armatis 'proximior'[2] hostibus, qui latebant eum. Et ecce puer unus ex suis summo diluculo primæ Dominicæ Quadragesimæ veniens, nunciavit ei hostes ad manum esse; consuluitque ut reverteretur ad

He is defeated with great loss. Sunday, Feb. 24.

---

[1] 'III.,' MS. Lansd. [2] 'proximos,' MS. Lansd.

consocios, et conglobati non timerent. Sed noluit suæ strenuitati notam impingi ut retrocederet; imo armatus processit eis obviam, cecideruntque multi hinc et inde, et ipse letaliter vulneratus est et captus. Captique sunt cum eo plusquam viginti milites electi; sed supervenientibus quibusdam ex nostris de secunda turma, rapuerunt eum a custodibus suis et abduxerunt. Corruit etiam ibi dominus Radulphus le Coffrere, qui ex parte regis stipendia ministrabat. Et reversi sunt alii in Angliam, deferentes sinistra nova regi. Edward I. A.D. 1303.

Miraculose, ut creditur, eadem Dominica contigit, quod dominus Robertus de Nevyl cum suis missam audiebat summo mane, nesciens quid interim ageretur; qua peracta, festinavit ut cum prædicto domino Johanne capitaneo exercitus loqueretur, obviavitque fugientibus, et per ipsum et suos liberati sunt captivi multi, et Scoti in magna parte retrogressi, nec corruit unus ex eis qui missæ intererant, nec aliquis captus seu vulneratus.

De Exactione Pecuniæ per Regem.

Eodem anno in octavis Sancti Johannis Baptistæ tenuit rex parliamentum suum Londoniis, et exegit a clero et populo quintumdecimum denarium de suis temporalibus; scutagium etiam exegit eodem anno in Quadragesima, et cæteris militibus concessit ut a suis tenentibus illud facerent. A.D. 1302. Parliament at London, July 1.

Eodem anno comes marescallus Rogerus, qui multa exhauserat tempore quo fovebat partem contra regem, requisitus erat a fratre suo Johanne, qui multarum erat rector ecclesiarum et pecuniosus valde, ut pecuniam quam sibi mutuaverat

Edward I. A. D. 1302.

restitueret ei. Qui ait, "Quare pecuniam repetis, frater? bene nosti quod filium non habeo, nec alium hæredem præter te, non oportet ut mihi molestus sis, cum omnia mea tua sunt, et post mortem mihi successor eris." Et respondit frater: "Quid ad me de hæreditate tua? Non curo. Redde mihi pecuniam meam." Et comes: "'Et'[1] quo ita vis faciam quod hortaris, in damnum quidem tuum et hæredum nostrorum." Perrexitque iratus ad regem, et dedit ei comitatum[2] et omnes terras suas, sub tali quidem pacto quod refeffaret eum de eisdem ad terminum vitæ suæ, et insuper daret ei mille marcatas terræ pro vita sua, et eum ejiceret ab omni ære alieno: fecitque rex quod convenerat, et adimplevit omnia.

The Earl Marshal makes over his estates to the King.

Flandrenses vicerunt Francos.

Affairs of France. The Comte d'Artois slain.

Eodem anno Flandrenses devicerunt Francos tribus vicibus in campo. Et comes de Arthoys, homo magni nominis et senescallus Franciæ, una cum domino de Neel, et plusquam XL. vexillariis electis, et innumerosa plebe armatorum et peditum, corruerunt in una die; ceciditque flos militiæ suæ, in eorum opprobrium sempiternum, Et adhuc ab incepto furore noluerunt quiescere; rex enim, congregato exercitu copioso, perrexit ibidem, cum XXX. millibus armatorum in equis armatis, præter alios equitantes et pedestres absque ullo numero. Et in anno sequenti corruerunt multi, et retrorsum abierunt; inieruntque treugas ad tempus, et de-

A. D. 1303.

[1] 'Ex,' MS. Coll. Trin.

[2] The deed of surrender of the honour and office of Earl Marshal is dated on the 12th of April, 1302. Rot. Claus. 30 Edw. I. m. 14, d. They were restored to him on the 12th of July following. Cart. 30 Edw. I. n. 24.

teriorem partem semper habuerunt. Erant enim excommunicati cum rege eorum per papam Bonifacium, et terra eorum ecclesiastico supposita interdicto. Rex enim Franciæ præbendas et dignitates electorum terræ suæ, qui confirmabantur et consecrabantur in curia, quas dominus papa semper conferre consueverat, ipse novo more dare voluit et dedit; propter quod dominus papa primo et secundo monuit eum ut ab incepto errore desisteret, et non aggrederetur talia, in periculum animæ suæ et præjudicium Romanæ ecclesiæ matris suæ. Sed quia monitis parere noluit, misit tandem papa archiepiscopum de Nerbone, cum coercione canonica, ut compelleret eum et errantem reprimeret. Quod audiens rex, iratus est, et jussit eum humari vivum. Et commotus est papa in hoc facto, et pro incarceratione etiam quorundam episcoporum et clericorum, ita quod, exigentibus ipsius demeritis, excommunicavit eum, et regnum ejus ecclesiastico supposuit interdicto. Post mortem autem Bonifacii papæ, præstito sacramento quod staret mandatis ecclesiæ, per papam Benedictum absolutus est, qui cito obiit, et crimen regis remansit subsequenter impunitum.

Edward I. A. D. 1303.

The King of France excommunicated, and his kingdom laid under interdict.

Causa Dissensionis inter Regem et Comitem.[1]

Causa et dissensionis origo inter regem Franciæ et prædictum comitem erat ista. Rex profecturus in Hispaniam, et subsequenter contra regem Arragonum, inter cæteros magnates vocavit ipsum comitem, ut servitium suum sibi faceret, quod ad guerram pertinebat. Comes

Origin of the war between Philip and the Count of Flanders.

[1] For a further history of these events, see L'Art de Verifier les Dates, xiii. 325.

Edward I. A. D. 1303.

Origin of the war between Philip and the Count of Flanders.

vero discretus respondit, quod servitium quod debebat pro tuitione et defensione regni, paratus erat facere infra limites ejusdem terræ; sed extra regnum pro alienis terris conquerendis non tenebatur venire, ne forte præjudicaret sibi et hæredibus suis. Iratusque est rex, sed iram dissimulavit ad tempus, profectusque est contra regem Aragonum, qui erat bellator optimus. Et non profecit; perdidit enim ibi thesaurum suum, qui a rege prædicto inter abrupta montium captus est, et multos milites. Infectoque negotio reversus est cum rubore. Incepitque paulatim injuriari prædicto comiti. Comes vero filiam habens pulcherrimam, nomine regis Franciæ Philippi nominatam, quam Edwardus, filius regis Angliæ, tunc princeps Walliæ factus, adamavit, et in uxorem duxisse voluit, dum tamen ad hoc patris sui animum posset excitare, venit ad regem Franciæ, ut placaret eum, et inter cætera dixit ei, quod filiam suam, cujus erat compater, bene posset maritare, si vellet, cum filio regis Angliæ, quia dilexit eam. Cui ait rex in dolo, "Nonne habes, comes, in terra mea duces, principes et magnates, quibus eam poteris maritare? Adduc eam ad me, eo quod filia mea spiritualis est, et ego eam de camera mea nuptui tradam, sive ipsi filio regis, sive alteri de quo contentus eris." Credidit ei comes, et eam adduxit et regi tradidit cum honore. Sed post recessum patris, posita est sub arcta custodia, ita quod loqui non poterat cum Flandrensibus, imo evacuavit eos a curia sua. Quod audiens comes, turbatus est, et primo quidem per literas, demum per semetipsum rogavit, ut mitius ageretur cum ipso et cum eadem. Responditque ei rex, rigide improbans ei de auxilio non præstito, et quod in seditionem suam filiam maritasse voluit filio regis

Edward I. A. D. 1303.

Origin of the war between Philip and the Count of Flanders.

Angliæ, qui erat sibi tunc inimicus capitalis; et recessit comes iratus, et extunc vexare eum cœpit rex in quantum potuit. Comes vero non videns aliud remedium, associavit se regi Angliæ, et omnes Francos ejecit de terra sua. Et præstitit ei rex suum auxilium, sicut superius continetur. Post cujus recessum, venerunt ad prædictum comitem dominus Carolus frater regis Franciæ et comes de Arthoys, inducentes eum verbis pacificis quod cum eis veniret Parisius, sub spe concordiæ faciendæ; et juraverunt ei, et in fide militiæ promiserunt, quod si concordari non possent, extunc salvum eum reducerent in terram suam in eundem locum unde abduxerant. Creditque, et abiit cum eis, et a rege dolose 'detentus'[1] est et incarceratus. Quod videns frater regis, qui eum in fide susceperat, nec liberare eum valens, perrexit iratus a fratre suo ad curiam properans, ut absolutionis beneficium 'de juramento fracto'[2] consequi mereretur, ubi a papa Bonifacio unctus est in regem Siciliæ, ut contra regem Aragonum causam et statum Romanæ ecclesiæ prosequeretur. Qui multa expendit in posterum; sed parum profecit, et demum reversus est ad fratrem sine regno. Retento itaque comite, filii ejus insurrexerunt pro eo, et prosperatum est negotium in manibus eorum, sicut supra patet. Et post annos paucos, cum ordinasset papa Bonifacius pro bono pacis maritagium regis Angliæ cum sorore regis Franciæ, et filii sui prædicti cum filia regis quam non dilexit, mortua est prædicta filia comitis in domo regis Franciæ, et, ut dicebatur, veneno extincta, ne 'duceretur'[3] in posterum a filio regis Angliæ qui dilexit eam.

[1] 'retentus,' MS. Lansd.
[2] Omitted in MS. Lansd.
[3] 'induceretur,' MS. Lansd.

Edward I.
A. D. 1303.

De Gestis Bonifacii Papæ ; et quomodo Thesauros perdidit.

Life of Pope Boniface.

Anno Domini M.CCCIII. obiit papa Bonifacius, qui, inter cætera bona ejus opera quæ fecit, ordinavit et fecit Sextum Librum Decretalium. Ordinavit etiam quod omnes sanctæ moniales in domibus suis recluderentur per locorum diœcesanos, ita quod certa septa a suis monasteriis non excederent. Disposuerat etiam ordinasse duas tantum regulas permansuras, beati scilicet Augustini et sancti Benedicti, et omnes ordines etiam fratrum Prædicatorum et Minorum ad illos duos ordines reduxisse, abominabatur enim tot ordines esse mendicantes.

Fratres petierunt Possessiones.

Verum Prædicatores et Minores, sibi providere volentes in futurum, instabant apud eundem papam multotiens et cum instantia, et promiserunt se dare præ manibus multa millia auri et argenti copiosi, si permittere vellet papa et specialiter dispensare cum eis, quod possessiones et redditus extunc possent admittere de dono et largitate conferre volentium, ex quibus honeste vivere possent, et sic non oporteret de cætero cum rubore mendicare. Dissimulavit autem papa usque ad tempus, et tandem excitatus quæsivit ab eis, utrum totam pecuniam haberent in curia paratam ? Et responderunt, quod sic. Et papa, "In quorum manibus consistit pecunia?" Et responderunt, "In manibus talium mercatorum," et nominaverunt eos; statimque jussit vocari mercatores in præsentia fratrum, et illos expectare fecit. Qui cum venissent coram papa,

Edward I. A.D. 1303.

confitebantur requisiti se tantam habere summam nomine fratrum Prædicatorum. Et statim papa sequestravit eam, dicens illam esse suam, et fratres mendicantes proprium habere non posse, et sic evacuavit eos, pecunia 'perdita.'[1] 'Hic etiam Bonifacius Albertum[2] regis Alemaniæ per prælatos et principes Alemaniæ in imperatorem electum, confirmavit eum in regem Romanorum, et a procuratoribus suis juramentum receperat fidelitatis, et quod alienata de imperio revocaret.'[3]

Depositio Cardinalium.

Hic etiam Bonifacius duos cardinales de Columna, Jacobum scilicet et Petrum nepotem Jacobi, propter eorum demerita deposuit etiam usque in quartum gradum, et pronunciavit eos esse schismaticos, eo quod imaginati fuerant in mortem ipsius. At illi congregatis exercitibus persequebantur se et suos, et everterunt castra suorum ubi poterant. Habebant etiam quendam nepotem, militem potentem et strenuissimum,[4] qui in vigilia Nativitatis beatæ Mariæ venit Ananiam cum exercitu copioso, ubi erat thesaurus papæ a multo tempore reconditus in tutissimo palatio, et erat ibi tunc dominus papa. Hic conspiravit et convenit cum optimatibus civitatis ejusdem, sub spe participationis futuri lucri, quod non resisterent ei ad introitum neque exitum, et juraverunt ei, ingressusque est civitatem quasi summo mane, et in- Sept. 7.

[1] 'data,' MS. Lansd.

[2] Albert I. of Austria was crowned emperor August 24, 1298, on the deposition of Adolphus of Nassau.

[3] 'Hic etiam . . . . revocaret.' omitted in MS. Lansd. The whole passage is corrupt. Pope Boniface confirmed the title of Albert by a bull dated April 30, 1303, having previously regarded him as an usurper.

[4] Guillaume de Nogaret.

Edward I. A.D. 1303.

Pope Boniface is taken prisoner at Anagni.

sultum fecit palatio usque post horam nonam, appositoque igne combussit portas palatii, et potenter ingressus est. Cæsisque hinc et inde aliquibus, cepit papam Bonifacium et thesaurum copiosum. Cumque participare nollet, ut convenerat, conclamabant optimates ad plebem, dicentes se esse deceptos, et si abduceretur papa sic, verteretur in proverbium, et cederet eis et hæredibus suis in opprobrium sempiternum. Cucurreruntque ad arma, et irruentes in eos, fortiter extra civitatem ejecerunt. Rapueruntque papam, et dispersus est thesaurus hinc et inde. Restitueruntque papam in locum suum, et confortatoriis verbis loquebantur ei ut non timeret. Qui reassumpto tandem spiritu benedixit eos, et gloriæ et fidelitati eorum gratias egit immensas. Exposuitque eis causam quare thesaurum congregaverat, pro negotio scilicet Terræ Sanctæ promovendo, quam per se vel per potentem exercitum proposuerat visitasse in proximo. Rogavitque cum instantia ut eum Romam salvo conducerent pro sua et benedictione Dei. Feceruntque quod jusserat, et eum potenter et cum honore duxerunt. Successitque dolori infirmitas, et post dies paucos ibidem requievit, scilicet 'XIII.'[1] die Octobris, cui successit papa Benedictus XI. de ordine fratrum Prædicatorum, assumptus 'et eodem anno.'[2]

Is liberated by the citizens.

His death.

Benedict XI.

Rex seisitus est in Wasconia.

Philip restores Gascony to England.

Eodem anno seisitus est rex noster in tota Wasconia, et habuit ibi suo nomine comitem

[1] We should here read 'XI.'

[2] Omitted in MS. Coll. Trin. Benedict XI., Nicolas Bocasin of Trevisa, Cardinal-Bishop of Trevisa, was elected on Tuesday, October 22, and crowned on the following Sunday. He died on the 6th or 7th of July 1304.

Lincolniæ, qui moratus est ibidem per annum continuum, cepitque ex nomine regis fidelitates et homagia singulorum quæ debebantur; et reversus est ad regem, quem tunc invenit in Scotia. Edward I. A. D. 1303.

Rex processit in Scotiam ; et concessit Pacem et Terras suas in Formam.

Eodem anno, postquam audiverat rex suos corruisse in Scotia, ut prædictum est, congregavit exercitum copiosum, et convenerunt ad eum omnes ex edicto in festo Pentecostes apud Rokesburch; profectusque est per dietas modicas, prædas agens multas, incendens et quasi devastans omnia, perlustravitque terram et omnes montes usque Cathenesse, nec erat qui resisteret ei, fugerant enim ad paludes et insulas quasdam finitimas. Videntes autem Scoti se nullo modo posse resistere, miserunt ad regem, rogantes humiliter ea quæ pacis sunt; et si permittere vellet quod terras suas, quas suis magnatibus dederat et promiserat ante, possent sub eo pacifice possidere et tenere, libenter eas redimerent dato pretio. Placuitque regi sermo, et ex clementia regia suscepit eos ad pacem modo prædicto in festo Sancti Michaelis subsequentis. Reversusque est et obsedit castrum Strivelyn, quod prius obsidere gratis prætermiserat, ut sui scilicet fugientes ab eo per manus hostium pertransire timerent, hiemavitque ad Dunfermelyn, et ibi venit ad eum uxor sua regina quæ apud Tynemw diu manserat. Transacto hieme, fortius solito insultum fecit ad castrum ; habuit enim ligneas machinas multas, projicientes lapides ponderis centum, ducentarum, vel trecentarum librarum. Concusseruntque muros et demolierunt excelsa

Sunday, May 26.

Edward ravages Scotland as far as Caithness.

Many of the nobles submit,

Sunday, Sept. 29.

A. D. 1304.

Siege of Stirling Castle (April 22).

Edward I. A. D. 1304.

murorum continuatis ictibus; et adhuc se dare noluerunt obsessi, sed viriliter defenderunt se cum machinis suis et multos occiderunt. Jussitque rex indies impleri fossata cum ramis et lignis. Sed illi, igne apposito, omnia combusserunt. Ordinatisque demum machinis per quas possent muros ascendere, impleverunt fossata lapidibus et humo. Quod videntes obsessi petierunt vitam et membra ut darent se, et hoc iteratis vicibus; sed non audivit eos rex, nec audire voluit nisi suæ gratiæ et suorum judicio se mere supponerent. Distuleruntque ad tempus, mortem metuentes; tandem vero attoniti, nec valentes ulterius sustinere, dederunt se gratiæ regis, et castrum reddiderunt die Sanctæ Margaretæ virginis anni subsequentis,[1] jussitque eos salvo custodiri usque ad parliamentum suum Londoniis; et erant in numero plusquam CXL., et traditi sunt carceribus per diversa loca. Reversusque est rex cum victoria, tendens ad austrum per dietas pervalde modicas, et tenuit Lincolniæ Natale Domini cum summo honore. Jussitque in redeundo quod justiciarii sui de banco, et scaccarium suum cum banco integro, quæ jam per septem annos, a festo Sanctæ Trinitatis[2] anno Domini M.CCXCVII. usque in præsens Natale Domini, apud Eborum cum cancellaria sua communiter sederant, ad Westmonasterium Londoniis reverterentur et redirent, et factum est ita.

It surrenders, Monday, July 20.

The Courts of King's Bench and Exchequer removed to London.

---

[1] The governor of the castle was William Olyfard. Rymer, i. 965; Walsingham, 89.

[2] Trinity Sunday in the year 1297 occurred June 9.

Rex exegit Taxam omnium Bonorum; et Scoti ejecti sunt. Edward I. A. D. 1304.

Anno Domini M.CCCIV. exegit rex a civitatibus suis et burgis sextum denarium, secundum taxationem bonorum suorum. A sixth levied on all the cities and boroughs.

Eodem anno misit rex Franciæ ad regem nostrum, dicens se ad ipsius instantiam et rogatum Scotos ejecisse de terra sua, et rogans cum instantia ut consimiliter faceret cum hostibus suis Flandrensibus. Fecitque rex quod rogaverat, et forbannivit eos in festo Sancti Johannis Baptistæ, sed sub colore, ut creditur, quia cito reversi sunt. The Flemings banished from England. June 24.

De Obitu Episcopi Eborum Thomæ; et Inquietatione ejus per Regem.

Eodem anno obiit Thomas archiepiscopus Eborum, mense Septembri scilicet nono kalendas Octobris, et sepultus est apud Sutwell, sexto kalendas Octobris. Cui successit magister Willelmus de Grenefelde, die Veneris ante festum Sancti Nicholai electus, 'et Lugduno a papa Clemente XII.[1] confirmatus in sequenti anno. Dominus'[2] rex inquietavit archiepiscopum Thomam novo modo; licet consuetudo se habeat sic, quod dominus rex, ratione baroniarum quas tenent de eo archiepiscopi et episcopi, habeat custodias earundem tempore vacationis, et præbendas et ecclesias ad advocationes 'earundem'[3] spectantes vacantes medio tempore conferat; tamen præbendas et dignitates per confirma- Death of Thomas, Archbishop of York. William Grenfeld.

[1] Sic, MSS.

[2] 'et in curia Romana confirmatus a papa Clemente. Dominus,' MS. Lansd.

[3] 'eorundem,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1304.

Ecclesiastical affairs.

tionem et consecrationem electorum in curia Romana vacantes, dominus papa conferre consuevit; et sic contulit præbendam istius Thomæ de Styvelington. Ipse etiam archiepiscopus impetravit in curia, quod capellam Sancti Sepulchri in ecclesia Eborum conferre posset in reditu suo cui vellet, et dedit eam cuidam 'Jacobo'[1] Segrave. Modo dominus rex, nescio quo ductus consilio, cœpit vendicare taliter vacantes, et 'eam'[2] contulit cuidam clerico suo Johanni Busse, misitque literas suas domino archiepiscopo ut eum admitteret, et in possessionem duceret corporalem. Qui respondit, hoc esse factum domini papæ, nec se posse quicquam facere seu debere; statimque rex eum vocari fecit coram justitiariis suis de contemptu responsurus per breve, Quare non admisit. Nec fuit aliquis de consilio suo seu aliquis narratorum omnium qui posset vel auderet respondere pro eo; immo ipsemet in propria persona, quasi unus de populo et coram omni populo, discooperto capite respondebat, non enim eum amabant curiales. Cumque nollet suum mutare responsum, sed factum domini papæ iterabat, pronunciaverunt eum indefensum, et baroniam suam in manum domini regis seisierunt. Recessitque tristis, et tristitiæ successit infirmitas, et infirmitati mors extrema sociatur. Quo mortuo, fecit dominus rex eundem processum contra decanum et capitulum. At illi timentes sævitiam regis, eo quod dominus rex omnia temporalia sua seisisse voluerat, placaverunt eum in parte, et prædictum clericum admiserunt ad capellam eandem, ponentes præbendam ex gratia regis in suspenso.

---

[1] 'Yhames de,' MS. Lansd.

[2] 'eas,' MS. Lansd.

Rex novam Legem fecit de Traylbastons.[1]

Edward I. A. D. 1304.

Writ of Trailbâton.

Eodem anno dominus rex inquiri fecit de malefactoribus per breve, in forma quæ sequitur:[2] "Rex dilectis et fidelibus suis, Radulfo Filio-Willelmi et Johanni de Bartone de Ritone, salutem. Quia quamplures malefactores et pacis nostræ perturbatores, homicidia, deprædationes, incendia et alia damna quamplurima nocte dieque perpetrantes, vagantur in boscis, parcis et aliis locis diversis, tam infra libertates quam extra, in comitatu Eborum, et ibidem receptantur, in maximum periculum tam hominum per partes illas transeuntium quam ibidem commorantium, in nostri contemptum ac pacis nostræ læsionem manifestam, ut accepimus; per quorum incursum poterunt pejora prioribus de facili evenire, nisi remedium super hoc citius apponatur. Nos, eorum malitiæ in hac parte obviare et hujusmodi damnis et periculis præcavere volentes, assignavimus vos ad inquirendum per sacramentum tam militum quam aliorum proborum et legalium hominum de 'comitatu'[3] prædicto, tam infra libertates quam extra, per quos ipsa veritas melius sciri poterit, qui sint illi malefactores, et eorum scienter receptatores et eis consentientes. Et etiam ad inquirendum de illis qui pro muneribus suis pactum suum fecerunt et faciunt cum malefactoribus et pacis nostræ perturbatoribus, et eos conduxerunt et conducunt

[1] The Statute of Trailbâton is printed in the Rot. Parl. i. 178.

[2] On the Rot. Fin. 33 Edw. I. m. 20, ced., the writ to the commissioners of Yorkshire is thus noticed: "Eodem modo assignantur subscripti in comitatibus subscriptis, videlicet, Willelmus le Vavassur, Radulphus Filius-Willelmi, Gerardus Salveyn, et Johannes de Barton de Friton, in comitatu Eborum."

[3] 'contemptu,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1304.

Writ of Trailbâton.

ad verberandum, vulnerandum, male tractandum et interficiendum plures de regno nostro in feriis, mercatis, et aliis locis in dicto comitatu, pro inimicitia, invidia, malitia. Et etiam pro eo quod in assisis, juratis, recognitionibus et inquisitionibus factis de feloniis, positi fuerunt et veritatem dixerunt; unde per conductionem hujusmodi malefactorum juratores assisarum, juratarum, recognitionum et inquisitionum illarum, præ timore dictorum malefactorum et eorum minarum, sæpius veritatem dicere seu dictos malefactores indictare minime ausi fuerunt et sunt; et ad inquirendum de illis qui hujusmodi munera dederunt et dant, et quantum, et quibus, et qui hujusmodi munera receperunt et recipiunt, et a quibus et qualiter, et quomodo, et qui hujusmodi malefactores in sua malitia fovent, nutriunt, et manutenent in comitatu prædicto. Et ad ipsos malefactores, tam per vos quam per vicecomitem nostrum comitatus prædicti, arrestandos, et prisonæ nostræ liberandos, et salvo et secure in eadem per vicecomitem comitatus prædicti custodiendos, ita quod ab eadem prisona nullo modo deliberentur sine mandato nostro speciali. Et ideo vobis mandamus quod ad certos diem et locum, quos ad hoc provideritis, inquisitiones illas faciatis, et assumpto vobiscum sufficienti posse comitatus prædicti, si necesse fuerit, dictos malefactores coram vobis sic indictatos arestetis, et ipsos prisonæ nostræ liberetis in forma prædicta; et etiam omnia bona et catalla ipsorum malefactorum qui 'se'[1] subtraxerint et fugam fecerint, postquam de feloniis aliquibus coram vobis solemniter indictati fuerint, per vicecomitem comitatus prædicti in manum nostram capiatis, et ea

[1] Omitted in MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1304.

Writ of Trailbâton.

ad opus nostrum salvo custodiri faciatis, donec aliud inde vobis præceperimus. Mandavimus enim vicecomiti nostro comitatus prædicti quod ad certos diem et locum, quos vos providere duxeritis, venire faciat coram vobis tot et tales, tam milites quam alios, quos habere decreveritis de comitatu illo, tam infra libertates quam extra, per quos ipsa veritas melius sciri poterit et inquiri; et quod omnes illos quos per inquisitionem illam culpabiles inveniri contigerit, et quos vos ei sic liberaveritis a vobis 'recipiat;'[1] et quorum nomina ei scire 'facietis,'[2] assumpto secum sufficienti posse comitatus prædicti, sine dilatione arrestari et in prisona nostra salvo et secure custodire faciat in forma prædicta; et communitati dicti comitatus, quod simul cum vicecomite prædicto vobis, quotienscumque opus fuerit, in præmissis pareat, assistat et intendat, prout eis injungetis ex parte nostra. In cujus rei testimonium, etc."

Articuli inquirendi de ipsis Malefactoribus.[3]

Fet a remembrer de ceus qe a force 'e'[4] a tort encountre la pes nostre seygnur le roy sunt entres en autry terres, e quant yl ne pount lur tort 'e'[5] lur force meyntener encountre ceous qe sount vers ews par la lay, bayllent e mettent 'lour'[6] terres e les tenemens torcenuses entre les mayns des graunz seygnurs, pur continuer par force e par

[1] 'recipiantur,' MSS. Coll. Trin. and Lansd.

[2] 'faciatis,' MS. Lansd.

[3] The following Articles, supplied from MS. Lansdown, are omitted in the other MSS. with the following note, "Quæ hic omittuntur Gallice sunt scripta." A copy, however, is preserved in the Abingdon Chronicle, which has been consulted.

[4] Supplied from MS. Abing.

[5] 'ne,' MS. A.

[6] 'les,' MS. A.

Edward I. A. D. 1304.

Writ of Trailbâton.

pouer lour primer tort. De ceous qe ount desturbe les assysours par manaces, qil nosent dire la verite, kar sil daysent encontre lour volunte, il les frount batre e 'si'[1] defoler par quay il perdroint lour vies ou sunt mayheimes pour tuzjurs; issint qi par doute de einmy, la verite ne pot estre conu devant les ministres nostre seygnur le roy. De ceus qe fount bateryes en pays, qe sunt prestes e aparayles de estre bandes de tele chose fere, soloum ceo qe home les vodra louere ou purparler de baterye graynder ou maynder, cest asaver de II. souz, de III. souz, e de my mark, e X. souz, e de un mark, e de XX. souz; e lur abettours, e queus 'tele chose ount mayntenu.'[2] De ceous qe covaytent le terres de lur poveres vaysyns qe ne volent vendre ou lessere a lur volunte, e les fount batre e defoler saunz soffryr euz en pez si la qe lour volunte sayt acomply. De ceux qe sunt robeez e defoleez 'prudes homes'[3] du pays de lour bens e durement grevez, e quant il fount nule playnt entre lour vaysyns, mayntenaunt sunt comaundez par les robeours qil ne en parlent mes e sil facent il perdurunt lour vyes aprez lour chateuz. De ceuz qe 'demorgent'[4] en pays e sunt prestez estre alouuez e a prendere seysin des egglyses, e entrer en terres e tenemenz a tenyr par force e armez encontre dew e drayture e donnent ensample as autres du pays pur maw fere; mout serrayte graunt aumone e honur de chastier e reprendere lour malice e lour recettours e lour abettours. De ceus ke desturbent lez conestabeles de viles, baillyffs, ou autres ministres qe ount lour garaunt de atthacher les felouns le roy, ou les fount garnyr

---

[1] Omitted in MS. A.

[2] 'tuz sunt e lurs meintenurs,' MS. A.

[3] 'per graunz seignurs,' MS. A.

[4] 'sunt demoraunz,' MS. A.

Edward I. A. D. 1304.

Writ of Trailbâton.

devant, issint qe lez comandemenz le roy ne pount estre parfournye en nul poynt. De ceuz qe quant lez coronners ou autres ministres le roy deyvent enquer par pays des homicides, ou de murdrez, ou des autres trespas fez encontre la peez les bayllyffs frount venir devaunt euz les poveres gentz qe nent en sevent ne qe osent la verite dire, e pernent ayde e consayl des meliours genz ke meuz sevent la verite. Dericheff si coronner ou autre ministre le roy trove la enpresent par les queus la verite poet suffisaument estre enquis, e les comaunde de par le roy de aler a li lyvere eus en despisaunt la corune e la dignite le roy, ne volent le serement fere, ne a eus en nul poynt obeyr, e si demorrent les felouns e les autres mefesours meyns punyz. De ceux qe quant nostre seygnur le roy comande ses bayllyffs de lever la verte cire ou autres dettez par maundement de la eschekere ou de ses justyces, cele gent sur ky la demaunde vent fount batre les baillyffs e defoler, yssynt qe il ne pussent ne osent la dict dette levere. De ceuz qe fount les homicides e les mordres de jour e de noucte privement ou apertement, qe il sount, e par ky abettement il le fount, e ky le mayntenent. De ceuz ke fount lez arsures de jour e de nuct prive ou en apert; queus il sunt, e ky les mayntenent apres le felounye fete. De ceuz ke vount nutauntre ove force e as armes encountre la pees, e fount bateryes e debrisent les huys e les fenetres de bone genz, e fount autres mawaytez encountre la pees, quant tenz serrayt a 'lele'[1] gens de avere repose; e queus gens les meyntenent a teuuz choses fere, e les recettent apres la felonye fete. De ceux qe en vile marchande ou en autre vile chaumpestre vount hurt-

[1] 'les,' MS. A.

Edward I. A. D. 1304.

Writ of Trailbâton.

aunt ovekes 'la gent, e boutent des espaules'[1] pur queer conthec, e puys volent manacere ceuz qe il ount debutez ou hurtez de vie et de membre, jesk a taunt qi il ount fet gree ou fyn ovekes euz a lur volunte, ou de deners, ou des chathews, ou de vin; yssint ke les batours pernent les amendes e nent les batuz.

A. D. 1303—1305. Indictments on the Writ of Trail-bâton.

Super prædictis articulis inquirendis electi fuerunt duodecim tam milites quam legales homines, qui de villatis singulares fecerunt inquisitiones; et tandem quicquid fecerant et quod invenerant sub sigillis suis prædictis militibus tradiderunt, sicut in aliis comitatibus noverant esse factum. Indictatique sunt multi, quorum quidam capti fuerunt, incarcerati et suspensi, quidam vero mulctati graviter, et qui timebant sibi retraxerunt se deteriores effecti. Eodem anno Flandrenses devicerunt Francos in prœlio, in crastino Nativitatis beatæ Virginis, et corruerunt multi, abiitque retrorsum ipse rex. Eodem anno obiit 'dominus'[2] Walterus de Faucomberge primus, qui duxerat Agnetem sororem Petri de Brus, cui in partem suam cecidit castrum de Skelton, die scilicet Commemorationis Animarum, inter sanctos festi præcedentis et sanctas animas festi subsequentis media quasi nocte numeratus, sepultusque est apud Killing in Howdernes in ecclesia sanctarum monialium, quæ erat ex fundatione antecessorum suorum. Eodem anno obiit dominus Robertus de Brus quintus, cito post Pascha, cum esset in via versus Vallem Anandiæ, sepultusque est in monasterio de Holme. Eodem anno obiit comes de Warenna Johannes, homo senex, sepultusque est apud Lews post Natale

Deaths of illustrious persons.

Baron Fauconberg, 1303.

Nov. 2.

Robert Bruce, April, 1304.

John Warren, Earl of Surrey, 1304.

---

[1] Inserted from MS. A. [2] Omitted in MS. Lansd.

Domini. Eodem anno obiit strenuus ille miles dominus Willelmus Latimer in vigilia Sancti Nicholai, qui suam militiam in multis terris exercuerat, sepultusque est apud Hempingham.

Edward I. A. D. 1304.

William le Latimer, Dec. 5.

Papa Benedictus moritur, et alius eligitur, qui excusavit se venire Romam.

Eodem anno obiit papa Benedictus XI. mense Julii, vacavitque sedes propter dissensionem cardinalium, erant enim octodecim, et æqualiter diviserunt vota sua; tandem vero post longam carceris inclusionem, elegerunt in papam in anno sequenti archiepiscopum Burdegalensem,[1] qui diadema suscepit apud Lugdunum in eodem anno, scilicet M.CCCV., die Dominica proxima post festum Sancti Martini, præsentibus multis cardinalibus suis, qui ob eandem causam ibidem 'venerant.'[2] Eodem autem die, cum ad ecclesiam beati Martini sic diadematus in equo duceretur, corruit quidam murus lapideus a latere viæ, super quem multi ascenderant ut viderent eum, et oppressit multos, inter quos mortuus est comes Britanniæ, et Carolus frater regis Franciæ læsus est. Mansitque papa Burdegalis longo tempore, et creavit ibi novos cardinales quasi XVIII., pro eo quod quidam ex antiquis cardinalibus reversi fuerant Romam, ipso se semper excusante quod venire non poterat. Missisque a Romanis principibus nunciis et remissis, semper excusavit se papa de non veniendo. Et quia ad propriam sedem venire contempsit, censuerunt eum indignum Petri

Pope Benedict, July 6 or 7.

A. D. 1305.

Succession of Clement V.

Sunday, Nov. 14.

Fatal accident at his coronation.

He removes the seat of the pontificate from Rome.

[1] Clement V. (Bertrand de Goth, Archbishop of Bordeaux) was elected Pope by the influence of Philip le Bel, at Pérouse, on Tuesday, June 15, 1305, and crowned at Lyons on Sunday, November the 14th following.

[2] 'venerant; vocatusque est Clemens XI.,' MS. Lansd.

Edward I. A.D. 1305.

patrimonio frui; vixitque sic de pecunia extorta a confirmatis episcopis in curia. Quoniam ab archiepiscopo Eborum Willelmo, ibidem confirmato, præter expensas quas ibi largissime fecerat, infra primum suum annum habuit novies mille marcas argenti et quingentas, et ipse sic pauper reversus, infra eundem annum primum habuit a subditis suis religiosis et rectoribus, primo nomine curialitatis et gratiæ, et secundo nomine mutui, immensam pecuniæ summam. Misitque papa nuncium suum in Angliam nomine Testa cum bullis suis, in quibus reservavit sibi primos fructus primi anni omnium ecclesiarum vacantium quocunque tempore vel modo infra regna Angliæ, Scotiæ, Walliæ et Hiberniæ, et fructus similiter omnium abbatiarum et prioratuum vacantium eodem tempore: propter quod opposuit se dominus rex cum magnatibus suis in parliamento suo apud Carliolum, dicens, non esse rationi consonum, quod a monasteriis, a prædecessoribus suis vel a magnatibus terræ fundatis in honore servitii Dei, certæ eleemosinæ et hospitalitatis sustinendæ, papa sic primos fructus exigeret, et cultus Dei et hospitalitas deperirent. Et sic mutavit papa propositum quantum ad abbatias; sed concessa domino regi ab ecclesiis Anglicanis decima biennali, obtinuit primos fructus ecclesiarum,[1] ut prædictum est.

A papal legate visits England, and exacts the first-fruits.

Episcopus Dunolmensis efficitur Patriarcha per Papam.

The Bishop of Durham created Patriarch of Jerusalem.

Iste novus papa multas fecit novitates. Inter quas fecit episcopum Dunolmensem Antonium patriarcham Jerosolimitanum, dispensando cum

[1] These first-fruits continued to form a part of the papal revenue until the time of Henry VIII. who annexed them to the crown.

eo ut etiam Dunolmensis episcopus remaneret. Et hoc quia erat dives episcopus, et papa pauper. Habuit enim episcopus præter episcopatum in annuo redditu de perquisitis et patrimonio plusquam quinque millia marcarum singulis annis, et multa contulerat papæ et cardinalibus suis; propter quod impetravit contra Ricardum priorem Dunolmensem, quod papa sibi commisit et dedit ei curam et custodiam totius monasterii Dunolmensis, tam in temporalibus quam in spiritualibus. Suggesserat enim papæ, quod prior insufficiens erat ad regendum statum ecclesiæ Dunolmensis. Reversusque novus patriarcha et episcopus in Angliam cum magna gloria, fecit deferri ante eum crucem argenteam et deauratam cum duabus brachiis ex transverso, et imagine crucifixi in medio. Commisitque vices suas certis personis, qui vice et nomine suo curam et custodiam ecclesiæ Dunolmensis committerent Henrico de Luceby pseudo-monacho, quem aliquotiens loco prioris 'præfecerat,'[1] ut prædictum est. Quibus cum ipso Henrico ibidem venientibus, clauserunt monachi portas et valvas ecclesiæ, appellantes ad papam, et ostendentes protectionem regiam, qua eos susceperat rex in defensione sua. At illi excommunicantes monachos tanquam inobedientiæ filios, recesserunt. Quod cum audisset rex, iratus est, et quia non detulerant protectioni suæ, immo ipso irrequisito monachos excommunicaverant, jussit eos sub manucaptione suo tribunali assistere, et coram justiciariis in banco regis respondere. 'Transieruntque ibi non per ignem et aquam, immo per argentum et aurum, et'[2] post longam vexationem pro voluntate regis

Edward I.
A. D. 1305.

Ecclesiastical affairs.

[1] 'præfixerat,' MS. Lansd.

[2] 'Transieruntque ibi per ignem et aquam, et,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1305.

Ecclesiastical affairs.

multcati sunt. Ipse vero episcopus citatus est, ut coram domino rege super diversis sibi objiciendis certo die personaliter responderet. Et quia venire contempsit, et, irrequisito rege, transfretavit ad papam, cum dominus rex ejus transfretationem inhibuerat, capta est libertas sua ecclesiæ Dunolmensis judicialiter in manum domini regis; posuitque rex ibi justitiarios suos et cancellarium suum, qui responderent ei; et in anno sequenti exegit ab incolis episcopatus tricesimum denarium, et in diversis cariagiis vexabantur dum maneret rex apud Lanercost, fere per duos annos. Deditque rex comiti de Warwyk Castrum Bernardi, quod episcopus quasi ex exchaeta habuerat in forisfactura Johannis de Balliolo quondam regis Scotiæ; et Penerith cum pertinentiis in manu sua seisivit. Scripsitque rex domino papæ pro Ricardo priore Dunolmensi, qui, ad instantiam domini episcopi, ad tribunal papæ citatus fuerat, ut sibi justitiæ fieret complementum. Quem cum 'vidisset' [1] papa, et virum providum atque discretum in responsionibus suis invenisset, audito et examinato negotio hinc et inde, pronunciavit in pleno consistorio se falsa suggestione fuisse deceptum de tanto viro, restituitque eum ad statum pristinum, committens ei curam et administrationem domus suæ, ut prius habuerat, tam in spiritualibus quam in temporalibus; mansitque ibi usque post obitum regis, 'nec' [2] ad solum proprium ulterius est reversus. Interim vero obiit ille Henricus de Luceby, quem loco prioris episcopus 'præfecerat,' [3] ut prædictum est: et in anno sequenti, scilicet M.CCCVII., obiit ipse prior Ricardus in ipsa curia,

Richard, Prior of Durham, cited to Rome.

---

[1] 'audisset,' MS. Coll. Trin.
[2] 'necnon,' MS. Lansd.
[3] 'præfixerat,' MS. Lansd.

et, ad rogatum novi regis Angliæ et episcopi Dunolmensis, dedit dominus papa prioratum Dunolmensem cuidam monacho monasterii beatæ Mariæ Eborum, domino Willelmo de Tanfeld, eum præficiens in priorem.

Edward I. A. D. 1307.

Death of the Prior Richard.

Robertus de Brus movit Guerram in Scotia contra Regem Angliæ.

A.D. 1306.

Robert Bruce the younger slays Comyn.

Anno[1] Domini M.CCCV. Robertus de Brus, quintus filius filii illius Roberti de Brus qui, ut supradictum est, disceptavit cum Johanne de Balliolo coram rege Angliæ circa regnum Scotiæ, et judicialiter, ut supra patet, a sua petitione absolutus est, perverso fretus consilio ad regnum Scotiæ aspiravit; timensque dominum Johannem Cumyn, comitem de Badenach, qui erat homo potens in terra illa, et fidelis domino regi Angliæ, cui homagium fecerat; et sciens se impediri posse per eum, misit ad eum in dolo duos ex fratribus suis, Thomam videlicet de Brus et Nigellum, rogans ut dignaretur venire ad se apud Dunfres, super quibusdam negotiis tractaturus cum eo quæ tangebant utrosque. Sedebant enim justitiarii domini regis Angliæ eodem die in castro, IV. scilicet idus Februarii.[2] Qui, nihil mali suspicans, venit ad eum cum paucis, et mutuo se receperunt in osculum, sed non pacis, in claustro fratrum Minorum. Cumque mutuo loquerentur ad invicem, verbis, ut videbatur, pacificis, statim convertens faciem, et verba pervertens, cœpit improperare ei de seditione sua, quod

Thursday, Feb. 10,

[1] It will be remarked that the following relation differs considerably from that given by the Scottish historians, and generally followed by modern writers.

[2] Matthew of Westminster (p. 453) says that John Comyn, Earl of Badenough, was murdered on the 29th of January.

Edward I. A.D. 1306.

eum accusaverat apud regem Angliæ, et suam conditionem deterioraverat in damnum ipsius. Qui cum pacifice loqueretur et excusaret se, noluit exaudire sermonem ejus, sed, ut conspiraverat, percussit eum pede et gladio, et retrorsum abiit. At sui extunc insequentes eum, prostraverunt eum in pavimento altaris, pro mortuo dimittentes. Cucurrit autem quidam miles ex suis, dominus Robertus Comyn avunculus ejus, ut auxilium ferret ei ; sed occurrit ei Christoforus de Sethon, qui sororem domini Roberti de Brus duxerat in uxorem, et percussit caput ejus in gladio, et mortuus est. Egressusque est dominus Robertus de Brus, et videns dextrarium domini Johannis elegantem, ascendit in eum ; ascenderuntque sui cum eo, et profecti sunt usque in castrum, et ceperunt illud. Cumque divulgaretur quod factum fuerat, cucurrerunt ad eum Scoti. Et justitiarii timentes sibi, clauserunt ostia aulæ in qua sedebant cum paucis Anglicis qui erant cum eis : quod audiens ipse, jussit ignem apponi, nisi confestim redderent eos ; at illi dederunt se, vitam postulantes et salvum egressum a terra, quod et ipse concessit eis. Quibus ita gestis, nunciaverunt ei quidam malevoli quod dominus Johannes Comyn adhuc viveret ; fratres enim asportaverant eum infra vestibulum altaris, ut medicarentur ei et confiteretur peccata sua. Qui cum confessus esset et vere pœnitens, jussu tyranni extractus est a vestibulo, et in gradibus majoris altaris interfectus, ita quod sanguis ipsius tabulam altaris tetigit, et etiam ipsum altare. Circuivit extunc terram Scotiæ, occupando et muniendo castra, et deprædando terras mortui, fugeruntque a facie ipsius parentes defuncti, et omnes Anglici reversi sunt in terram suam.

and gains possession of the principal Scottish fortresses.

Quomodo Robertus Brus fecit se coronari in Regem Scotiæ.

Bruce is crowned King of Scotland at Scone, Friday, March 25.

Anno Domini M.CCCVI. incipiente, Robertus de Brus prædictus, die Annunciationis Beatæ Mariæ fecit se coronari in regem Scotiæ apud Scone, præsentibus et consentientibus quatuor episcopis, quinque comitibus, et populo terræ. Uxor autem comitis de Bouchan, quæ erat filia comitis de Fyth, cui de jure hæreditario competit coronam apponere capiti novi regis, furtive recessit a domino suo, adducens secum dextrarios domini sui quos 'domi'[1] dimiserat, ut illud officium exerceret; propter quod iratus dominus ejus, qui regi Angliæ fidelis extiterat, cum in eodem anno esset capta et vellet eam perimere, inhibuit ei rex, et jussit eam poni supra murum castri de Berewyk in tristega lignea fixa, ut sic a transeuntibus videri posset et cognosci; mansitque sic clausa multis diebus, et in arcta dieta. Duos autem episcopos, Glasguensem scilicet et Sancti Andreæ in Scotia, cum abbate de Scone, cum essent infra eundem annum capti, misit rex in Angliam ad diversa castra, manseruntque clausi in arcto usque ad obitum regis. Audita itaque et cognita coronatione novi regis, præmisit dominus rex Angliæ in festo Pentecostes[2] quosdam ex militibus suis cum manu armata, dominum scilicet Henricum de Percy, dominum Almericum de Walence,[3] et dominum Robertum de Clyfford, ut novo regi resisterent, et persequerentur eum.

An English army enters Scotland.

[1] Omitted in MS. Lansd.

[2] Whitsunday occurred on the 22nd of May.

[3] Aylmer de Valence, Earl of Pembroke.

Edward I. A.D. 1306.

Rex Angliæ fecit Filium suum in Militem.

Ipse vero rex convocatis magnatibus suis, ex edicto præconizari præcepit in regno, quod omnes qui arma militaria suscipere vellent, cum Edwardo filio suo, principe Walliæ, essent parati Londoniis in festo Pentecostes: fecitque 'ipse rex'[1] honorifice filium suum militem eodem die cum novis commilitonibus ducentis nonaginta et septem viris, qui omnem apparatum ex ærario regis acceperunt; statimque, ex præcepto patris, præcessit princeps filius cum multis commilitonibus suis et magno apparatu in Scotiam, ipse vero rex et regina lento gradu insequebantur; jusserat tamen rex ut omnes essent parati cum principe in quindenam Sancti Johannis Baptistæ apud Carliolum. Rex autem in adventu suo mansit apud Lanercost.

The Prince of Wales is knighted, Sunday, May 22.

Friday, July 8.

Quomodo Rex novus pugnavit cum nostris.

Interim ipse novus rex Scotiæ cepit homagia, et fecit mirabilia magna; congregatoque exercitu copioso circuivit illam regionem usque ad villam Sancti Johannis de Perte. Et erat ibi in præsidio dominus Emericus de Walence fere cum trecentis armatis et pedestribus aliquibus. Apparueruntque Scoti in albis in magna multitudine; ex præcepto enim et ordinatione regis eorum, omnes armati in equis habuerunt super omnia arma vestem lineam, ita quod omnes quasi in camiseis albis viderentur, nec discerni poterat quisque vel qualia deferret arma. Misitque rex nuncios ut egrederentur nostri ad pugnandum

[1] 'rex pater,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1306.

cum eo, vel darent se ei; at illi videntes se numero pauciores, responderunt ei caute quod non egrederentur tunc, sed die crastina pugnarent cum eo libenter quia dies festus erat. Erat enim dies Dominica proxima post festum nativitatis beati Johannis Baptistæ. Rex vero nimis credulus, retraxit se in verbis istis, et tentoria fixit quasi ab uno miliario ab urbe, et præparaverunt cibaria sua. Nostri vero loquebantur ad invicem dicentes: "Si expectaverimus usque in crastinum non prævalebimus ei, quia fortior nobis est; sed si exierimus in vesperis, obtinebimus contra eum, quia modo vacant circa cibaria præparanda." Exierunt ergo in vesperis ut condixerant, et invenerunt eos recumbentes secure, et antequam possent omnes ascendere, irruerunt in eos vehementer, cæsisque multis, regem cum paucis aliquamdiu resistentem, in fugam tandem converterunt. Fugitque rex novus, et insecuti sunt eum usque in insulam de Kentyr; obsederuntque castrum loci illius, credentes eum se ibidem recepisse sed ille abierat in extremas insulas regionis illius. Expugnatoque castro, invenerunt unum ex fratribus novi regis dominum scilicet Nigellum de Brus, cum nova regina, et multis aliis; quos adducentes secum usque Berewyk, ibi coram justitiariis domini regis Angliæ, qui ex præcepto regis ibidem convenerant, judicialiter damnati sunt homines, tracti, suspensi et decollati. Reginam autem novam, quia filia comitis de Huluerster erat,[1] (qui quidem comes, in principio guerræ motæ per generum dominum Robertum de Brus, ne dominus rex Angliæ quicquam mali contra eum suspicaretur, misit ad

Sunday, June 26.

Bruce is defeated by the Earl of Pembroke.

He escapes to the Isle of Cantyre.

Nigel Bruce surrenders Kildrummie Castle, and is hanged at Berwick.

[1] Mary, second wife of Robert Bruce, and daughter of Aylmer de Burc, Earl of Ulster.

Edward I. A. D. 1306.

regem duos filios suos pro voluntate regis retinendos in excusationem sui quod semper ei fidelis extiterat,) et propter unum verbum quod marito suo dixerat cum in coronatione sua loqueretur ei et diceret, "Lætare modo consocia, quia regina effecta es, et ego rex," fertur eam sic respondisse ei: "Timeo, domine, quod sumus effecti rex et regina, sicut efficiuntur pueri in ludis æstivalibus:" propter istas ergo duas causas, misit eam rex cum honesta familia perendinandam in manerio suo de Bruscewych, et jussit eam honorifice sustentari. Comitem vero de Asechel,[1] qui ab isto castro fugerat et post aliquod intervallum captus fuerat, cum regina Angliæ et multi magnates rogarent pro eo ad regem ne sanguis 'ejus'[2] effunderetur, pro eo quod fuit proximus parens domino regi Angliæ, jussit rex Londoniis adduci et cæteris 'excelsior'[3] suspendi. Et quia seductor inventus qui consanguineus extiterat, præcepit rex post suspensionem decollari eum et comburi, quod factum est. Christoforum autem de Sethon, qui sororem novi regis duxerat nomine Mariam, et esset Anglicus, cum in castro de Lochdor captus esset, et post uxorque sua et multi alii, jussit rex adduci apud Dunfrees ubi militem occiderat, ibique trahi, suspendi et decollari. Simile judicium habuerunt duo fratres sui, et omnes alii qui morti domini Johannis Comyn consenserunt et interfuerunt; et hoc ex speciali præcepto regis. Uxorem vero Christofori posuit rex in monasterio de Thyxsel in Lindesay, et filiam novi regis posuit in monasterio de Watton. Deditque dominus rex domino Eadmundo de Malo-lacu manerium de Seton in Wytebystrand, quod erat Christofori, et alias suas terras

Many Scottish nobles executed.

Their lands divided amongst the victors.

[1] William Moray, Earl of Athol.

[2] Omitted in MS. Lansd.

[3] 'excellentior,' MS. Lansd.

quas habuit in Northumberland dedit rex domino Willelmo le Latymer. Terras vero novi regis dispersit dominus rex inter magnates suos hoc modo; dedit enim Vallem Anandiæ comiti de Herford, qui filiam regis Angliæ duxerat in uxorem; Hert vero et Herternes dedit domino Roberto de Clifforde, salvo tamen jure ecclesiæ Dunolmensis; Thotenham et Thotenhamschyre et manerium de Wrothell in partibus australibus dedit aliis magnatibus suis; comitatum vero de Karrik, quem ex hæreditate materna habuerat ipse novus rex, dedit rex Angliæ domino Henrico de Percy; comitatum autem de Asechel dedit rex comiti Gloucestriæ, qui filiam regis post mortem Gilberti de Clare quondam comitis Gloucestriæ, duxerat; sicque nomen comitis habebat ab uxore, non ab hæreditate, fuerat enim miles simplex et segnis quando eam duxerat, nomine Radulphus Monhermer.

Edward I. A.D. 1306.

Quomodo iterato rediit ille novus Rex.

Circa festum Sancti Michaelis reversus est novus rex ab insulis Scotiæ ad quas fugerat, cum multis Hibernicis et Scotis, mansitque in Kentyr, misitque aliquos ex suis in Karryk, et levaverunt ibi firmas suas de termino Sancti Martini. Quod audiens dominus Henricus de Percy, declinavit ibidem, et ex improviso superveniens novus rex irruit nocte in prædictum dominum Henricum, et occidit paucos de familia ejus, cepitque equos suos dextrarios et vasa argentea, et obsedit eum in castro ejusdem loci, quousque dominus rex Angliæ misso robore exercitus liberavit eum. Extunc circuivit terram Scotiæ ille novus rex, et omnes potentes atque robustos qui contempserunt sequi eum peremit

Henry Percy besieged in the castle of Carrick.

Edward I. A. D. 1307.

Thomas and Alexander Bruce are captured and executed at Carlisle.

gladio, fecitque multa mala in populo illo. In Quadragesima vero sequente misit a se cum parte exercitus sui duos fratres suos, dominum scilicet Thomam de Brus, qui Anglicos semper odio habuerat, et dominum Alexandrum clericum, qui ex improviso a nostris de nocte capti sunt,[1] et judicialiter tracti et suspensi.[2] Tenuitque se extunc novus rex in extremis finibus terræ.

De Adventu Cardinalium in Angliam pro Maritagio Principis.

Parliament at Carlisle.

In eadem Quadragesima tenuit dominus rex Angliæ parliamentum suum apud Carliolum,[3] fecitque ibi statuta quædam, et ordinavit de capitulo ordinis Cistercientium et aliorum transmarinorum,[4] et de custodia sigilli eorundem, sicut in ipsis statutis plene patet. Venitque ibi cum magno apparatu cardinalis Hispaniæ,[5] missus a domino papa pro maritagio filii regis 'Angliæ'[6] cum filia regis Franciæ adimplendo, secundum ordinationem bonæ memoriæ quondam papæ Bonifacii, qui super hoc, secundum quod prædictum est, certum ordinaverat. Factoque sermone et longo tractatu super bonum pacis, in fine revestivit se et cæteri episcopi qui aderant. Accensisque candelis et pulsatis campanis, terri-

A papal legate visits England to negociate peace.

[1] The Chronicle of Lanercost says that having invaded Galloway on the 10th of February, 1307, they were taken prisoners in a skirmish with Dungal Macdoile, a chieftain of that country. Chron. de Lanercost, p. 205, ed. Stevenson, 1839.

[2] They were executed on Friday, February 17th. Chron. de Lanercost, p. 205.

[3] This parliament was summoned to meet on the Octaves of St. Hilary (January 20) by writ, dated at Lanercost, November 3.

[4] By the second and third clauses of the Statute of Carlisle, it was made illegal to send taxes or tallages beyond sea imposed by alien superiors on religious houses in England.

[5] Peter, Cardinal Bishop of St. Sabine.

[6] Omitted in MS. Lansd.

biliter excommunicaverunt dominum Robertum de Brus cum fautoribus suis, tanquam hominem perjurum et perturbatorem injustum communis pacis et quietis.[1] Sequenti vero die facto sermone a domino archiepiscopo Eborum, responsum est cardinali in ecclesia canonicorum Carlioli, præsente domino rege et responsum authorizante, quod paratus erat dominus rex ex parte sua perficere omnem illam ordinationem, quam fecerat ille bonus pastor pater et papa Bonifacius; dum tamen dominus rex Franciæ ex parte sua illam vellet similiter complere. Et ait cardinalis, quod bene vellet et plene. Et dixit rex, "Nondum mihi plene restituit terram Wasconiæ, prout ordinaverat papa prædictus; defecit enim mihi castrum de Mawlyon, id est de Malo-leone, quod est castrum fortissimum et quasi inexpugnabile: reddat illud, et omnia perficiam." Et cardinalis ad hæc: "Domine mi, jam in seisina illius castri est dominus rex Franciæ: satisfecit enim militi qui illud tenuerat, pro magna summa pecuniæ jam soluta, et paratus est illud vobis reddere in brevi." Et ait rex, "Volumus deliberare super hoc permodicum." Ordinavitque dominus rex, quod juxta eum maneret cardinalis, quousque missis nunciis per ipsum cardinalem certificaretur dominus rex de ipso castro. Mansitque ibi duobus mensibus, et honoratus est valde: cumque accepisset responsum quod dominus illius castri noluit illud reddere regi Franciæ, verecundatus est in sermone promissi, et accepta

Edward I. A. D. 1307.

Robert Bruce excommunicated.

Negociations for peace.

[1] The sentence of excommunication pronounced against Bruce was in obedience to a bull of Pope Clement, bearing date the 18th of May, 1306, and directed to the Archbishop of York and the Bishop of Carlisle, on account of the violation of the privilege of sanctuary by the murder of Comyn in the church of the Minorites. Rymer, Fœdera, i. 987.

Edward I. A.D. 1307.

licentia reversus est ad partes australes; jussitque rex quod Londoniis remaneret quousque haberet aliud in mandatis, mansitque usque post obitum regis; habuitque ex concessione domini papæ in primo adventu suo in Angliam pro suis expensis a singulis capitulis totius Angliæ, Hiberniæ et Scotiæ, duodecim marcas argenti. Nec pro eis tantum facere voluit quod solventibus fierent literæ adquietantiales.

Eodem anno habuit dominus rex, ex dono domini papæ, ut prædictum est, decimam biennalem Anglicanæ ecclesiæ, Hiberniæ et Scotiæ, et eam fecit levari in uno eodem anno. Habuitque ex civitatibus suis et burgis vicesimum denarium, et a populo reliquo tricesimum denarium.

In prædicto parliamento cum multi multa loquerentur de oppressionibus domini papæ, quas inceperat in ecclesia Anglicana, ecce quasi subito in pleno consilio descendit talis schedula, quasi cœlitus emissa; legebaturque statim, audiente rege, cardinale, et universis prælatis et aliis qui convenerant.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

"Ecclesiæ[1] nobili Anglicanæ in luto et latere 'ancillatæ,'[2] Petrus filius Cassiodori, miles catholicus, pugil Christi devotus, salutem, et jugum abjicere captivitatis, et bravium accipere libertatis. 'Comparabo te cui vel cui assimulabo te, filia Jerusalem? Cui exæquabo te, virgo filia Syon? Magna est enim contritio tua, velut mare,'[3] sola facta es sine solatio, tota die mœrore confecta. Data es in manum ejus, de qua non potes surgere absque auxilio sublevantis. Nam scribæ et pharisæi supra cathedram Moysi sedentes, principes tui Romani hostes in capite tibi facti, sua phylacteria

[1] A copy of this document, with considerable variations, will be found in Prynne's Papal Usurpations, iii. 914.

[2] 'ancillanti,' MS. Coll. Trin.

[3] Jerem. Lam. ii. 13.

Edward I. A. D. 1307.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

dilatantes, ambientes locupletari ex medullis ossium tuorum, gravia et importabilia in tuis et tuorum ministrorum humeris imponunt onera, et, ultra quam decet, te constituunt sub tributo quæ libera fueras ab antiquo. Recedat abhinc omnis admirationis materia, quia mater tua domina gentium, viduarum more, suo subdito desponsata, tibi ipsum in patrem constituit, et Romanæ urbis pontificem summum. Qui quamvis ita sit, in nullo tamen tibi paternitatis genere hoc ostendit: super te quidem suas magnificat fimbrias, et experimento edocet se tuæ matris esse maritum; commemorat enim apud se propheticum sæpe verbum, quod est in scrinio sui pectoris sic digestum: 'Sume tibi librum grandem, et scribe in eo stilo hominis, velociter spolia detrahe, cito prædare.'[1] Nunquid ad hoc apostolus eum dicit constitui, dum sic scribit? 'Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in hiis quæ sunt apud Deum,'[2] non ad spolia et rapinas, non pro annuis censibus imponendis, nec pro necandis hominibus, sed 'ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, qui etiam condolere possit hiis qui ignorant et errant.'[2] Et de Petro legitur piscatore, cujus se commemorat successorem, quod post Christi resurrectionem cum cæteris apostolis ad piscandi officium est reversus; qui cum nihil in sinistra parte navigii caperet, Christo jubente ad dextram se convertit, et in terram plenum magnis piscibus rete traxit. Est igitur ministerium ecclesiæ utile in parte dextra exercendum, per quod et diabolus vincitur, et eidem Christo copia capitur animarum. Certe sic 'liber'[3] sinistræ partis navigii non se

---

[1] Isaiah, viii. 1.

[2] Hebrews, v. 1.

[3] 'labor,' Prynne, more correctly.

Edward I. A.D. 1307.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

habet, quia in eo fides titubat, tristitia dominatur, 'cum quod'[1] inquirendo appetitur minime invenitur. Quis enim credat se simul et semel posse servire Deo et Mammonæ, ac suæ voluntati placere, seu carnis et sanguinis revelationibus inhærere, et offerre munera Christo digna? E dubio pastor qui supra gregis ædificationem non vigilat, rugienti leoni quærenti quem devoret viam parat. Vide, inquam, facta inaudita, 'nuncupativi'[2] filia patris tui, qui bonos pastores a caulis ovium amovet, et suos nepotes, consanguineos et parentes, nonnullos literas ignorantes, et alios velut mutos et surdos, ovium earundem non intelligentes balatum, nec de 'morsibus'[3] curantes, velut mercenarios vellera auferentes et metentes semina aliorum, non ut prosint sed ut præsint, constituit pro eisdem, quorumque manus in cophino serviunt, et eorum dorsa ab oneribus divertuntur. Ex quibus liquet quod sacerdotium pervertitur hiis diebus, obsequium divinum subtrahitur, et eleemosinarum largitio adnullatur, per quod regum, principum, et Christianorum sancta devotio vacuatur. Nonne debet in oculis omnium mirabile reputari, quod ubi Christus pro se et Petro regibus jussit solvi tributum, ipse vero regna et regnorum principes, contra voluntatem Ipsius cujus se dicit esse vicarium, qui a se regna et mundi judicia abdicavit, suæ subjicere nititur ditioni, dominio sui stili qui totum sibi vendicat quod scripserat esse suum? De te quidem, filia, plus agit: ecce trahit quod libet, nec tamen reputat se contentum, si partem rerum tuarum decimam scilicet a te sumat, nisi primos fructus beneficiorum tuorum habeat ministrorum, ut tam

---

[1] 'cumque,' MS. Lansd.
[2] 'nuncupatui,' MS. Lansd.
[3] 'morsibus luporum,' Prynne.

Edward I. A. D. 1307.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

pro se, quam pro suo sanguine novum constituatur patrimonium de eisdem abjectis piissimis voluntatibus fundatorum. Et alia etiam procursorum stipendiis quos transmittit in Angliam execrabilia jam imponit, qui non tantum tuum ac tuorum victum auferunt et vesturas, sed eorum pelles et carnes lacerant velut canes. Nunquid Nabugodonosor regi debeat comparari, qui templum Domini devastavit, et vasis suis argenteis et aureis spoliavit? Quod egerat enim ille, agit et iste. Ille domus Dei spoliavit ministros, et ipsam debito destituebat obsequio; hæc hic facit. Certe melius est occisis gladio quam fame aliqualiter interfectis, quia sunt mortui illi statim, isti sunt a terræ sterilitate consumpti. Compatiantur tibi, filia, omnes transeuntes per viam, quia non est dolor sicut dolor tuus; jam enim præ dolore nimio, et præ effusione tua nimia lachrymarum, super carbones est facies tua denigrata ita, quod non es cognita amplius in plateis: et in tenebrosis te tuus præfatus superior collocavit; inebriavit te absynthio et felle. Afflictionem populi tui, ejusque gemitum, audi Domine, vide Domine et descende, quia cor dicti viri super cor Pharaonis est nimium induratum, quia non dimittet populum tuum abire liberum, nisi in fortitudine manus tuæ. Non enim flagellat miserabiliter tantum super terram, sed post mortem; quia quorumcunque Christianorum bona sub nomine tituli de Intestatis confiscat, omnia post decessum occupare intendit. Animadvertat itaque militia Anglicana, qualiter a retroactis temporibus Franci, in regnum Angliæ suæ concupiscentiæ oculos dirigentes, machinabantur illud suæ subjicere 'potestati.'[1] Sed quod

[1] 'voluntati,' MS. Lansd.

Edward I. A. D. 1307.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

in ipsis hactenus defuit, est timendum ne suppleat dicti viri nova conjecturatio novi hostis; quia, regni deficiente thesauro, et ipsius destructo sacerdotio, efficietur vere regnum impotentius contra hostes. Ne igitur tu, filia, tuique sacerdotes, in miseriam deducamini longiorem, expedit ut pro tua et eorum salute, rex tuus Christianissimus et regni potentes, qui amplissimis beneficiis vos dotarunt, quique vos et beneficia hujusmodi habeant in hoc casu tueri, resistant conjecturationibus, conspirationibus, arrogantiæ, præsumptioni atque superbiæ dicti viri, qui non Dei contemplatione, sed pro suis ditandis parentibus, ac pro nido suo quasi aquila exaltando, per præmissa et alia imposita per eundem, totalem pecuniam Anglicanam novo dominii genere emungere jam compellit, ne, dissimulata in hac parte simplicitas, regni hujus subversionem afferat velut tuam; et adhibeatur sero remedii tunc cautela: avertat nempe virtutum Dominus de corde viri illius velamen, sibique cor contritum et humile largiatur, et agnoscere eum faciat vestigia veri Dei, per quæ a suis tenebris eruatur, et præmissos labores sinistros dimittere compellatur; necnon et quod vinea quam plantavit Dei dextra, sacræ fidei cultoribus repleatur. 'Animent enim verba Domini et prophetia Jeremiæ, quæ dicunt:'[1] 'Tu pastor qui populum meum dispersisti, et eum de habitationibus ejecisti, ecce visitabo super te tuorum malitiam studiorum,'[2] 'nec erit vir qui super solium David de tuo semine sedeat, nec qui in Judæa ultra habeat potestatem.'[3] Fiat nidus tuus desertus, et sicut Sodoma

---

[1] 'Animadverte enim verba Domini et prophetiam Jeremiæ ad propulsandum hujusmodi inchoata, quæ dicunt,' Prynne.

[2] Jeremiah, xxiii. 2.

[3] Jeremiah, xxii. 30.

et Gomorrha totaliter sit submersus. Quod si perterritus ex hiis dictis non destiterit ab inceptis, et restitutionem non fecerit de perceptis, psallent pro eo extunc nequiter indurato Psalmum centesimum octavum, Illi cui omnia sunt aperta, singuli singulis diebus, clara voce in Christo devotissimi, Deus laudem etc."

Edward I. A. D. 1307.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

Item certi Articuli de Oppressionibus.

Friday, Jan. 20.

Cum[1] in parliamento domini regis apud Carliolum in octavis Sancti Hilarii, 'anno'[2] domini regis Edwardi tricesimo quinto, propositæ 'fuissent quædam'[3] petitiones per comites, barones et alios magnates, et communitatem totius regni Angliæ, pro statu coronæ regiæ, necnon terrarum ipsius regis Scotiæ, Walliæ et Hiberniæ, et tota communitate prædicta, super variis, novis et intolerabilibus gravaminibus, oppressionibus, injuriis et extortionibus, præfatis comitibus baronibus et magnatibus et communitati, auctoritate domini papæ et mandato, ac etiam per magistrum Willelmum Testa domini papæ clericum, necnon ejusdem magistri Willelmi commissarios, ministros, seu 'ejus'[4] vices gerentes et ipsius nomine illatis multipliciter in regno 'Angliæ'[4] et terris prædictis, prout in articulis contentis 'inferius inseritur, qui tales sunt.'[5]—" De effrenata provisionum multitudine apostolicarum, 'per quam ordinaria'[6] beneficiorum collatio 'tollitur,'[7] ac

[1] From this point to the end of page 264 Hemingburgh has extracted almost verbatim from the Parliament Rolls, 35 Edw. I. (Rot. Parl. i. 219.) The principal variations of the enrolment will be found below.

[2] 'anno regni,' Rot.

[3] 'fuerunt,' Rot.

[4] Omitted in Rot.

[5] 'in prædictis petitionibus, qui tales sunt, inseritur, videlicet,' Rot.

[6] 'per quas patronis seu advocatis,' Rot.

[7] 'tollitur seu præsentatio,' Rot.

Edward I. A.D. 1307.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

demum 'indigne'[1] nobiles et literati a promotione ecclesiastica 'excluduntur;'[2] et erit defectus consilii in regno quantum ad ea quæ ad spiritualitatem pertinent, nec invenientur idonei, qui 'in'[3] ecclesiasticas valeant eligi prælaturas; 'cultus divinus,'[4] hospitalitates et eleemosinæ cessabunt, contra intentionem primariam fundatorum ecclesiarum; jura peribunt indefensa; ædificia ecclesiastica corruent, et populi devotio subtrahetur. Item de decanatibus ecclesiarum cathedralium regni Angliæ, quorum multi jam ad manus cardinalium et aliorum alienigenarum in ipsis ecclesiis minime residentium devenerunt, et de cæteris decanatibus ut 'fiat sic'[5] in proximo verisimiliter est timendum, contra 'primarum ecclesiarum ordinem'[6] et intentionem saluberrimam fundatorum; ex quo in ipsis ecclesiis cathedralibus, ad quarum regimen 'in'[7] custodiam continuam decani 'fuerunt salubriter instituti, jam propter ipsorum absentiam'[8] multiplex inordinatio 'proveniet,'[9] tam in divino obsequio, hospitalitate, 'eleemosina, et defensione ecclesiæ,'[10] quam in correctione excessuum ministrorum: et domino regi et regno multorum peritorum consilium, qui ad 'decanatus'[11] eligi consueverant, penitus subtrahetur. Item de religiosis domibus, a variis magnatibus pia devotione fundatis ad divini cultus augmentum, hospitalitatis exercitium, 'eleemosinarum largitionem, et ad orationes continuas Deo fundandas pro ipsorum funda-

---

1 'indiginæ,' Rot.
2 'penitus excludentur,' Rot.
3 'ad,' Rot.
4 'cultus divinus minuetur,' Rot.
5 'idem fiat,' Rot.
6 'primariam ecclesiarum ordinationem,' Rot.
7 'et,' Rot.
8 'propter episcoporum absentiam, salubriter fuerant instituti,' Rot.
9 'proveniet atque defectus,' Rot.
10 'et elemosina,' Rot.
11 'ipsos decanatus,' Rot.

Edward I. A. D. 1307.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

torum salute, et omnium fidelium defunctorum redemptione, quarum fructus et proventus primi anni tempore vacationis prælatiæ dominus'[1] papa intendit diversorum cardinalium usibus applicare; item de primis fructibus beneficiorum vacantium sedi apostolicæ reservatis, quod antea fuerat inauditum, super quorum collectione, dominus papa 'inter prædationes'[2] durissimas et multum præjudiciales domino regi et regno, ac etiam toti ecclesiæ Anglicanæ, jam de novo,' ut fertur, constituit collectores.'[3] Item de denariis Sancti Petri, a progenitoribus 'domini'[4] regis primitus sub certa forma concessis, 'et'[4] a prima 'concessione'[5] sub eadem forma a tempore cujus non extat memoria persolutis, nunc autem contra dictam concessionem minus rationabiliter 'agitur et itur,'[6] in grave damnum ecclesiarum 'totius'[7] populi Anglicani. Item de legatis vel promissis pia intentione a multis in subsidium Terræ Sanctæ propter redemptionem peccatorum, per aliquos, auctoritate sedis apostolicæ, improbe petitis et exactis, et in alios usus convertendis, ipsis legantibus vel promittentibus minime 'profuturos.'[8] Item de pœnis 'pecuniarum,'[9] in fraudem legis 'regni'[10] variis contractibus adjectis et in subsidium Terræ Sanctæ promissis, 'si in solutione debiti principalis deficiatur,'[10] quarum prætextu multæ causæ, 'mere'[10] ad forum 'regni'[11] pertinentes, coram clericis domini papæ, in regiæ dignitatis præ-

---

[1] 'elemosinarum largitionem, ipsorum fundatorum et omnium fidelium defunctorum per orationes continuas remissionem, quorum redditus et proventus dominus,' Rot.

[2] 'interpretationes,' Rot.

[3] 'edidit, sicut fertur,' Rot.

[4] Omitted in Rot.

[5] 'concessione sua,' Rot.

[6] 'exactis,' Rot.

[7] 'et totius,' Rot.

[8] 'profecturos,' Rot.

[9] 'pecuniariis,' Rot.

[10] Omitted in Rot.

[11] 'regium,' Rot.

Edward I. A.D. 1307.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

judicium, agitantur. Item de 'indistincte'[1] legatis, quæ sunt approbata tam de jure canonico quam civili 'quæ'[2] dicti clerici domini papæ impie sibi appropriare nituntur, et in usus ipsis defunctis, quorum bona fuerant, minime 'profuturos,'[3] convertere, contra voluntatem piissimam defunctorum. Item cum Romana ecclesia unum duntaxat clericum pro suis negotiis hactenus in Anglia habere consueverat, ad expensas ecclesiæ Anglicanæ, dominus papa jam, ut dicitur, quatuor clericos ordinavit, quibus oportebit ecclesiam Anglicanam, ultra antiquam consuetudinem, sumptus non modicos 'ministrare.'[4] Super quibus oppressionum, gravaminum, extorsionum et injuriarum articulis, præfatus 'Willelmus'[5] Testa, quatenus ipsum contingunt, in pleno parliamento prædicto allocutus 'extitit,'[6] nec inde se potuit aliqualiter excusare, nisi tantum quod dixit quod auctoritate domini papæ præmissa fuerat 'assecutus.'[7] Et quia facta magistri Willelmi Testa in præmissis si tollerarentur manifeste cederent in divini cultus diminutionem, et ecclesiæ Anglicanæ 'extenuationem:'[8] 'necnon in præjudicium, læsionem, exhæredationem coronæ, potestatis, jurisdictionis et dignitatis regiæ Anglicanæ, depauperationem et destructionem'[9] totius communitatis prædictæ, ac status regni, legum et consuetudinum ejusdem subversionem, quod absit, perpetuam, et unde

---

[1] 'instincte,' MS. Lansd.

[2] 'et quæ,' Rot.

[3] 'profecturos,' Rot.

[4] 'ministrare. Hæc omnia ad extrahendam a regno pecuniam, ad exinanitionem ecclesiæ manifestam, et ad vitandum alienigenas spoliatis indigenis tendere dinoscuntur nisi exsurgat Deus et dissipentur inimici ejus, ut per secularem principem, et ipsius consilium, de consensu procerum et magnatum, tanta malitia reprimatur.' Rot.

[5] 'magister Willelmus,' Rot.

[6] 'convictus extitit,' Rot.

[7] 'executus,' Rot.

[8] 'exinanitionem,' Rot.

[9] 'destructionemque,' Rot.

majora pericula possent processu temporis evenire, demum, consideratis periculis prædictis, ex assensu domini regis 'a'[1] toto consilio parliamenti prædicti provisum fuit, concordatum, ordinatum et consideratum, quod præmissa gravamina, oppressiones, injuriæ et extorsiones fieri non permitterentur in regno et terris prædictis. Et prohibitum est 'magistro Willelmo de Testa'[2] in parliamento prædicto, quod de cætero contra provisionem, concordiam, 'considerationes prædictas, non'[3] procedat, nec per se seu 'per'[4] alium quemcunque in præmissis 'se'[4] intromittat vel aliquo præmissorum. Et injunctum est eidem magistro Willelmo quod quicquid per ipsum, collegas, commissarios, ministros, vices gerentes, aut alios quoscunque sibi adhærentes seu intendentes attemptatum est, actum seu executum in præmissis, et quolibet præmissorum, revocet 'in cassum,'[5] irritum et inane; et totam 'pecuniam,'[6] in hac parte levatam, salvo custodiri faciat et secure infra regnum prædictum, 'quousque dominus rex cum prædicto consilio aliud super hoc duxerit ordinandum.'[7] Et præceptum est singulis vicecomitibus prædicti regni, quod per sacramentum proborum et legalium hominum de ballivis suis, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquirant de nominibus commissariorum et aliorum ministrorum 'præ-

Edward I. A.D. 1307.

Document setting forth the oppressions of the Roman See.

---

[1] 'ac,' Rot.

[2] 'prædicto magistro Willelmo,' Rot.

[3] 'considerationem prædictas nec,' Rot.

[4] Omitted in Rot.

[5] 'ut cassum,' Rot.

[6] 'pecuniam per eos,' Rot.

[7] 'quousque dominus rex de consilio prædicto aliud super hoc duxerit ordinandum. Et ad majorem hujus rei evidentiam ordinatum est et concordatum per dominum regem et consilium prædictum, quod dicti nuncii experti ad dictum dominum papam ex parte dicti domini regis et totius communitatis prædictæ, transmittantur ad prædicta gravamina, oppressiones, extorsiones, et injurias notificanda et exponenda,' Rot.

Edward I. A.D. 1307.

dicti '[1] Willelmi Testa, qui præmissa gravamina, oppressiones, extorsiones et injurias in comitatibus prædictis taliter perpetrarunt aut fecerunt, necnon de nominibus 'ipsorum,'[2] qui coram 'prædictis'[3] commissariis vel ministris aliquem vel aliquos citari vel vocari fecerunt, seu dicta gravamina executi fuerunt. Et omnes illos quos culpabiles in præmissis invenerint, attachient per corpora eorum, ita quod eos habeant coram rege in octavis Sanctæ Trinitatis, ubicunque tunc fuerit in Anglia, ad respondendum tam domino regi quam aliis inde conqueri volentibus super præmissis, et ad faciendum et recipiendum quod curia 'domini'[4] regis consideraverit in hac parte. Et vicecomites habeant ibi nomina eorum, quos inde culpabiles invenerint, et brevia. Mandatum est 'principi Walliæ,'[5] comiti Cestriæ, custodi Scotiæ et justitiariis Hiberniæ, quod ipsi 'similiter'[6] procedant in terris prædictis super negotiis memoratis, et provisionem, concordiam, ordinationem et considerationem prædictas in eisdem terris faciant firmiter et inviolabiliter observari.

A deputation sent to the Pope in the name of the three estates.

'Et ad majorem hujus rei evidentiam, ordinatum est et concordatum per dominum regem, et totum consilium prædictum, quod certi nuncii experti ad dictum dominum papam, ex parte dicti domini regis, comitum, baronum et totius communitatis prædictæ, transmittantur, ad prædicta gravamina, oppressiones, extorsiones et injurias notificanda et exponenda.'[7]

[1] 'prædicti magistri,' Rot.

[2] 'eorum,' Rot.

[3] 'dictis,' Rot.

[4] Omitted in Rot.

[5] 'etiam principi Walliæ et,' Rot.

[6] 'consimiliter,' Rot.

[7] This clause is transposed in Rot. *Vide* preceding page, n. 7.

Rex Scotiæ convertit in Fugam quosdam ex nostris.

Edward I. A. D. 1307.

Anno Domini M.CCCVII. cito post Pascha ille novus rex Scotiæ dominus Robertus de Brus, congregatis multis forinsecus ex insulis, cœpit equitare infra Lowdyan; dederuntque se ei multi exulati per justitiarios domini regis Angliæ qui in anno præcedenti sederant in Scotia super malefactoribus terræ et novo regi consentientibus in consilio, favore et opere. Et quia, secundum legem Anglicanam, judicabant Scotos comburendo, trahendo in equis, et suspendendo, ideo quasi unanimiter levaverunt se et ibant cum eo, volentes potius mori quam Anglicanis legibus judicari. Stipatusque multis et ex numero animatus, processit obviam Anglicis: constituerat enim dominus rex in regno Scotiæ tres custodes cum tribus aciebus: dominum scilicet Henricum de Percy, dominum Emericum de Valence, et comitem Gloucestriæ. At ille novus rex obviavit aciei domini Emerici de Valence, et eam in fugam convertit, paucis tamen interfectis; deinde infra triduum obviavit aciei comitis Gloucestriæ, et cæsis hinc inde multis, fugavit comitem et eum obsedit in castro de Aree, quousque missis exercitibus a rege liberatus est. Turbatusque rex in hoc facto, misit et congregavit exercitum copiosum, sub gravi forisfactura præcipiens ut essent Carlioli parati ad prœlium in tres septimanas Sancti Johannis Baptistæ. Quibus ex jussu regis advenientibus, processerunt cum impetu et irruerunt in eum, ita quod multis occisis fugam iniit, latuitque extunc in moris et mariscis quasi cum decem millibus virorum pedestrium, nec poterant ad eum attingere quoniam lapsus est semper ex manibus eorum. Eodem anno, scilicet,

Bruce assembles an army;

defeats the Earl of Pembroke;

and besieges the Earl of Gloucester in Ayr Castle.

He is defeated and takes refuge in the marshes.

Edward I. A. D. 1307.

Death of William de Hamilton.

Willelmus de Hameldon, decanus Eborum et cancellarius domini regis apud Fontayns, dum reverteretur a parliamento Carlioli, diem clausit extremum, sepultusque est in ecclesia Eborum.[1]

De Morte Regis Edwardi 'primi.'[2]

The King's illness:

Cognita itaque malitia novi regis, misit rex noster magnatibus terræ ut sibi venirent Carliolum parati ad prœlium in quindenam beati Johannis Baptistæ. Interim quia vexabatur rex dissenteria gravi, nec poterant ei loqui nisi cubicularii sui, prædicatum est in populo quia mortuus est rex. Quo cognito, jussit rex omnia præparari ut moveret in Scotiam, movitque castra sua a Carliolo tertio die mensis Julii quasi duobus milliariis, et erat dies Lunæ ; die vero Martis equitavit quasi duo milliaria; et quarta feria requievit; die autem Jovis venit apud Burch-super-Sandes, et ibi disposuit in crastino permanere ; erantque sibi modus et consuetudo singulis quasi diebus in lecto jacere usque ad horam nonam; die vero Veneris cum elevaretur a suis ut comederet, inter manus eorum expiravit. Translatusque est rex ex hoc mundo die translationis Sancti Thomæ archiepiscopi et martyris. Celaveruntque sui mortem regis quousque veniret filius ejus et magnates terræ, et incarcerabantur multi qui mortem regis prædicaverant. Cumque venisset princeps filius ejus et cæteri magnates, ordinaverunt de corpore regis, quod per thesaurarium suum episcopum Cestriæ[3] et totam familiam suam honorifice du-

he dies at Burgh-upon-Sands, Friday, July 7.

---

[1] Elected to the deanery December, 1298, died Thursday, April 20, 1307.

[2] Omitted in MS. Lansdown.

[3] Namely, Walter de Langton, Bishop of Lichfield and Coventry.

Edward I. A. D. 1307.

ceretur ad partes australes, maneretque in ecclesia religiosorum de Waltham donec ordinaretur certum de terra Scotiæ, et vacaret eis intendere sepulturæ; factumque est ita. Remansitque novus rex, et cepit homagia et fidelitates magnatum, et de eorum consilio profectus est usque Rokesburch, et ibi cepit homagia et fidelitates multorum magnatum regni Scotiæ; ordinavitque custodes in Scotia,[1] et reversus est. Tenuitque parliamentum suum apud Northamptonam in quindena Sancti Michaelis, ubi præcepit et statuit firmam pacem servari in regno suo toto, et quod statutum Wincestriæ, super communi pace editum, in omnibus suis articulis servaretur. Ordinavit quoque diem sepulturæ patris sui, diem scilicet Veneris proxime ante festum Omnium Sanctorum; ad quam convenerunt multi magnates utriusque terræ et diversarum regionum. Requievitque corpus prima nocte in ecclesia Sanctæ Trinitatis, secunda vero nocte in ecclesia beati Pauli, et tertia die deferebatur ad ecclesias fratrum Minorum et Prædicatorum, ubi missis auditis, ducebatur in curru ad locum suum Westmonasterium, ubi in crastinum a quinque episcopis quinque missas habuit solemnes, præter missam cardinalis Hispaniæ, qui summo mane pro eo celebravit. Ultimam autem missam celebravit patriarcha Jerosolimitanus, qui erat Dunolmensis episcopus, et officium sepulturæ peregit. Erantque ministri ejus ad altare duo

Edward II. is acknowledged King at Carlisle.

Holds a parliament at Northampton, Friday, Oct. 13.

Edward I. is buried at Westminster, Friday, Oct. 27.

The prelates of this see were often styled "episcopi Cestriæ" by the ancient writers, until the erection of the latter place into a bishopric by Henry VIII.

[1] The King appointed Aylmer de Valence guardian and lieutenant of Scotland by letters patent dated at Tinwald, August 30. Rymer, Fœdera, ii. 4. He shortly after resigned his commission, which was then conferred on John, Earl of Richmond, by writ of Privy Seal, bearing date September 13. Rymer, Fœdera, ii. 6.

Edward I. A.D. 1307.

episcopi, Wintoniensis[1] scilicet qui evangelium, et Lincolniensis[2] qui epistolam perlegerunt. Appositusque est ad patres suos rex fortissimus, prudentissimus, et sapientissimus, anno ætatis suæ sexagesimo octavo, et regni sui tricesimo quinto.[3]

---

[1] Henry Woodlock, *alias* Merewell, formerly Prior of St. Swithun's, Winchester.

[2] John d'Aldreby.

[3] This terminates the portion of Hemingburgh given in MS. Lansdown, 239. After 'quinto,' in a contemporary hand, is written, "Expliciunt tres libri compilati a domino Waltero Hemingburght canonico de Gyseburne, de gestis Anglorum ab adventu Willelmi Bastardi Conquæstoris usque ad mortem strenuissimi regis Edwardi primi post conquæstum." MS. C. C. C. Cant. 250, concludes the reign of Edward I. at fol. 136, b., and continues the history of Edward II. on the following page (f. 137, a.) thus, "Liber Quartus. De Coronatione Regis Edwardi Secundi et Martyris."

LIBER QUARTUS.

'*De Coronatione Regis Edwardi Secundi et Martyris.*'[1]

Edward II. A. D. 1307.

MORTUO itaque strenuissimo rege Edwardo et sepulturæ tradito, successit ei in regnum Edwardus, filius ejus et hæres, anno ætatis suæ vicesimo quarto.[2] Hic missis nunciis solemnibus ad regem Franciæ, petiit sibi filiam suam dari in uxorem, secundum quod prius ordinaverat bonæ memoriæ Bonifacius papa. Qui votis ejus annuens, liberaliter concessit, et de die solemnitatis faciendæ convenit cum nunciis. Transfretavit rex noster cum magnatibus suis, et Parisius[3] duxit eam solemniter in

Accession of Edward II.

A. D. 1308.

His marriage with Isabella of France,

[1] 'De Rege Edwardo Secundo,' MSS. C. C. C. Cant. 100, and Coll. Trin.

[2] The commencement of the reign of Edward II. is stated in the Red Book of the Exchequer to have been the 7th of July: "Data regis Edwardi filii regis Edwardi mutatur singulis annis in festo translationis Sancti Thomæ martyris, videlicet VII. die Julii." But there is evidence to prove that his reign did not commence until the 8th; an instrument entered on the Close Rolls, m. 1, d., is dated "Monday, on the feast of the translation of St. Thomas the Martyr (July 7), which ends the second year of King Edward, son of King Edward." Also in MS. Cott. Nero C. viii. f. 32, which contains the wardrobe accounts of this king, we find a memorandum of 31*l*. 18*s*. being due to Sir John de Wygeton as wages, from the eighth day of July, *beginning* the third year of the King, to the last day of October in the same year.

[3] The King's marriage was celebrated at Boulogne, as appears by the following extract from a memorandum on the Fine Rolls, 1 Edw. II. m. 9: "Memorandum quod die Mercurii proxima post festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis anno regni regis Edwardi filii regis Edwardi primo, idem rex rediens de partibus transmarinis, videlicet de Bononia-supra-mare, ubi dominam Isabellam filiam regis Franciæ duxerat in uxorem, applicuit apud Dovor' in bargia sua, circa horam nonam,"—which is corroborated by Thomas de la More (p. 593) and Walsingham. Hist. Angl. 95.

Edward II. A. D. 1308.

Sunday, Jan. 28.

He is crowned at Westminster, Sunday, Feb. 25.

Holds a Council, March 4.

uxorem, eodem scilicet anno Domini M.CCCVII. quinto kalendas Februarii, quæ Dominica dies erat. Reduxitque eam in Angliam,[1] et coronatus est[2] cum ea Londoniis post mensem, sexto scilicet kalendas Martii, quæ erat Dominica, et festum Sancti Mathiæ apostoli, lætantibus et exultantibus populis utriusque terræ. Factaque solemnitate, misit rex magnatibus suis ut convenirent apud Westmonasterium, tractaturi et ordinaturi in tribus articulis, de statu scilicet ecclesiæ, quæ retroactis temporibus iverat in declivum; de statu coronæ quam de novo sumpserat, quomodo secundum Deum et justitiam deberet gubernari; et de pace terræ, quomodo deberet in populo observari. Quibus auditis, respondit ille nobilis consiliator, comes Lincolniæ, qui esse 'solebat'[3] capitalis consiliarius regis mortui, "Benedictus Deus optimus, qui post regem sapientissimum dedit nobis principium boni regis; et quis est qui in tali mandato non delectet? certe in talibus gaudere debemus, et ad completionem istorum trium articulorum tota mentis intentione insistere vigilanter. Nunc autem si placuerit quod respondeam, rogo ut eleventur manus ad Deum ab hiis omnibus quibus mea responsio rationabilis videatur. Ecce carissimi mei, si laborare debemus et hic sumptuose morari, expedit ut labor noster sic fructuosus sit ut permaneat." Et dirigens vultum ad nuncios, ait: "Nunc autem petimus quod dominus noster rex scripto confirmet quod ex parte ipsius ore protulistis, se scilicet ratum habere et firmum quicquid in præmissis, inspirante Domino,

[1] They landed at Dover, Wednesday, February 7. Rot. Fin. 1 Edw. II. m. 9.

[2] The coronation roll of this King is printed in Rymer, Fœdera, ii. 33 *et seq.*, together with the coronation oath, which latter document merits peculiar attention, being the earliest specimen of the kind we possess.

[3] 'scribebat,' MSS. C. C. C. Cant. 100, and Coll. Trin.

duxerimus ordinandum." Placuitque ista responsio cunctis, et elevaverunt manus in cœlum universi qui aderant, præterquam duo nuncii missi, comes scilicet Lancastriæ et dominus Hugo le Despenser. Et comes ad eos: "Cur cum cæteris manus non elevatis, nonne nobiscum pares estis et consortes in regno? vivit Dominus, si nobiscum non consenseritis, eritis nobis extranei et quasi capitales inimici." At nuncii, "Parcatis nobis, domine, quia pro utilitate regni vobiscum semper erimus in fide stabiles; sed quoniam de voluntate regis nondum constat, revertemur ad eum, et certificabimus nos absque ulla mora." Abieruntque, et reversi sunt, dicentes ex parte regis quod noluit eos rex ulterius fatigare ad præsens, sed cum actionibus gratiarum reverterentur ad propria usque in quindenam Paschæ; et tunc Londoniis ad parliamentum suum venirent de præmissis tractaturi. Edward II. A. D. 1308.

Quomodo Rex ditavit Petrum de Caberston Wasconiensem.

In vita patris sui habuit rex quendam militem sibi familiarissimum de Wasconia oriundum, quem cum esset princeps Walliæ, quasi ex nihilo suscitaverat,[1] et pro amoris magnitudine quo dilexit eum pro posse ditaverat, Petrum de Caberston proprio nomine nominatum. Hunc cum adhuc uberius promovere vellet, vocavit ad se thesaurarium patris sui, quem pater suus rex singulariter dilexit, et a clerico paupere usque in episcopalem gradum fecerat promoveri; erat enim episcopus Cestriæ et ordinator negotiorum History of Piers Gaveston.

[1] Edward I. caused Piers Gaveston to be educated with the Prince of Wales, in reward for the brave services of his father. Trokelowe, Annal. Edw. II. ed. Hearne, p. 5.

Edward II. A.D. 1307.

History of Piers Gaveston.

arduorum totius regni, sicut homo imaginosus et cautissimus, nomine Walterus de Langeton. Misitque eum ad regem patrem suum pro eodem negotio: et dixit regi, "Domine mi rex, ex parte domini mei domini principis filii vestri missus, licet invitus, vivit Dominus, ut ipsius nomine petam a vobis quod bachalarium suum, dominum Petrum de Caberston, possit promovere, de licentia vestra, ad comitatum de Pontyff." Et iratus rex 'nimis, ait:'[1] "Quis es tu, qui talia audes postulare? Vivit Dominus nisi esset timor Domini, et quod ab initio dixisti, quod invitus suscepisti negotium, non evaderes manus meas. Nunc autem videbo, quid dicturus erit qui misit te, et non recedas." Quo vocato, dixit ei rex; "Quid negotii misisti per hominem istum?" Qui ait, "Ut cum pace vestra dare possem domino Petro de Caberston comitatum de Pontyff." Et ait rex, "Fili meretricis, male generate, vis tu modo terras dare qui nunquam aliquas impetrasti? Vivit Dominus, nisi esset timor dispersionis regni, nunquam gauderes hæreditate tua." Et apprehensis capillis utraque manu, dilaceravit eos in quantum potuit, et in fine lassus ejecit eum. Statimque, vocatis proceribus suis, qui cum eo erant in guerra sua versus Scotiam, et, communicato cum eis consilio, fecit ipsum dominum Petrum de Gaverston jurare, quod ipso vivente neque mortuo nunquam a filio suo terras acciperet, et quod exularet a regno Angliæ suo perpetuo, certum diem habens ut exiret sub pœna capitis; qui sic ita fecit. Fecitque rex filium suum jurare quod nunquam ei terras daret. Mortuo autem rege, et nondum adhuc sepulto, misit ipse filius novus rex celeres nuncios, et revocavit

He is banished by Edward I.

Recalled by Edward II.,

---

[1] 'minis ait,' MS. C. C. C. Cant. 100.

Petrum. Deditque ei, irrequisitis magnatibus suis, comitatum Cornubiæ,[1] et exaltavit eum supra omnes propinquos ejus et parentes. Ipse vero Petrus sic elevatus supra se despexit alios, et in fine despectus est. Cumque duceretur corpus regis mortui a loco quo obiit ad partes australes per modicas dietas, ipse filius novus rex cum domino Petro præcessit a longe. Dominus vero thesaurarius episcopus Cestriæ prædictus fecit comitivam corpori regis mortui, et omnem honorem quem potuit eidem exhibebat. Cumque venisset apud Waltham juxta Londonias, et esset cum corpore, rex novus et dominus Petrus conjuraverunt contra eum, pro eo quod in vita patris noluit eis omnia ad libitum ministrare de thesauro patris regis mortui; et missis militibus, comprehenderunt eum, et posuerunt eum in Turri Londoniis, et deinde de castro in castrum per multa tempora; nec voluit liberare eum rex ad mandatum papæ, neque ad rogatum duorum archiepiscoporum Cantuariæ et Eborum cum clero suo vel magnatum regni sui, sed semper eum tenuit in carcere, et omnes terras suas, quas ipse adquisierat in vita patris sui regis, ad valentiam quinque millia marcarum annuatim, in manu sua seisivit,[2] omnesque exitus illarum dedit domino Petro. Ipse vero rex et Petrus thesaurum ipsius episcopi apud Novum Templum Londoniis reconditum, ceperunt, ad summam quinquaginta millia librarum argenti, præter aurum multum, jocalia, et lapides pretiosos, quos et quæ quasi omnia

Edward II. A.D. 1307.

and created Earl of Cornwall.

The Lord Treasurer committed to the Tower.

---

[1] Piers Gaveston was created Earl of Cornwall by charter, dated at Dumfries on the 6th of August, 1307. Rymer, Fœdera, ii. 2.

[2] The possessions of Walter, Bishop of Lichfield and Coventry, were seized into the King's hand by writ of Privy Seal, dated at Clipston on the 20th of September, 1307. Rymer, Fœdera, ii. 7.

Edward II. A. D. 1308.

dedit ipse rex Petro; erant enim ambo præsentes cum cistæ frangerentur. Et adhuc non erat sepultum corpus patris sui. Deditque ei totum thesaurum patris sui regis, centum mille libras argenti, præter aurum, et lapides pretiosos et jocalia multa; quæ quasi omnia ipse Petrus per manus mercatorum transmisit in patriam suam: rex vero principali mercatori domini Petri, domino scilicet dedit unam baroniam in Lindesaya pro suis meritis. Audientes vero comites et magnates terræ et videntes mirabilia quæ a rege gesta sunt, indignati sunt valde; missisque ad eum nunciis, induxerunt eum ut teneret parliamentum; et fecit sic.

Altercatio inter Regem et Magnates pro dicto Petro. Et de Reditu Domini Jacobi Brus in Northumbria.

Parliament at London, April 28.

Anno Domini M.CCCVIII. in quindena Paschæ tenuit rex parliamentum suum Londoniis, et magna fuit altercatio inter regem et comites suos pro domino Petro, ita quod obtinuerunt comites meliorem partem, dicentes ipsum Petrum esse excommunicatum et perjurum: et assignatus est dies transfretandi in terram nativitatis suæ, in crastino Sancti Johannis Baptistæ. Interim reversus est dominus 'Robertus'[1] de Brus ex insulis, et a longa infirmitate sua, qua venenum sumpserat, plene curatus, cœpit exercere multas strages in Northumbria; propter quod dominus rex in festo Sancti Hilarii misit ad eum solemnes nuncios, comitem scilicet Gloucestriæ et alios duos comites, et quosdam cum nunciis domini papæ, qui ad hoc specialiter venerant, ut de pace tractarent vel treuga; et inierunt cum eo treugas

Sentence of banishment against Gaveston.

Bruce ravages Northumberland.

Truce with Scotland.

[1] 'Jacobus,' MSS. C. C. C. Cant. 100 and 250.

usque in festum Omnium Sanctorum anni sequentis. Edward II, A. D. 1309.

Concesserunt Magnates Regi XXV. *Denarium in Parliamento Londoniis.*

Anno Domini M.CCCIX. in quindena Paschæ tenuit rex parliamentum suum Londoniis, et concesserunt sibi magnates XXV. denarium pro confirmatione Magnæ Chartæ et Chartæ de Foresta, et noluerunt consentire regi ut Petrus remaneret comes Cornubiæ. Propter quod, ad rogatum regis, in crastino Sancti Jacobi apostoli convenerunt iterato magnates apud Stamfordiam, et interim fecit rex ipsum Petrum ducere in uxorem sororem[1] comitis Gloucestriæ; et sic, mediante rege et ipso comite cujus sororem duxerat, consenserunt aliqui ex comitibus quod iste Petrus remaneret comes pro termino vitæ suæ. Iteratoque tenuit rex secretum parliamentum apud Eborum XVIII. die mensis Octobris, et noluerunt ibi venire propter Petrum, quinque comites, scilicet Langcestriæ, Lincolniæ, Warewik, Oxoniæ et Arundel: propter quod ordinavit rex tenere ibidem magnum parliamentum suum in crastino Purificationis Beatæ Mariæ,[2] cum omnibus magnatibus regni sui Angliæ, Walliæ et Hiberniæ. Ordinavitque et misit rex apud Carliolum comitem de Herford et dominum Robertum de Clyforde in præsidium contra Scotos, etiam dominum Henricum de Beaumund apud Berwich; qui post multa mala per ipsos Scotos in confiniis

A. D. 1309. The Charters reconfirmed.

The barons meet at Stamford, July 26.

Marriage of Gaveston with the King's niece.

The barons refuse to attend the parliament at York, Saturday, Oct. 18.

A. D. 1310.

Feb. 3.

The truce with Scot-

[1] This lady was Margaret, niece of King Edward, being the daughter of Gilbert de Clare, seventh earl of Gloucester, and Joan of Acre, second daughter of Edward I.

[2] Tyrrel says that the writs for assembling this parliament are dated at York on the 26th of October.

Edward II. A.D. 1310.

land prolonged.

perpetrata, data pecunia inierunt cum eis treugas[1] usque in crastinum Sancti Hilarii. Prolongatumque est parliamentum usque ad Quadragesimam, et mutatus est locus usque Londonias.

The barons meet at Westminster and appoint a committee of ordainers.

In principio vero Quadragesimæ tenuit rex parliamentum suum magnum Londoniis, et venerunt ibidem comites cum armis et equis.[2] Et post multas altercationes, concessit rex stare ordinationi quatuor episcoporum, quatuor comitum, et quatuor baronum; et quod in quindena Paschæ certæ personæ eligerentur Londoniis, ubi statuit parliamentum teneri eodem tempore. Interim fecit rex XXV. denarium levari, quem concesserant magnates ut supra. Papa vero exegit a clero quasi tres decimas eodem anno.

Ordinatio XII. *Magnatum per Cartam Regis de Statu Regni.*

Anno Domini M.CCCX. tenuit rex parliamentum suum Londoniis in quindena Paschæ. Veneruntque ibi comites et cæteri magnates in manu forti. Et compulsus est rex adimplere quæ promiserat; electique sunt duodecim, ut prædictum est: quatuor scilicet episcopi, quatuor comites, et quatuor barones.[3] Quibus dedit rex per literas suas patentes[4] plenam potestatem tractandi et

Committee appointed to

[1] The letters patent, appointing the commissioners to negotiate this truce, are dated on the 16th of February, 1310.

[2] This was in direct opposition to the King's command, who had issued a proclamation on the 7th of February, inhibiting any persons bearing arms to attend his parliament.

[3] The ordainers, twenty-one in all, were sworn on the 20th of March in the great painted chamber at Westminster. *Vide* MS. Cott. Claud. D. ii. f. 276, where their names, together with the form of the oath and manner of election is also given.

[4] Hemingburgh here alludes to the letters-patent granted March 16 to the whole estate of nobles, authorising them to elect a committee for settling the affairs of the kingdom and the royal household.

ordinandi ad honorem Dei et ecclesiæ suæ sanctæ de statu suo, hospitii, et regni sui. Deditque diem usque ad festum Sancti Michaelis, et si perficere non possent quod vellent in spatio tam brevi, a die prædicta usque ad festum Sancti Michaelis anni sequentis; promittens se fideliter observaturum quicquid, auctore Domino, statuendo ordinarent. Et si contingeret medio tempore ex illis duodecim aliquem in fata decedere, quod statim alius ejusdem conditionis per residuos undecim eligeretur et loco suo poneretur.[1] Ipsi vero potestatem talem adepti, et per certas personas electi, convenerunt Londoniis et ordinaverunt multa, prout inferius patebit suo loco.

Edward II. A.D. 1310.

reform the government.

Fractis Treugis.

Interim fractis treugis ex parte Scotorum, cum multa mala fecissent, congregavit rex exercitum grandem, et omne servitium suum militare mandavit ut die Assumptionis beatæ Mariæ essent cum equis et armis apud Novum Castrum parati. Veneruntque cum rege comes Gloucestriæ, comes Warennæ, et comes Cornubiæ quem de novo creaverat, dominus Henricus de Percy, dominus Jacobus de Clyfford, et multi alii barones et magnates. Comes vero Lincolniæ, quem præfecerat rex custodem totius Angliæ in absentia sua, comes Langcestriæ, comes de Penbrok, comes de Warwick et comes de Hereford, non iverunt cum

The King prepares to invade Scotland.

Aug. 15.

[1] The words of the patent are to this effect: "And if peradventure it shall happen that part of those who shall be chosen to make the said ordinances shall be hindered by death, sickness, or other reasonable cause, which God forbid! so as they cannot perfect the said ordinances, then it shall be lawful for such as are present to proceed by themselves, or call such other to their assistance as shall be most for the honour of us," &c.

Edward II. A. D. 1310.

Proceedings of the Ordainers.

rege propter Petrum.[1] Servitium autem suum mandaverunt, et ipsi cum domino archiepiscopo Cantuariensi Londoniis viriliter insisterunt circa ordinationes suas. Ita quod die Omnium Sanctorum ipse dominus archiepiscopus in ecclesia Sancti Pauli Londoniis, intra missarum solemnia quæ celebravit, facto sermone ad populum, coram ipsis comitibus, cum omnibus suffraganeis suis in pontificalibus revestitis, excommunicavit omnes impedientes ordinationes suas, vel eorum secreta revelantes in toto vel in parte, usque ad communem earundem publicationem; adjecitque, quod omnium erat unavoluntas ordinare talia quæ essent ad honorem Dei, exaltationem ecclesiæ et regni, et communem quietem populi. Rex vero cum suis profectus in Scotiam, et nullo invento obstaculo, consumpsit, combussit, et omnia quæcunque voluit fecit, usque ad mare Scotiæ; et superniente hieme reversus est usque ad Berewick super Tuedam, et hiemavit ibi cum regina uxore sua et magnatibus suis. Adveniente vero mense Martii, cœpit rex equitare in Scotiam; et cum nullum invenisset obstaculum, defeceruntque paleæ pro pabulo equorum, reversus est iterato ad Berewick et mansit ibidem. Misitque novum comitem Cornubiæ cum robore exercitus contra Scotos, ut nomen sibi acquireret et laudem. Qui mare Scotiæ transiit, et strenue se[2] per multos dies; ad factum tamen bonum non potuit pervenire pro eo quod Scoti, eum fugientes, in montibus et mariscis sua semper receptacula habuerunt.

King Edward marches into Scotland, Sept.

A. D. 1311. He returns to Berewick.

Concilium Provinciale apud Eborum.

Provincial council at

Eodem anno undecimo die Maii apud Eborum in ecclesia cathedrali, ex mandato speciali domini

[1] Piers Gaveston.

[2] *Sic* MSS. probably se gessit.

papæ, tenuit dominus archiepiscopus concilium provinciale. Prædicavitque, et erat suum thema; "Omnes isti congregati venerunt tibi;" factoque sermone, recitavit et legi fecit bullam domini papæ, qua citatus fuerat ad concilium generale, quod fieri et teneri ordinaverat dominus papa mense Octobris proximo sequente apud Viennam, legique fecit sequentem bullam horribilem contra Templarios, qui, ex ordinatione ipsius domini papæ, per universos reges in singulis terris per universum orbem capti primo fuerant, omnes in uno die, die scilicet Mercurii infra octavas Epiphaniæ Domini, anno ejusdem Domini M.CCCVII. et certæ custodiæ deputati. Omnesque terræ illorum erant confiscatæ; nec habebant in Anglia ex omnibus bonis suis, nisi singuli eorum singulis diebus quatuor denarios ex bursa regis. Tenor bullæ papalis talis est.

Edward II. A. D. 1311.

York, May 11.

Persecution of the Knights Templars.

Bulla Papalis.

"Clemens[1] episcopus, etc., ad certitudinem præsentium et memoriam futurorum. Faciens misericordiam cum servo suo Dei filius Dominus Jesus Christus, ad hoc nos voluit in speculo eminenti apostolatus assumi, quod gerentes licet immeriti vices ejus in terris, in cunctis nostris actibus et processibus ipsius vestigia, quantum patitur humana fragilitas, imitemur. Sane dudum, circa nostræ promotionis ad apicem summi pontificatus initium, et antequam Lugdunum, ubi recepimus nostræ coronationis insignia,

A. D. 1308. Bull of Pope Clement.

[1] A bull on the same subject, and, for the most part, in the same words, addressed by Pope Clement to the Archbishop and Suffragans of Canterbury, and dated on the 2nd of the Ides of August (or four days after this), will be found in the Fœdera, ii. 55, printed from the Winchelsey Register at Lambeth.

Edward II. A.D. 1308.

Bull of Pope Clement.

veniremus, et post tam ibi quam alibi secreta quorundam nobis insinuatio intimavit, quod magister, præceptores et alii fratres ordinis militiæ Templi, et etiam ipse ordo, qui ad defensionem patrimonii ejusdem Domini nostri fuerant in transmarinis et aliis partibus deputati, contra ipsum Dominum in scelus apostasiæ nefandæ, et detestabile idololatriæ vitium, execrabile facinus Sodomorum, et hæreses varias erant lapsi. Quia vero non erat verisimile, nec credibile videbatur, quod viri tam religiosi, qui præcipue pro Christi nomine suum sæpe sanguinem effuderunt, ac personas suas mortis periculo frequenter exponere credebantur, quique multa et magna, tam in divinis officiis quam in jejuniis et aliis observantiis devotionis signa frequentius prætendebant, suæ sic essent salutis immemores, quod talia perpetrarent, hujusmodi insinuationi ac delationi, ipsius Domini nostri exemplis ac canonicæ scripturæ doctrinis, aurem noluimus inclinare. Demum vero carissimus in Christo filius noster Philippus, rex Franciæ illustris, cui eadem facinora fuerant nunciata, non typo avaritiæ, cum de bonis Templariorum nil sibi vendicare vel appropriare intendit, immo ea per deputandos a nobis gubernanda, custodienda et observanda liberaliter ac devote dimiserit, manum suam totaliter amovendo, et senescallis et ballivis et aliis suis officialibus, necnon ducibus, comitibus, baronibus, et aliis subditis quibuscunque per suas patentes literas mandaverit, ut curatoribus, administratoribus generaliter in regno Franciæ deputatis a nobis, et deputatis a singulis archiepiscopis et episcopis in suis civitatibus et diœcesibus, bona mobilia et immobilia dictorum Templariorum, quæ prædicti officiales regii et alii subditi ceperunt et tenent, tradant in-

Bull of Pope Clement.

tegraliter et realiter indilate; et quod eosdem administratores tueantur et defendant, quoad custodiam et administrationem dictorum bonorum, cum fuerint requisiti: sed fidei orthodoxæ fervore, suorum progenitorum vestigia clara sequens, accensus, de præmissis, quantum licite potuit, se informans, ad instruendum et formandum nos super has, multas et magnas nobis informationes per suos nuncios et literas destinavit. Infamia vero contra Templariorum increbrescente validius super sceleribus prædictis, et quia quidam milites ejusdem ordinis coram nobis secreto deposuerunt jurati, quod in receptione fratrum prædicti ordinis hæc consuetudo, vel verius corruptela, servatur, quod ad recipientis suggestionem qui recipitur Ihesum negat, et in crucem sibi ostensam spuit in vituperium crucifixi, et quod quædam alia faciunt recipiens 'et'[1] receptus, quæ licita non sunt et obviant honestati, prout alter eorum tunc confessus, extitit coram nobis; vitare nequivimus, urgente nos ad id officii nostri debitum, quin tot et tantis clamoribus accommodaremus auditum. Cumque demum fama publica deferente ac clamosa insinuatione dicti regis, necnon et ducum, comitum et baronum et aliorum nobilium, cleri quoque ac populi dicti regni Franciæ ad nostram propter hoc, tam per se quam per procuratores et 'subditos,'[2] præsentiam venientium, quod dolentes referimus, ad nostram audientiam pervenisset, quod magister, præceptores et alii fratres dicti ordinis et ipse ordo præfatis et pluribus aliis erant criminibus irretiti: ac præmissa probare per multas confessiones, attestationes et depositiones præfati magistri et plurium præceptorum

---

[1] Supplied from the Winchelsey Reg. [2] 'syndicos,' Winch. Reg.

Edward II. A. D. 1308.

Bull of Pope Clement.

et fratrum ordinis prælibati, coram multis prælatis et hæreticæ pravitatis inquisitore in regno Franciæ factas, habitas et receptas, et in publicam scripturam redactas, nobisque ac fratribus nostris ostensas, quodammodo viderentur. Quia fama et clamores prædicti in tantum invaluerant et ascendant, tam contra ipsum ordinem quam personas singulares ejusdem, quod sine gravi scandalo dissimulari non poterant, nec absque imminenti periculo tollerari; nos, Illius, cujus vices in terris gerimus, vestigiis inhærentes, ad inquirendum de prædictis ratione prævia duximus procedendum, multisque de præceptoribus, presbyteris, militibus et aliis fratribus prædicti ordinis reputationis non modicæ in nostra præsentia constitutis, præstito ab eis juramento quod super præmissis meram et plenam nobis dicerent veritatem, super præmissis interrogavimus et examinavimus, quibusdam ex fratribus nostris nobis assistentibus diligenter; eorumque confessiones, per publicas manus in authenticam scripturam redactas, illico in nostra et dictorum fratrum nostrorum præsentia, ac demum, interposito aliquo dierum spatio, in pleno consistorio legere fecimus coram ipsis, ac in suo vulgari cuilibet eorum exponi; qui perseverantes in illis, eas expresse et sponte, prout recitatæ fuerant, flexis genibus, manibusque complosis, lachrymabiliter, devote, ac humiliter supplicantes, quod nos eis tam a prædictis reatibus, quam excommunicationis sententia quam incurrerant, pro præmissis absolutionis dignaremur beneficium impertiri, quod eis juxta formam ecclesiæ duximus concedendum, approbarunt. Verum quia in universis mundi partibus per quas idem ordo diffunditur, ac iidem fratres degunt ipsius, super hiis non possumus inquirere per nosmetipsos, ut nostra

Edward II. A. D. 1308.

Bull of Pope Clement.

cum aliis, juxta doctrinam apostoli, onera partiamur, inquisitionem hujusmodi per venerabiles fratres nostros diœcesanos episcopos in suis diœcesibus et aliis deputatos a nobis contra singulares personas præfati ordinis, et per eosdem per nos etiam deputatos contra ipsum ordinem fieri mandavimus, juxta nostrarum, quas super hoc eis dirigimus, continentiam literarum. Volentes igitur, ut eadem inquisitio ad Dei honorem, et fidei catholicæ observationem, et totius Christianitatis utilitatem, finem debitum sortiatur, citamus tenore præsentium peremptorie locumtenentem supradicti magistri, et conventum dicti ordinis, in regno Cypri, omnesque et singulas personas ipsius, sive sint presbyteri sive clerici, milites, præceptores, servientes, et alios quoscumque fratres ejusdem ordinis, in regno prædicto vel aliis partibus quibuscumque transmarinis morantes seu existentes, ex quacunque causa ibidem fuerant, illos videlicet qui nostra auctoritate capti et detenti non sunt, quod ipsi et eorum quilibet coram dictis diœcesanis et per nos eis adjunctis quos præmittitur decrevimus deputandos, in termino quem ipsi per eorum publicum edictum citationes statuerant, causa dicendi coram eis de prædictis omnibus veritatem; ac demum illi, qui de eadem auctoritate nostra capti non fuerunt vel detenti, personaliter, et ipse conventus per idoneos syndicos vel defensores coram nobis in generali concilio, quod Viennæ in kalendas Octobris ad duos annos congregari mandavimus, tam nominibus suis propriis quam ordinis prælibati comparere procurent, seipsos et ipsum ordinem, si voluerint, super prædictis legitime defensuri, et justam, dante Domino, sententiam vel ordinationem nostram humiliter recepturi; non obstantibus privilegiis eidem ordini

Edward II. A. D. 1308.

Bull of Pope Clement.

et personis ipsius ab apostolica sede concessis, per quæ effectus præsentium posset quomodolibet impediri. Quod si prædictis contempserint comparere, nihilominus contra ipsos ad inquirendum et sententiandum seu ordinandum eorum contumaciam, divina replente præsentia, procedetur, negotii qualitate, justitia et æquitate pensatis. Ut autem hujusmodi nostra citatio ad communem omnium personarum prædicti ordinis notitiam deducatur, eam in palatio apostolico publice, præsente fidelium multitudine copiosa, et in audientia publica legi et publicari, necnon chartas et membranas, citationem continentes eandem, in majoris ecclesiæ Pictaviæ affigi ostiis seu super liminaribus faciemus, quæ citationem ipsam sic quasi sonoro præconio et patulo indicio publicabunt, ita quod hii, quos citatio ipsa continget, nullam possint excusationem prætendere quod ad eos talis citatio non pervenerit, vel quod ignoraverint eandem, cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicetur.

Thursday, Aug. 8.

Datum Pictavis VI. idus Augusti, pontificatus nostri anno tertio." Lectisque sic bullis prædictis, adjecit archiepiscopus quod a procuratore suo, in curia Romana constituto, literas acceperat certas die proximo præcedente, quod dominus papa, de consilio cardinalium suorum, prolongaverat usque in annum sequentem, propter quod dimisit unumquemque in locum suum.

A. D. 1311.

Death of the Earl of Lincoln,

Eodem anno obiit comes Lincolniensis Henricus, cui successit filia sua unica,[1] quam comes de Lancestria duxerat in uxorem, et sic accreverunt ei duo comitatus cum honore de Ponte-

[1] This lady was Alice de Lacy, who espoused Thomas Plantagenet, Earl of Lancaster, in 1311, and, after his decease, married Eubold le Strange.

fracto; factusque est extunc comes ditissimus, habens integros quinque comitatus.[1]

Edward II. A.D. 1311.

Obiit Episcopus Dunolmensis Patriarcha Jerosolimitanus.

Anno Domini M.CCCXI. Anthonius Dunolmensis episcopus et patriarcha Jerosolimitanus, apud Eltham, in principio Quadragesimæ, in finem anni decimi, infirmatus decubuit; sepultusque est honorifice in ecclesia sua Dunolmensi in crastino apostolorum Philippi et Jacobi, quæ erat dies Dominica, anno patriarchatus sui quinto, et consecrationis episcopatus sui vicesimo octavo. Cui successit Ricardus de 'Kellaw,'[2] de gremio ejusdem ecclesiæ Dunolmensis electus die Veneris[3] proxima ante Dominicam Palmarum, die Pentecostes in ecclesia cathedrali Eborum per Willelmum archiepiscopum consecratus. Qui quidem archiepiscopus officium sepulturæ prædicti Anthonii Dunolmensis episcopi et patriarchæ personaliter fecit die Dominica supradicta, et crastino Inventionis Sanctæ Crucis capitulum Dunolmense pacifice et absque aliqua contradictione visitavit, prædicavitque in pleno capitulo, et erat suum thema: "Eratis aliquando sicut oves errantes, nunc autem conversi estis ad pastorem et episcopum animarum vestrarum."[4] Die vero sequente proximo visitavit archidiaconatum Dunolmensem, totum scilicet clerum, in ecclesia Sancti Nicholai, et die sabbati proximo sequente visitavit Dernyngton;[5]

The Bishop of Durham dies at Eltham.

Sunday, May 2.

Election of Richard de Kellawe.

Visitation of Durham, Saturday, May 4.

[1] These were the earldoms of Lancaster, Chester, Leicester, Lincoln, and Salisbury.

[2] 'Bellaw,' MSS.

[3] We should here read 'die Mercoris,' or Wednesday, March 31, as given in Godwin's Catalogue and Wharton's Anglia Sacra.

[4] 1 Pet. ii. 25.

[5] Darlington, in the county of Durham, a college of St. Cuthbert, founded by Hugh Pudsey.

Edward II. A. D. 1311.

et sic caute fecit et bene ordinavit, quod antequam confirmaretur electus Dunolmensis habuit suam pacificam visitationem, quæ a multis retroactis temporibus fuerat contradicta.

Inquisition upon the Templars, in the province of York.

Interim dominus archiepiscopus, ex præcepto domini papæ, cum quodam abbate et uno archidiacono, quos a transmarinis partibus dominus papa ad hæc specialiter transmiserat, fecit singularem inquisitionem a singulis Templariis, et examinari fecit unumquemque Templarium per se super præmissis in supradicta bulla contentis. Misitque ad singula monasteria et ad magistros theologiæ totius provinciæ suæ certos articulos a quibusdam Templariis confessatos, super quibus usque ad concilium suum provinciale præcepit eis libros consulere, et in eodem concilio ad singulos articulos consultius respondere.

Articles propounded concerning them.

Articuli vero erant isti. "Quidam de Templariis, apud Eborum examinati, confessi sunt quod magnus magister ordinis, visitatores et præceptores, qui sunt laici et quidam eorum milites, possunt fratres suos absolvere, et eos absolvunt in capitulo, injungendo eis pœnitentiam pro peccatis. Quæritur, utrum ex hac confessione possint et debeant tanquam hæretici condemnari? Item confessi sunt, quod fratres illius ordinis statim in admissione sua sunt professi, et quod jurant se non exire ordinem sine licentia ejus qui eam dare potest. Quæritur, utrum hoc sit erroneum, et si sic, anne sapiat hæreticam pravitatem? Item confessi sunt, quod in receptione fratrum non debent esse aliqui præsentes nisi fratres; et quod modus receptionis eorum est de secretis capituli, adeo quod nec possunt nec debent eum extraneis revelare. Quæritur, utrum istud sit illicitum vel erroneum? et utrum tam suspicionis contra ordinem quam modus professionis in se contineat hæreticam

Edward II. A. D. 1311.

Articles concerning the Templars.

pravitatem? Item, quia super primo articulo de absolutione impendenda a laico, multi de Templariis deponunt contrarium, dicentes, quod nec magnus magister ordinis, nec aliquis alius laicus potest absolvere fratres, nec pœnitentiam eis injungere pro peccatis. Quæritur, an istorum depositiones tollant vel minuant depositiones aliorum? et dato quod non, an sit contra alios pronunciandum, et per quem modum? et si non sit pronunciandum, quid fuerit faciendum? Item cum dominus papa in suis literis Templarios diffamatos et violenter suspectos de hæresi esse perhibeat, et multos de ordine magnæ reputationis viros coram se et cardinalibus ac aliis multis sponte in jure confessos fuisse quod in professione sua Christum abnegant, et in crucem exspuunt, etc. Et per nos examinati confessi sunt se credere quod idem est modus recipiendi fratres suos et professionis faciendæ ubique. Quæritur, utrum isti per nos examinati vehementer de hæresi sint suspecti, adeo ut, nisi legitime se purgaverint, debeant anathematizari, vel si a purgatione sint exclusi propter præsumptionis violentiam contra ipsos? Et si ad purgationem admitti debeant, per quas personas valeant se purgare? Item, ex quo alii multi et magni de ordine professionem hæreticam sunt confessi, et isti nolunt absque tormentis professionem hujusmodi confiteri, quæritur, an sint supponendi quæstionibus et tormentis, licet hoc in regno Angliæ nusquam visum fuerit vel auditum? Et si torquendi sint, utrum per clericos vel laicos? Et dato quod nullus omnino tortor valeat inveniri in Anglia, utrum pro tortoribus mittendum sit ad partes transmarinas, ut prælatis nulla negligentia valeat imputari? Item quæritur, an super istis, vel eorum aliquibus, ante

Edward II. A. D. 1311.

provinciale concilium sit Romanus pontifex consulendus?"

Provincial council.

Vocavitque dominus archiepiscopus iterato ad concilium suum provinciale omnes prælatos provinciæ exemptos, ad diem scilicet lunæ proximam post Ascensionem Domini; et iteravit processum de Templariis, fecitque legi in publico bullam domini papæ horribilem, tenorem qui sequitur continentem.

Litera Papalis de Hæresi.

A. D. 1308.

Bull of Pope Clement concerning the Templars.

"Clemens episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad omnium fere notitiam jam credimus pervenisse nefanda scelera et crimina abhorrenda hæresis notoriæ, supra quibus ordo et personæ Templariorum, non levibus argumentis sed manifestis indiciis et violentis præsumptionibus, diffamati noscuntur, super abnegatione Domini Salvatoris nostri Jesu Christi, et super nefanda, temeraria et præsumptuosa et hæretica conspuitione super imaginem ejusdem crucifixi, necnon et super pluribus aliis articulis, quos, quia credimus fore inanitos, exprimi non oportet. Sicque crebrescente infamia, etiam imminentibus scandalis plurimis minime contemnendis, quæ non leviter totam scandalizabant ecclesiam, urgente conscientia, per totum orbem terrarum jamdudum ipsos capi mandavimus. Et tandem cœpimus super hiis contra eos inquirere per nos ipsos, nonnullis ex fratribus nostris accersitis ad inquisitionem prædictam nobiscum solicite peragendam. Et tandem præsentatis nobis personis eisdem non parvo sed grandi numero, non levis sed magnæ auctoritatis viris olim in ordine præfato, sacerdotibus, præceptoribus, militibus et servientibus, per eorum confessionem

Edward II. A.D. 1308.

Bull of Pope Clement concerning the Templars.

et depositiones, spontanee, libere factas coram nobis et fratribus nostris, in secreto prius et postmodum coram nobis totoque concilio fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, patuit manifeste, quoad personas ipsas confitentes, dicta crimina et scelera esse vera. Iidemque confitentes omnes et singuli, suum humiliter recognoscentes errorem, nostram et apostolicæ sedis non justitiam sed misericordiam et veniam implorarunt. Præterea, cum magistro et præceptoribus præcipuis præfati ordinis intendentes super præmissis inquirere per nos ipsos, ipsum magistrum, videlicet Franciæ, terræ ultramarinæ, Normanniæ, Aquitanniæ et Pictaviæ, præceptores majores Pictaviæ nobis existentibus mandavimus præsentari; tribus autem dilectis filiis nostris cardinalibus præsentibus, tituli Sancti Nerei et Achillei, et tituli Sancti Siriaci in Termis presbyteris, ac Landulpho Sancti Angeli diacono cardinalibus, de quorum prudentia et experientia et fidelitate indubitatam fiduciam obtinemus, commisimus et mandavimus ut ipsi cum præfato magistro et præceptoribus tam contra inquirerent et alias singulares personas dicti ordinis generaliter, quam etiam contra ipsum ordinem super præmissis diligentius veritatem; coram quibus idem magister et præceptores majores, de magna et plena veritate dicenda ab eis corporaliter præstito juramento, singulariter, libere ac sponte, absque coarctatione qualibet et terrore, coram ipsis tribus cardinalibus quatuorque tabellionibus publicis, et multis aliis probis viris deposuerunt et confessi fuerunt, inter cætera, Christi abnegationem et spuitionem super crucem cum in ordinem Templi recepti fuerunt: et quidam ex eis se sub eadem forma fratres plurimos recepisse. Sunt etiam quidam ex

Edward II. A.D. 1308.

Bull of Pope Clement concerning the Templars.

eis quædam alia horribilia et inhonesta confessi, quæ, ut eorum ad præsens parcamus verecundiæ, subticemus. Nos igitur volentes super hiis, prout ad nos spectat, congruum remedium adhibere, auctoritate apostolica districtius inhibemus ne aliquis de cætero eisdem Templariis vel eorum alicui scienter vel publice vel occulte auxilium præstet, consilium vel favorem, seu alias ipsos vel aliquem eorum receptare seu retinere aut eis favere præsumat, sed eos tanquam suspectos de hæresi omnino devitet: mandantes nihilominus eadem auctoritate omnibus singulis ecclesiasticis, secularibusque personis, necnon principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus et plebeis, ac communitatibus civitatum, castrorum, villarum et aliorum locorum, quatenus dictos Templarios capiant, et eos locorum ordinariis sine difficultate qualibet assignare ac tradere non postponant. Nos autem omnes et singulos cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis ac status, etiam si pontificali 'præfulgeant'[1] dignitate, qui supradictis Templariis vel eorum alicui scienter, publice vel occulte præstabunt auxilium, consilium vel favorem, vel alias ipsos seu aliquem ipsorum receptare vel retinere, aut eis, ut præmittitur, favere præsumpserint, auctoritate præsentium excommunicationis sententia innodamus, ac civitates, castra, terras et loca, quæ ipsos vel aliquem eorum scienter susceperint vel tenuerint, ecclesiastico supponimus interdicto, absolutionem prædictorum præterquam in mortis articulo, ac relaxationem ipsius interdicti nobis nostrisque successoribus reservantes, non obstantibus quibuslibet privilegiis, indulgentiis et literis apostolicis quibuscunque et sub quacunque forma ver-

---

[1] 'præsulant,' MS. C. C. C. Cant. 250.

borum vel expressione concessis, per quæ effectus praesentium posset quomodolibet impediri. Nulli igitur hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, mandati, excommunicationis, interdicti et reservationis infringere ausu temerario contraire. Datum Tholosæ III. kalendas Januarii pontificatus nostri anno quarto. Quocirca vobis per apostolica scripta mandamus, quatenus sententias hujusmodi et processus quos vobis sub bulla nostra transmittimus, in singulis terris, castris et locis insignibus vestrarum civitatum et dioecesum, coram clero et populo, per vos vel aliquem seu aliquos, diebus Dominicis et festivis aliis, studeatis solemniter publicare."

Edward II. A. D. 1308.

Monday, Dec. 30.

Perlecta itaque bulla, attoniti sunt multi audientes eam; et facta longa disputatione et magna altercatione super tribus viis, scilicet condemnatoria, absolutoria et relatoria, (scripserat enim papa, quod si singulares personæ Templariorum essent inventæ in inquisitione culpabiles de hæresi, quod condemnarentur tales; si vero immunes, quod absolverentur; si autem dubium oriretur in ipsis, quod tunc referretur causa ad curiam,) et quia non inveniebantur ex toto culpabiles, nec ex toto immunes, sed propter quædam confessa in articulis superius annotatis suspecti, ideo elegerunt viam relatoriam, et remiserunt in dubiis causam ad concilium papæ. Accepitque dominus archiepiscopus cum lachrimis a toto clero suo licentiam, et profectus est in itinere suo ad concilium, relicto vicario suo generali magistro Roberto de Pikeryng. Qui reversus de Londoniis convocavit iterato clerum, et nunciavit eis per literas episcoporum authenticas et instrumenta publica, quomodo duo Templarii Londoniis coram domino archiepiscopo Cantuariensi

A. D. 1311.

Robert de Pikering appointed the Archbishop's vicar-general.

Edward II. A.D. 1311.

et toto suo clero confessati sunt enormia in bulla domini papæ contenta, et se eadem fecisse recognoverunt. Dixit etiam, quod dominus rex Franciæ comburi fecerat Parisius septuaginta duos Templarios propter prædicta enormia confessata. Extunc autem tenebantur fortius Templarii vinculis ferreis alligati; factaque est longa disputatio in clero utrum pro prædictis articulis confessatis deberent tanquam hæretici reputari. Tandem ordinatum est, et hinc inde concessum, quod singuli Templarii, unusquisque post alium, coram toto clero diceret sic, et dixerunt: "Ego frater R. recognosco me de articulis in bulla domini papæ contentis, ita vehementer diffamatum, et a qua me purgare non possum, propter quod submitto me gratiæ Divinæ et ordinationi istius concilii." Factaque hujusmodi recognitione, abjuraverunt coram clero et omni populo omnem hæresim, et deducebantur extra ecclesiam beati Petri, et ibidem reconciliati ad fidem catholicam, inde ducebantur iterato in ecclesiam, et postea in capitulum, ubi ordinatum est et pronunciatum quod in custodia cleri et in palatio domini archiepiscopi custodirentur extunc, quousque eorum singuli ad singula monasteria mitterentur. Et demum sic missi manserunt in singulis monasteriis usque post concilium domini papæ.

Concilium Papæ Wyennæ.

Council of Vienne.

Dominus papa Clemens tenuit concilium suum Viennæ,[1] anno Domini M.CCCXI., primo die

[1] This was the fifteenth general council of Vienne, the first session of which commenced on the 16th of October, 1311, the second on the 3rd of April, 1312, and the third on the 6th of May following.

mensis Octobris. In quo quidem concilio tres fecit sessiones. In prima sessione facto sermone exposuit clero 'tres'[1] articulos, super quibus erat principaliter tractandum et consulendum super statu universalis ecclesiæ reformando, super negotio Terræ Sanctæ, quomodo posset recuperari et tueri, et super ordine Templariorum qui pro nullo habebatur, præcepitque omnibus prælatis et singulis qui convenerant, quod super præmissis articulis usque ad secundam sessionem deliberarent. In secunda sessione facta est longa disputatio de ordine Templariorum, utrum stare posset vel deleri de jure deberet? Et erant pro ordine Templariorum prælati quasi omnes, præter prælatos Franciæ, qui, propter timorem regis Franciæ, per quem, ut dicebatur, totum illud scandalum fuerat, aliud facere non audebant. Erant enim in toto concilio (quod concilium dici non merebatur, quia ex capite proprio omnia fecit dominus papa, non respondente neque consentiente sacro concilio) baculi pastorales circiter quasi centumtriginta. In tertia sessione sedit dominus papa pro tribunali, et ab uno latere rex Franciæ, ab altero rex Naverniæ filius ejus, surrexitque quidam clericus, et inhibuit sub pœna excommunicationis majoris, ne aliquis loqueretur verbum in concilio, nisi licentiatus vel requisitus a papa. Recitatoque processu Templariorum, adjecit papa quod licet ex processu præhabito ipsum ordinem de jure delere non posset, tamen ex plenitudine potestatis ordinem delevit, nomen et habitum, terras eorum et possessiones Hospitalariis conferendo, aggregando, et uniendo. Decimam etiam universalis ecclesiæ per sex annos regi Francorum

Edward II. A.D. 1311.

A.D. 1312.

The Order of Knights Templars abolished.

[1] 'omnes,' MS. C. C. C. Cant. 100.

Edward II. A.D. 1312.

contulit; ita quod in fine sexti anni Terram Sanctam personaliter adiret, sacro non consentiente concilio neque expresse contradicente. Licentiatique sunt prælati circa Ascensionem Dominicam, et ad partes suas reversi.

Quomodo Dominus Robertus de Brus latenter venit in Episcopatum Dunolmensem, et expulsus est.

The Scots ravage Northumberland,

Anno Domini M.CCCXII. venit dominus Robertus de Brus in episcopatum Dunolmensem cum exercitu copioso, et ita latenter venerat quod invenit homines in lectis suis securissime dormientes; qui mittens dominum Jacobum de Douglas ad partes de Hertelpole cum multis armatis, remansit ipse cum paucis apud villam de Cestria. Dominus autem Jacobus villam prædictam spoliavit, et burgenses multos et uxores multas captivos reduxit; collecta sibi præda de tota patria captivis multis sine aliquo impedimento ad partes proprias unanimiter sunt reversi, qui parum postea 'expandentes'[1] exercitu reunito versus civitatem Carlioli sua obsidia paraverunt; juraverat enim dominus Robertus, ut communiter dicebatur, se nunquam comessurum carnes, nisi se prius de illius civitatis custodibus vindicaret: quodam autem die, cum villam fortius expugnarent, ceciderunt multi de Scotis per lapides obruti et oppressi. Custos Carlioli dominus Andreas de 'Harcha'[2] tempore illo fuit. Dominus Jacobus de Douglas et multi alii per nostros extiterant vulnerati.

A.D. 1315. and besiege Carlisle.

---

[1] 'expendentes,' MS. Coll. Trin. R. 5. 10.

[2] 'Harcham,' MSS. C.C.C.C. 100, and Coll. Trin. Andrew de Harcla was appointed custos of Carlisle by letters-patent, dated at Ditton on the 18th of September, 1315. Rot. Scot. 9 Edw. II. m. 6.

Edward II. A. D. 1315.

Videntes autem Scoti quod ibi proficere non valerent, ad partes proprias, amissis multis hominibus, redierunt.[1] Illo eodem tempore[2] venerunt nuncii per dominum Edwardum de Brus missi domino Roberto fratri suo in Hibernia 'existentem,'[3] qui insulam illam sibi voluit 'subjugare,'[4] quod nisi remedium possit citius obtineri, se ipsum amitteret, suos homines insuper et thesaurum; 'qui'[5] collectis triginta mille pugnatoribus de Scotia fortissimis, ad partes Hiberniæ destinavit, in fratris sui subsidium, consilium, et favorem. Missus est ergo dominus Emericus de Valencia de Pembruc a latere regis Angliæ, ut marchiam Scotiæ custodiret, qui collecto exercitu totam terram de 'Tyndalle'[6] pacifice equitavit, et veniens ad partes Northumbriæ totam terram in quolibet blado vastavit. Atque terram Scotiæ ingrediens propter paucos Scotos, fugam iniit, audaciam tribuens inimicis; qui scilicet Scoti secuti eum usque 'Comrech,'[7] et multis de Anglis interfectis, Scoti cum honore ad propria redierunt, nostris vilissime fugatis, et multis, proh dolor! interfectis. Illo eodem tempore mortuus est ille miles severissimus dominus Edmundus[8]

Edward Bruce attempts the subjugation of Ireland.

The Earl of Pembroke ravages Scotland,

but is forced to retreat.

Death of Guy, Earl of Warwick.

[1] The siege was raised on the 1st of August, 1315. Chron. Lanercost, 232, ed. 1839.

[2] Bruce's departure into Ireland to the assistance of his brother, is properly placed by the Chronicle of Lanercost (p. 233), towards the autumn of 1316. On the 4th of January, 1317, King Edward issued his writs, summoning the nobles who held lands in Ireland to be at Haverford by the Feast of the Purification (February 2), ready to attend Lord Roger Mortimer, of Wigmore, in his expedition against the Scots.

[3] 'exulantem,' MS. C. C. C. Cant. 100.

[4] 'insurgere,' MSS. C. C. C. Cant. 250, 100.

[5] 'qui de Scotis,' MSS. C. C. C. Cant. 250, 100.

[6] 'Kindal,' MS. C. C. C. Cant. 100; Cayndalle, MS. C. C. C. Cant. 250.

[7] 'Conirech,' MSS.

[8] We should here read Guido, or Guy, whose death occurred at Warwick Castle on the 12th of August, supposed to have been occasioned by poison administered to him by the partizans of Gaveston, whom he had caused

Edward II. A. D. 1315.

de Warwyck, et sepultus honorifice. Ante mortem planxit Angliam vehementer, præcinens mortem. Vexillum erexit contra comitem Lancastriæ dominus Adam de Banaster cum multis sequacibus suis, vindicans sibi ac occupans totum Lancastriæ comitatum. Quo audito, dominus comes, congregatis hominibus suis, cum paucis dominum Adam cum suis de campo viriliter ejecerunt: qui fugiens in quadam grangia, et ibi cum uno milite domino Henrico per unam septimanam integram latitabat. Inventis autem per exploratores domini comitis, ambo decollati sunt. Et vindicato comite de hostibus suis, terra siluit et quievit.

---

to be beheaded in 1312 on Blacklow Hill, in violation of the terms granted on the capitulation of Scarborough Castle.

DE GESTIS REGIS EDWARDI TERTII, ET CÆTERIS EVENTIBUS.

EDWARDUS igitur post Conquæstum tertius, annos quatuordecim in festo Sancti Bricii ante coronationem suam jam habens,[1] in 'vigilia'[2] Purificationis beatæ Mariæ apud Westmonasterium solemniter coronatur.

Edward III. A.D. 1327.

Coronation of Edward III., Sunday, Feb. 1.

Eodem anno in festo Sancti Bricii rex Edwardus tertius tenuit parliamentum apud Westmonasterium, in quo civibus Londoniarum omnes libertates prius perditas, et de novo alias, ac etiam quod omnes pro latrocinio vel homicidio in libertate Londoniarum capti coram majori in domo communi adjudicarentur, libere concessit.[3]

Parliament at Westminster, Friday, Nov. 13. The liberties of London are restored.

Post hæc Edwardus II. de Kenylworth ad castrum de Berkeley est translatus, ubi in mense

Edward II. murdered in Berkley

[1] Edward III. was born at Windsor Castle on Monday, November 13, 1312.

[2] Adopted from MS. Harl. 655, for an account of which MS. see the preface to this volume. Hemingburgh's MSS. read 'festo.' The date in the text is supported by the Wardrobe Accounts of the expenses of the coronation in the Augmentation Office, cited in Brayley's History of the Houses of Parliament, p. 141; although Avesbury and other contemporary chroniclers assign Edward's coronation to the 25th of January, or the Conversion of St. Paul.

[3] At this parliament the King also granted to the citizens the fee-farm of London, in consideration of three hundred pounds per annum, and that the lawful franchises of the City should not be seized into the King's hands, but only on occasion of abuse or misusage, or for treason or rebellion countenanced or done by the whole city. Coke, Second Institut. f. 20.

Edward III. A.D. 1327.

Castle, Monday, Sept. 21.

Septembri, die Sancti Matthæi, immisso per posteriora cornu veruque ferreo candente per medium cornu usque ad interiora intromisso, ut ferebatur, fuit interfectus.[1]

Edward III. makes an unsuccessful expedition against the Scots.

Hoc anno circa Pentecosten rex Edwardus tertius cum magno exercitu Anglorum et Hunaldorum [2] Scotiam oppugnare proponebat, sed Scoti, quorum capitanei fuerunt Thomas Randolf comes Moraviæ, Jacobus Douglas, parcum de Stanhope in Wardale intrantes xv. diebus a rege Angliæ sunt obsessi. Sed quia Hanoniensibus Anglici invidebant, vel, ut putabatur, quorundam Anglorum proditione, sine lædente Scoti libere manus illorum evaserunt. Jacobus autem Douglas, miles strenuus, exercitum Anglorum latenter nocte quadam cum paucis admodum intravit, et usque fere ad regis papilionem, ut regem surriperet vel etiam interficeret, appropiavit; sed capellano suo, viro audaci et armato, cum quibusdam aliis extincto, vix ad suos illæsus evasit.

Legend.

Hoc eodem tempore fuit in Westmerlandia senex quidam venerabilis, ab Edwardo post Conquæstum primo, cui in adolescentia servierat,

---

[1] Edward II. is supposed to have been murdered in Berkley Castle, by John Maltravers and Thomas de Gurney; the latter of whom being discovered at Burgos in 1331, was thrown into prison by Alfonso of Castile, who despatched Ferando Ivaynes de Greynoun to King Edward III., informing him of the arrest. Edward requested that the prisoner might be delivered up to the Seneschal of Gascony or his officers, and then examined by the magistrates of Burgos, in presence of Bernard Pelegrym (Pilgrim), as to the instigators and procurers of the murder, and by whom and in what manner it was perpetrated. Rymer, Fœdera, ii. 819, 820. Gurney was beheaded at sea on his way to England, on what account is not clearly known: according to Sir Thomas de la More, lest he might accuse those high persons who had set him to the work. T. de la More, 603, ed. Camden.

[2] The men of Hainault, whom Edward had invited over to aid in the expedition against Scotland.

sufficienter ditatus, operibus eleemosinæ deditus, hospitalitati intentus, et quanquam per unum milliare et amplius a domo sua semota foret ecclesia, nulla imbrium molestia aut aeris intemperie impeditus, singulis diebus missam audire solebat. Nocte vero quadam, dum sopori membra dedisset, usque ad plana Salisburiæ per longa terrarum spatia subito se translatum videbat; et ecce! a septentrione exercitus magnus et terribilis cum equis, armis, et universo apparatu, pice nigrioribus, apparebat, quem nudus quidam, præter femoralia, antecedens crucem in humeris bajulavit; ab austro vero processit exercitus non modicus, in omni eorum apparatu albissimus, quam virgo quædam pulcherrima, vexillum Sancti Georgii in manibus ferens, præiebat, quæ cum uterque exercitus appropinquare videretur, ante nudum hominem illum genibus flexis prostrata est, dicens, "Fili dilectissime, sæpius clementiam tuam humili exoravi prece, quatenus peccatis Scotorum invalescentibus qui terram Angliæ totiens injuste vexare non desistunt cæde, incendio, et igne, in præsentique preces fundo super scelera eorum vindictam accelerare ne differas." Cui ille ait: "Num ignoras, mater, Scotos excommunicatos esse et abominabiles factos? Si enim vindicta super nequitia eorum fieret festina, reprobi manerent in eternum et damnati: parumper enim si forte se emendaverint et ab iniquitatibus resipuerint misericorditer expectabo; sin autem, manu extenta veniam contra eos et in virga ferrea et ulciscente taliter percutiam, quod per orbem merito vertentur in fabulam et exemplum." His dictis, sicut subito uterque venerat exercitus sic et disparuit ab oculis suis. Senex enim qui hæc vidit vicinis suis per ordinem retulit, et Scotos Anglorum manus

Edward III. A. D. 1327.

Legend.

Edward III. A.D. 1328.

Sunday, Jan. 24. Marriage of King Edward with Philippa of Hainault.

vice illa evadere firmiter asseruit. Hoc anno, in festo Conversionis Sancti Pauli, Edwardus tertius duxit in uxorem Philippam comitis Hanoniæ filiam.[1]

Affairs of Scotland. Marriage of Prince David with the Princess Joanna.

Hoc anno, duodecimo die mensis Julii, rex Scotiæ, filius Roberti Brus,[2] duxit in uxorem apud Berewicum Johannam de Turri[3] sororem Edwardi a Conquæstu tertii; occasione cujus matrimonii excitatus fuit et inductus rex Angliæ, minoris tunc ætatis, per matrem suam præcipue et Rogerum de Mortuo-mari, ad resignandum omne jus et vendicationem superioritatis quod ipse vel progenitores sui temporibus quibuscunque habuerunt, vel ratione temporis præteriti successores etiam habere poterunt in futurum.[4] Illis enim diebus Rogerus de Mortuo-mari thesaurum regium congregavit, potestatem regiam usurpavit, regem, ut videbatur, suppeditavit; ita quod comes Lancastriæ Henricus senior, in coronatione regis per procerum consensum regis custos deputatus, regi appropiare, consulere, nec custo-

The independence of Scotland recognised.

Insolence of Lord Mortimer.

---

[1] Philippa, third daughter of William Count of Hainault, and niece of the French king. The parties being within the forbidden degrees of consanguinity, a dispensation was granted by Pope John, dated at Avignon on the 30th of August, 1327. After which, Roger, Bishop of Lichfield and Coventry, was made proctor, with full powers to contract the marriage, by letters-patent given at Nottingham on the 8th of October. Rymer, Fœdera, ii. 714, 718.

[2] Prince David was about five years of age when he married the Princess Joanna, and he did not accede to the throne of Scotland till the 7th of June in the year following.

[3] So called from the Tower of London, where she was born. Sandford, Gen. Hist. 155.

[4] The treaty of peace with Scotland was signed at Edinburgh by Robert Bruce and the English plenipotentiaries, the Bishops of Lincoln and Norwich, Henry de Percy, William la Zouche of Ashby, and Geoffrey le Scrope, on the 17th of March, 1328. The Scots, in consideration of the concessions made by King Edward, undertaking to pay the sum of twenty thousand pounds sterling, by three instalments, within the term of three years. Rymer, Fœdera, ii. 734.

dire valens, consilio archiepiscopi Cantuariensis, episcoporum ac aliquorum procerum, ductus circa festum Sancti Hilarii cum magno exercitu, ut defectus reformaret errataque pro posse corrigeret, contra dictum Rogerum circa Leicestriam et Bedefordiam moram traxit, medianteque archiepiscopo ac multis aliis, comes Henricus regi se humiliavit et ut in parliamento responderet errori inter eos satisfaciendo repromisit.[1]

Edward III. A. D. 1328.

The Earl of Lancaster raises an army to oppose him.

Hoc anno Robertus Brus, rex Scotiæ, lepra percussus obiit septimo idus Junii.

Death of Robert Bruce, June 7, 1329.

Eodem anno rex Edwardus cum paucis ad regem Franciæ transfretavit, et in die Pentecostes rediit.[2]

Dominica Quadragesima Philippa regina Angliæ apud Westmonasterium coronatur. Prima septimana Quadragesimæ factum est parliamentum apud Wintoniam, ubi, in crastino Sancti Gregorii, Edmundus comes Cantiæ, avunculus regis, fuit arrestatus et in vigilia Sancti Cuthberti morti adjudicatus:[3] ab hora vero diei prima usque ad vesperas extra portas, nullo in eum manum

A. D. 1330. Queen Philippa is crowned at Westminster, Sunday, Feb. 26th. Parliament meets at Winchester. The Earl of Kent is arrested, March 13; convicted and executed, Mar. 19.

---

[1] Henry Earl of Lancaster, in conjunction with the King's uncles, the Earls of Norfolk and Kent, and many other nobles, assembled a large force with the intention of depriving Mortimer of the authority he had usurped; but being unexpectedly deserted by the King's uncles, the Earl of Lancaster and his confederates were obliged to submit: upon which, having taken an oath not to attempt anything against the King, the Queen, or any of their Council, they received pardon, with the exception of four, who fled into France. H. Knyghton, Hist. Ang. Script. 2554.

[2] King Edward, accompanied by a large retinue of nobles, embarked at Dover on Friday, the 26th of May, 1329, to do homage to Philip of France for his duchy of Guienne. The ceremony was performed with great pomp at Amiens, in the choir of the cathedral, on the 6th of June, and the King returned to Dover on Whitsunday, June 11th. Rymer, Fœdera, ii. 764, 765.

[3] Prince Edmund was condemned to death on the charge of having entered into a conspiracy to set his brother, Edward II., at liberty, an enterprise into which he had been inveigled by the artifices of Mortimer and the queen-mother, who had led him

Edward III. A.D. 1330.

mittere volente, stetit condemnatus, donec miser quidam de Marescallia eum jussus est decollare.

Birth of Prince Edward, June 15.

Eodem anno die Veneris ante festum Sancti Botulphi natus est regi filius suus primogenitus Edwardus a Conquæstu quartus.

Coronation of David II. (1329).

Parliament at Nottingham, Friday, Oct. 19. Lord Mortimer is declared guilty of treason and executed.

In festo Sancti Clementis[1] coronati sunt et inuncti David rex Scotiæ et uxor sua Johanna soror regis Edwardi tertii. Factum est parliamentum apud Notingham, ubi in crastino Sancti Lucæ Evangelistæ rex arrestari fecit Rogerum de Mortuo-mari, Galfridum filium suum, Symonem de Berford[2] militem, et ad Turrim Londoniarum transmisit: in vigilia vero Sancti Andreæ[3] proximo sequente dictus Rogerus, comes Marchiæ nuper factus, Londoniis[4] tractus est equis atque suspensus, ac post duos dies de gratia regis fratribus Minoribus corpus ejus conceditur, et die sequenti honorifice sepelitur.[5]

In hoc parliamento Londoniis rex, de communi consensu procerum, recepit in manu sua omnes

to believe that the unfortunate King was still alive in Corfe Castle. T. Walsingham, 129, ed. Camden; H. Knyghton, 2555. See also Rapin, Hist. i. 410, ed. 1732.

[1] David II. was crowned on the 23rd of November, 1329.

[2] Adopted from MS. Harl. 655. Hemingburgh's MSS. read 'Bedefordia.'

[3] The vigil of St. Andrew was the 29th of November; but we learn from the Parliament Rolls, that Mortimer Earl of March was attainted of treason at the Parliament held at Westminster on Monday, the 26th of November, and executed on the Thursday following. Rot. Parl. ii. 53.

[4] He was created Earl of March in the year 1328.

[5] The King summoned a parliament to meet at Westminster on the 26th of November, for the trial of the Earl of March and his accomplices. In the articles of impeachment exhibited against him (printed at full in the Rot. Parl. ii. 52) he was charged with the murder of Edward II. and the Earl of Kent, with having appropriated to himself the twenty thousand marks paid by Scotland, &c. The parliament declaring him notoriously guilty of the charges, he was condemned and executed without hearing: in consequence of which, in 28 Edward III., the judgment was reversed as erroneous, and his grandson Roger restored to his title and estate.

terras prius matri suæ concessas; et, quod singulis annis mille libras perciperet, ordinavit. Edward III. A. D. 1331.

Die Jovis in septimana Paschæ rex Edwardus cum paucis mare transivit, regi Franciæ Philippo pro terra Vasconiæ homagium fecit,[1] ac rediit; et intra quindecim dies apud Dertford torneamentum tenuit. Die vero Lunæ post festum Sancti Matthæi Apostoli Londoniis inter Crucem et Soper-lane tredecim milites hastiludia contra quoscunque venire volentes per tres dies tenuerunt.[2]

Thursday, April 4. Edward goes to France.

Sept. 23. Tournament at Cheapside.

De Gestis illius Temporis, et cætera.

Edwardus de Baliolo jus in regnum Scotiæ vendicans[3] in principio Augusti habens in suo exercitu Henricum de Bello-monte comitem de Boghan, Gilbertum de Umfrevile comitem de Angos, et David comitem de Athels, cum duobus millibus et quingentis armatis et peditibus, Scotiam apud Kyncorn intravit,[4] ubi comes de Fif et Robertus Brus, filius regis Roberti nothus,

A. D. 1332. Baliol invades Scotland.

---

[1] It does not appear that the King performed any homage at this time: the visit to France was principally undertaken for the purpose of fulfilling a vow he had previously made to visit certain holy places there. Rymer, Fœdera, ii. 815; Rapin, Hist. i. 412.

[2] This tournament was held at Cheapside, between the Cross and Soper-lane (now Queen-street, says Tyrrell). At the upper end of the street a gallery was erected, where the Queen and the ladies of the Court sat to behold the performance; but the scaffold suddenly giving way, caused a great fright to the whole company, none of whom fortunately received any hurt. The King swore he would severely punish the workmen for their carelessness, but was prevailed upon to pardon them by the earnest entreaty of the Queen. Stow, Survey of London, 101, ed. 1842; Tyrrell, Hist. v. 356.

[3] Baliol was secretly encouraged to undertake this expedition by King Edward, who was desirous of an opportunity to recover that superiority over Scotland he had renounced by the treaty of 1328. H. Knyghton, 2560.

[4] According to Knyghton, they landed at Kinghorn in Fifeshire, on the 7th of August, with three hundred men-at-arms and about three thousand foot. H. Knyghton, 2560.

Edward III. A.D. 1332.

Affairs of Scotland.

comes de Carrik, cum decem millibus Scotorum, Anglicos in ripa ad pugnam provocant, sed per paucos arcitenentes et alios pedites, antequam armati terram tangere possent, repelluntur, reliquis in fugam lapsis, una cum Alexandro de Seton filio Alexandri, milites nongenti interficiuntur, et statim versus abbatiam de Dunfermlin victualibus refertam processerunt. Quadraginta quoque millia Scotorum in loco qui 'Gaskmore'[1] vocatur parata ad pugnam venerunt; sed Anglici per diem illum, videntibus Scotis, in ripa cujusdam aquæ morantes,[2] in nocte, Alexandro Moubray præcedente, aquam transeunt, et montem ubi Scoti erant ascendunt. Mane autem facto exercitus, dimissis equis exceptis quadraginta 'Alamannis,'[3] in equis a tergo existentibus, congrediuntur. Scoti, virtute divina revera non humana, devincuntur. Comites de Mar, de Meneteth, de Athels, de Morref, de Carrik, vitæ finem dederunt; Nigellus Brus, Alexander Brus, duodecim barones, octingenti milites, duo millia armatorum, tredecim millia et trecenti peditum sunt occisa. Ex parte vero Anglorum ceciderunt duo milites,[4] XXXIII scutiferi,[5] et in transitu aquæ nocte præcedenti Rogerus de 'Swynerton'[6] miles fuit submersus; duravit autem hoc bellum ab ortu solis usque ad horam diei tertiam; cadavera enim Scotorum altitudine unius lanceæ, ut ferebatur, fuerant elevata; et multo

Battle of Dupplin moor.

[1] Adopted from MS. Harl. 655. Hemingburgh's MSS. read 'Glaskmore.'

[2] The English encamped near Forteviot, on the left bank of the Earne; the Scottish army being posted on the opposite side of the river, on Dupplin moor.

[3] Sic, MS. Harl. 655. Hemingburgh's MSS. read 'Atamainis.'

[4] These were Lord John Gurdon and Lord Reginald de la Beche. H. Knyghton, 2561.

[5] Scutiferi, Knyghton calls them 'nobiles armati.'

[6] MS. Harl. 655, and Walsingham read 'Swinardiston.'

Edward III. A. D. 1332. Affairs of Scotland.

plures corporibus oppressi, quam in ore gladii interfecti, fuerant suffocati. Scoti enim paucitatem Anglorum perpendentes et deridentes, ut laudem sibi acquirerent et nomen, in tantum ad pugnam præpropere festinarunt quod qui recto erant præcedentes sub pedibus comprimentes conculcaverunt et super eos ceciderunt, sicque facile multi a paucis occisi sunt. In crastino vero Anglici villam Sancti Johannis [1] victualibus repletam ceperunt, fossis largis et profundis circumducunt. Cito quoque post hæc Patricius comes de Dunbar, Archibaudus Douglas, cum quadraginta millibus,[2] urbem illam diebus aliquot forti vallarunt obsidione; Johanni Crabbe, nautæ cuidam experto [3] apud Berewicum moranti, qui multa mala sæpius per mare pluribus annis Anglis intulerat, ad 'submergendum'[4] et comburendum naves Anglicorum in aqua de Teye cum navigio suo festinare jusserunt; qui confestim cum decem navibus superveniens bargam Henrici de Bellomonte subito cepit, sed Angli viriliter resistentes, naves omnes Scotorum una cum barga prædicta incendunt. Johanne Crabbe prædicto usque ad Berewicum per terram vix fuga delapso, homines sui omnes aut submersi sunt aut interempti die Sancti Bartholomæi Apostoli. Cognito autem hujus rei eventu, dimissa obsidione, Scoti ad sua redierunt.[5] August 24th.

---

[1] The town of Perth.

[2] Walsingham reads 'duodecim millibus.'

[3] Crabbe was a Flemish engineer; the ship also came from Flanders. Walsingham, 131; Knyghton, 2561.

[4] Adopted from MS. Harl. 655, and Walsingham; Hemingburgh's MSS. reads 'subjugandum.'

[5] The English delivered Perth into the custody of the Earl of Fife, who had lately revolted from King David; but he shortly after changed sides, and betrayed the town into the hands of his former friends as an earnest of his loyalty. H. Knyghton, 2562.

Edward III. A. D. 1332.

Affairs of Scotland. Sunday, Sept. 27. Edward Baliol is crowned King of Scotland at Scone.

Eodem anno quinto kalendas Octobris, Edwardus de Baliolo apud monasterium de Scone in Scotia in regem solemniter coronatur: inde vero rediens apud Rokesburgh cum Scotis congressum habuit,[1] ubi et Andreas de Morravia[2] captus fuit, et apud Dunolmum in custodia detentus. Post hæc Patricius comes et Archebaudus Douglas ab Edwardo de Baliolo usque ad Purificationem treugas petierunt et obtinuerunt; ut tunc, habito parliamento, pars utraque pro pacis reformatione plenius tractaret; rex vero Edwardus doli ignarus, gentem suam ad propria remisit; die enim assignato Scoti armati ex improviso accedentes quotquot invenerunt, Edwardo sibi vix fuga consulente,[3] peremerunt.

He is obliged to fly.

A. D. 1333. March 9. Returns and lays waste the country.

Hoc anno septimo idus Martii Edwardus de Baliolo et multi nobiles Angliæ Scotiam intrantes cæde et incendio cuncta devastarunt, et quæcunque mala facere poterant incolis ubique inferebant; fortalicium in quo quondam capti sunt Robertus de Colevile, decem armati, et pedites multi, ceperunt et destruxerunt,[4] capti-

Besieges Berwick.

[1] This was an attempt by the Scots to take Roxburgh Castle by surprise, into which Baliol had thrown himself. Sir W. Scott, Hist. of Scotland.

[2] Sir Andrew Moray of Bothwell, the chief leader of the Scots, and brother-in-law of Robert Bruce.

[3] Baliol escaped to Carlisle, where he was well received by the governor, Lord Dacre. H. Knyghton, 2562.

[4] This occurrence is thus stated by Knyghton, 2562: — "Anno gratiæ M.CCCXXXIII. rex Edwardus tenuit parliamentum suum apud Eboracum, et plures magnates Angliæ paraverunt se pergere in Scotiam solidam in auxilium Baliol regis Scotiæ, et secunda ebdomada Quadragesimæ intraverunt terram Scotiæ. Et transierunt multa loca et mala plura Scotis fecerunt: et domini le Montargii, le Paroyel Nevyll filius comitis Lancastriæ, comes Arundell ceperunt unam forsulam, in qua invenerunt dominum Robertum de Colvyll cum x. armatis cum multis dominabus et fœminis de patria, et plures alios homines, atque plenitudinem magnam victualium et summam abundantiam, quæ omnia secum adducentes forsulam funditus everterunt."

vosque usque Berwicum secum duxerunt, quam 'potenter'[1] per mare et per terram obsederunt.[2] Edward III. A.D. 1333.

Affairs of Scotland.

Die Dominica proxima ante Annunciationem Dominicam, Archebaudus Douglas Angliæ marchiam cum tribus millibus intravit, pagum de Gilleslond per XVI. leucas in longum et sex in latum combussit, cum præda magna et captivis in Scotiam sine resistentia remeavit. Anthonius de Lusci nobilis miles et Willelmus de Lacu-Mabonis cum DCCC. hominibus nocte quadam per XX. milliaria Scotiam ingressi sunt, et in redeundo combusserunt, occiderunt, et maximam animalium prædam ceperunt; quibus Willelmus Douglas cum magna multitudine occurrit, sed devictus est et captus una cum Willelmo Barde et centum aliis. Humfridus de Bosco, Humfridus de Gardino, milites, Willelmus de Carliolo cum 'CLX.'[3] valentibus, gladio perierunt. Rex Angliæ cum militia magna ad obsidionem Berwici venit nono kalendas Maii, Edwardus de Baliolo tanquam stipendiarius auxilium præbiturus, unde et 'quintodecimo'[4] kalendas Junii tam per mare quam per terram villa Berwici fortiter fuit expugnata. Durante autem insultu valido supervenit subito horribile incendium intra villam, unde animo consternati qui inclusi sunt et conturbati et quid agerent ignorantes, gratiam regum, misericordiam, et treugas in crastinum, factis certis promissionibus de villa et castro reddendis, juramento firmatis, 'postea'[5] tamen non observatis, petierunt et obtinuerunt.

March 21. The Scots under Douglas ravage the English Marches.

An English army invests Berwick, Friday, April 23.

Tuesday, May 18.

---

[1] 'poterant,' MS. Coll. Trin. R. 5, 10.

[2] At this time the Earl of March was lieutenant of the castle, and Sir Alexander Seaton governor of the town of Berwick.

[3] 'C.' MS. Cott. Nero D. ii.

[4] 'XVII.' MSS. Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

[5] Omitted in MSS. Cott. Nero D. ii. and Coll. Trin. R. 5, 10.

Edward III. A.D. 1333.

Qualiter Scoti devicti sunt per Regem Angliæ et Edwardum de Baliolo.

Affairs of Scotland. July 11. The Scots waste Northumberland.

Post hæc vero, quinto scilicet idus Julii, omnes proceres Scotiæ cum exercitu maximo congregati ad succurrendum villæ Berewici usque Twedemouth accesserunt; quibus ne obsessis quoquomodo succurrere possent per Anglicos impeditis, partes Northumbriæ per sex dies comburendo, et mala quæ poterant inferendo ac incolas devastando, redierunt. Septimo vero die per suos de castro et villa Berwici, præcipueque per Willelmum de Keth militem rogati et informati quod si redirent, 'et'[1] ad pugnandum cum duobus regibus se disponerent, indubitanter prævalerent; confidebant enim in multitudine populi sui, quia, respectu Scotorum, exiguus valde videbatur exercitus Anglicorum; redierunt igitur et quatuor acies disposuerunt, in quarum prima fuit comes Moraviæ, dominus Jacobus Frisel, dominus Simon Frisel, barones; milites vero nobiles Walterus Steward, Reginaldus de Chene, Patricius de Grame, Johannes Graunt, Johannes de Bardale, Patricius de Berechere, Robertus de Caldecotes, Philippus de Meldrom, Willelmus 'de Gardin,'[2] Thomas de Kyrkpatrick, Gilbertus Wiseman, Adam Gordun, Willelmus 'Gordoun,'[3] Jacobus Garnegarth, Alanus Graunt, Robertus 'Boid'[4] et cum illis ccc. armatorum et mm.cc. de communitate leviter armati. In secunda acie senescallus Scotiæ, Jacobus avunculus suus, Malcolmus Fleming, Willelmus

Battle of Halidon Hill.

---

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

[2] 'Gardoin,' MS. Cott. Nero D. ii.

[3] 'de Gardine,' MSS. Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

[4] 'Boovile,' MS. Cott. Nero D. ii.

Douglas, filius Jacobus Douglas, Dunecanus de Cambel, David de Lyndesey, barones, Willelmus de Keth marescallus exercitus et plures quam undecim milites, cum CCC. armatis, et de communitate MMM. leviter armatorum. In tertia acie dominus de Carich, Archebaudus Douglas, Alexander Brus, comes de Levenax, Johannes Cambel, et plures quam XVII. milites, cum CCC. armatis, et de communitate MMMM.CCC. leviter armati. In quarta acie comites de Ros, de Sonderland, de Stretherne, et plures quam XII. milites cum CC. armatis et de communitate MMMMM. leviter armati. Hi enim XIV. kalendas Augusti dictos reges invaserunt, sed virtute divina victi sunt, et cuncti fere proceres Scotiæ cum multitudine maxima corruerunt populi, uno tantum milite et peditibus decem Anglicis interfectis.[1] In arcto utique positi sunt Anglici die illo, et inter quatuor genera hostium quasi undique conclusi: ex una parte erat mare, altera Tweda fluvius in fluxu suo valde spatiosus, tertia villa Berwici hostibus plena, et in quarta Scotorum exercitus copiosus, terram operiens sicut locustæ.

Edward III. A. D. 1333. Affairs of Scotland.

July 19.

Hoc anno, XIV. kalendas Julii, Edwardus rex Scotiæ apud Novum Castrum in domo fratrum Prædicatorum fecit et juravit homagium et fidelitatem regi Angliæ Edwardo pro toto regno Scotiæ et insulis Scotiæ adjacentibus.[2]

June 18. Baliol does fealty to King Edward.

[1] Mr. Tytler, in his History of Scotland, justly remarks that we must consider this statement as a gross exaggeration and totally incredible. Edward, in his letter to the archbishops ordaining a general thanksgiving on occasion of his victory, says it was gained "absque læsione magna, laudetur Altissimus, gentis nostræ," an expression of itself amply sufficient to refute the assertion of the English historians.

[2] In this statement Hemingburgh is supported by Walsingham and Adam of Muremouth, but I cannot discover any public record of homage performed at

Edward III. A. D. 1334.

Affairs of Scotland.

He is again driven across the Border.

Nov. 15.

Baliol assisted by an English army lays waste the Scottish Borders.

A. D. 1335.

Edward enters Scotland.

Is joined by Baliol.

Occasione cujus homagii communitas Scotiæ contra utrumque regem insurrexit, et plures eis adhærentes cepit, et aliquos occidit. Unde rex Scotiæ ad Angliam se transferens apud 'Ranesholm'[1] pro tempore moram traxit, cui post principium mensis Novembris rex Angliæ apud Novum Castrum in adjutorium venit, et tertio die post festum Sancti Martini[2] ambo reges usque Rokesburgh pervenerunt; in fine vero mensis Decembris rex Scotiæ, cum exercitu sibi per regem Angliæ assignato, per Vallem-Anandiæ usque Glaskouue, Carryk et Conyngham incendio cuncta consumpsit et prædas egit. Rex vero Angliæ Lodoneiam et partes adjacentes invasit, et quosdam malefactores cepit, eorumque capitaneos interfecit: redeuntibus vero regibus versus Berewicum, comes Patricius, qui fidelitatem juraverat et homagium fecerat, ab eis recedendo quamquam rex Angliæ multas curialitates sibi fecerat, suum homagium per literas suas eis remisit. Circa finem mensis Julii rex Angliæ cum suo exercitu Scotiam ingressus, incolis plurima mala intulit: hoc idem rex Scotiæ 'cum suo exercitu'[3] ex parte sua cum comite Warennæ faciebat. Tandem apud villam Sancti Johannis ambo reges convenerunt, ubi comes de Athels et Alexander Mowbrai et alii qui propter homagium Edwardi de Baliolo regi

---

this time. We learn from a roll in the Court of the Receipt of the Treasury of the Exchequer (Rymer, Fœdera, ii. 876), that Baliol acknowledged his homage to King Edward by letters-patent, dated at Edinburgh on the 12th of February, 1334; and at the same time surrendered to England Berwickshire, Roxburghshire, Selkirkshire, Peeblesshire, Dumfriesshire, and Lothian, thus restricting Scotland to the possessions beyond the estuaries of Forth and Clyde.

[1] 'Ravensholm,' MS. Harl. 655.

[2] The Feast of St. Martin, according to the Roman calendar, was kept on the 12th of November; but in the York Breviary it is referred to the 10th of November, which calculation would make this the 13th.

[3] Omitted in MSS. Coll. Trin. R. 5, 10. and Nero D. ii.

Angliæ factum a prædictis regibus discesserant sub certis conditionibus utriusque regis gratiæ se submiserunt; sicque comes de Athels regnum vice regis Scotiæ ultra mare Scoticum [1] suscepit, quem Scoti hostiliter aggressi, atrociter per insidias occiderunt.[2]

Edward III. A. D. 1335.

Affairs of Scotland.

Hoc anno captus fuit comes Morraviæ per Willelmum de Prestfen,[3] et usque Londonias carcerali custodiæ deputandus transmissus est.[4]

The Earl of Moray taken prisoner.

Circa finem mensis Maii rex Angliæ misit Henricum, filium comitis Lancastriæ Henrici, cum exercitu magno ad regem Scotiæ, qui villam Sancti Johannis ingressi, partes adjacentes undique vastaverunt; ad quorum adjutorium rex Angliæ cum paucis admodum personaliter accessit, et paucis diebus ibi quiescens ultra montes Scotiæ cum exercitu procedebat, partes illas circumquaque præda et incendio consumendo, et usque Elgyn in Morravia et 'Invirnes' [5] patriam infestando, per multa milliaria ultra quam unquam fuerat avus suus. Interim vero apud Aberden interfectus fuit quidam miles strenuus, per navim veniens, Thomas Roscellin nominatus; cujus mortem rex Angliæ plurimum ponderans per

A. D. 1336.

The English again enter Scotland.

---

[1] The Frith of Forth.

[2] The Earl of Athol was slain at the siege of Kildrummie, which he had attacked in order to take prisoner the wife of the valiant Sir Andrew Moray of Bothwell, and sister of Robert Bruce; but Moray having intelligence of his design, assembled a body of men, and accompanied by William Douglas and the Earl of March, hastened to raise the siege. They encountered the troops of the Earl of Athol in the forest of Kilblain, whom they entirely defeated, Athol himself being slain in the engagement. Andrew of Wyntoun, ii. 197.

[3] Commander of the English garrison of Jedburgh Castle.

[4] The Earl of Moray was captured on his return from escorting a party of Flemish prisoners into England (whom the Scots had released on their parole not to bear arms against King David), and confined in the castle of Bamborough. Sir Walter Scott, Hist. Scotland.

[5] 'in Dirnes,' MSS. Coll. Magd., Harl. 655, and Coll. Trin. R. 5, 10. 'Indirens,' MS. Cott. Nero D. ii.

Edward III. A. D. 1336.

Affairs of Scotland.

Aberdene rediit et villam comburi fecit, ac partes adjacentes secundum rebellantium demerita devastavit. Rediens vero ad villam Sancti Johannis, castra de Strivilyn et Bothevile denuo reparavit et munivit, dimissaque cum rege Scotiæ militia copiosa, Angliam rediit. In fine mensis Octobris Johannes de Eltham, germanus regis Angliæ,[1] comes Cornubiæ, obiit in villa Sancti Johannis, et Londoniis honorifice sepelitur.[2] 'Obiit etiam ibidem Hugo de Frenes, miles quidem, sed ratione comitissæ Lincolniæ, comes factus fuit.'[3]

Death of Prince John, King Edward's brother.

Qualiter Comitatus Cornubiæ Ducatus factus est, et de cæteris Eventibus illius Temporis.

A. D. 1337.

Parliament at London.

Prince Edward is created Duke of Cornwall.

Hoc anno mense Martii rex Angliæ tenuit parliamentum apud Londonias, ubi filium suum primogenitum Edwardum post Conquæstum quartum tunc comitem Cestriæ in ducem creavit Cornubiæ, quod antea ab adventu Anglorum in Britanniam visum non fuit.[4] Fecit etiam in eodem parliamento sex comites, videlicet Henricum de Lancastre juniorem comitem de Derby, Willelmum de Monte-acuto comitem Sarum, Hugonem de Audeley comitem Gloverniæ,

[1] John Plantagenet of Eltham, second son of King Edward II., created Earl of Cornwall in 1328.

[2] The Earl of Cornwall was interred in St. Edmund's Chapel, in Westminster Abbey, on the south side of the choir, where the tomb of white stone, with his effigies carved in alabaster, still remains.

[3] 'Obiit etiam ibidem Hugo de Fernes comes Lincolniæ in mense Decembri,' MS. Harl. 655.

[4] Prince Edward was created Duke of Cornwall shortly before the 17th of March, 1337, on which day he received the grant of the Cornish stanneries. Rymer, Fœdera, ii. 961. He was afterwards created Prince of Wales, when the dukedom merged in that title, and has been ever since vested in the heir-apparent to the Crown, who becomes Duke of Cornwall immediately after his birth, and who has always been created Prince of Wales.

Willelmum de Clinton comitem de Huntingdon, Willelmum Boun comitem Norhamptoniæ, Robertum de Ufford comitem Southfolche; et terras certas sive redditus ex munificentia sua illis conferendo; in quorum solemnitate fecit rex apud Westmonasterium maximum convivium Dominica tertia Quadragesimæ. Interea, dum hæc agerentur, comes Patricius, et Andreas de Moravia, et Willelmus Douglas, plurima fortalitia, videlicet Sancti Andreæ et Bothevile, invadentes, ceperunt, et castrum de Strevelin obsederunt. Quo audito rex Angliæ ad partes Scotiæ se direxit; audientes vero Scoti ejus adventum castrum prædictum fortius sunt aggressi; in quo conflictu Willelmus de Keth, qui de obsidentibus principalis erat, interfectus est; sicque dimissa obsidione ante regis adventum recesserunt. Rex enim Angliæ castrum illud victualibus et novis stipendiariis muniens, vulneratos, vexatos, debiles, et infirmos in Angliam secum duxit.

Sunday, March 23.

The Scots besiege Stirling Castle.

Eodem anno, post festum Corporis Christi, rex Angliæ apud Stanfordiam magnum concilium tenuit, misitque nuncios solemnes ad regem Franciæ pro pace inter eos reformanda,[1] videlicet episcopum Lincolniensem, comites Sarum et Huntingdoniæ, et alios quosdam nobiles,[2] qui mare intrantes, apud Boloniam in principio mensis Junii applicuerunt; per quosdam intelligentes voluntatem regis Franciæ mutatam, et transitum suum fore periculosum, versus comitatum Hanoniæ quantocius poterant properabant; cum Ludovico duce Bavariæ, regnum

Council at Stamford.

The King sends an embassy to France.

---

[1] Their credentials were dated at Windsor on the 18th of April, 1337. Rymer, Fœdera, ii. 966.

[2] These were the Lords Reginald de Cobham, William Trussel (who in the name of the people of England pronounced the deposition of Edward II.), and Nicholas de la Beche of Aldworth.

Edward III. A. D. 1337.

Treaty with the Emperor of Germany.

Almanniæ tunc occupante, et cum comite de Gelrs[1] ac aliis proceribus Almanniæ fœdus in regis Angliæ subsidium inierunt. In redeundo vero duas naves de Flandria versus Scotiam navigantes CCL. Scotorum oneratas capiunt, inter quos fuerunt episcopus Glasguensis, Johannes Steward, et alii filii nobilium de Scotia, videlicet David de la Haye, Hugo Giffard, Johannes de la More, Willelmus Baly, Alexander Frisel, cum duobus clericis, magistro Thomas Fygas, magistro Willelmo Muffet, et uno monacho de Dunfermelyn, et cum mulieribus quibusdam nobilibus;[2] quibus omnibus fere interemptis episcopus, antequam navis ad portum applicuit, obiit, letaliter in capite vulneratus.[3]

Hoc tempore rex Angliæ custodiam Marchiæ Scotiæ comiti Warewici et aliis proceribus commisit, qui diversis vicibus Scotiam intrantes modicum profecerunt; Scoti vero 'ter'[4] Angliam intrantes loca nonnulla igne prædaque devastarunt, et castrum de Edenburgh 'obsederunt.'[5]

The Scots enter England.

Nocte Pentecostes, in parochia de Kingesley, Wintoniæ diœcesi, et decanatu de Aulton, mulier quædam Johanna nomine, in somnis amasium suum Willelmum 'nomine'[6] 'a quodam'[7] visitare monita, in crastino a spiritu incubo, dilecti sui specie sibi apparente, in foresta de Wolmere est cognita: qua ad domum reversa gravissima infirmitate detinetur, a dilecto visitatur, et quod

[1] The Count of Gueldres.

[2] The ships were brought into port by Lord John Ros, and were freighted with arms, horses, and money amounting to 15,000*l.* Knyghton, 2570.

[3] Knyghton (2570) says the Bishop of Glasgow died of grief soon after his arrival at Sandwich.

[4] 'terram,' MSS. Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

[5] 'obsederunt, sed rege Scotiæ adveniente obsidionem dimittere sunt coacti.' MS. Harl. 655.

[6] 'forestarium quendam,' MS. Harl. 655.

[7] Omitted in MSS. Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

per malignum spiritum fuerat seducta, rei veritas, per utrosque facile declaratur, sicque muliere ejulante et devote delicta confitente, intolerabili quasi fœtore domus repletur, post triduum toto corpore inflato, una cum ventre et labiis in nigredinem versis, obiit, ab octo viris ad tumulum propter ejus molem vix delata.[1]

Edward III. A. D. 1337.

Hoc anno comes Sarum et multi nobiles Angliæ quinto kalendas Februarii castrum de Dunbar[2] obsident, et obsidione XIX. septimanis durante, acceptis sub certis conditionibus treugis, nihil proficientes, Angliam redierunt. Quæ quidem dimissio et treuga majoribus Angliæ et etiam multitudini congregatis plurimum displicuit, quia obsidio ipsa fuerat Anglicis dispendiosa nec honorifica nec secura, sed Scotis utilis atque grata. Hoc anno quasi completo, mense scilicet Martii, in villa de Leghton juxta Huntingdoun ad sex milliaria natus est vitulus duo habens capita et VIII. pedes. Quædam galeæ et naves plurimis armatis oneratæ, in antevigilia Annunciationis beatæ Mariæ apud Portismutham applicuerunt, villam quasi totaliter, præter ecclesiam parochialem et hospitalem, combusserunt, et illæsi cum spoliis ad naves sunt regressi.[3]

A. D. 1338. Jan. 28. Siege of the castle of Dunbar.

Prodigy.

Portsmouth burned.

Hoc anno rex Angliæ cum regina et comitibus de Derby, Northampton, et Sarum ac militia copiosa idibus Julii apud Orewelle in mare se

The King sails from Orwell for Antwerp, Wednesday, July 15.

---

[1] This narration is also given by Walsingham, p. 136, ed. Camden.

[2] This castle, in the absence of the Earl of March, was defended by his wife, the daughter of Thomas Randolph Earl of Moray.

[3] It was reported that the ships came from Normandy. See Walsingham, 136. King Edward, in consideration of the loss sustained by Portsmouth, directed, by letters-patent of the 9th of June, that the tenth which had been granted to him by the late parliament at Westminster for three years, should not be levied on the citizens. Rymer, Fœdera, ii. 1042.

Edward III. A.D. 1338.

posuit[1] contra regem Franciæ; transitoque prospere mare, apud Antwerpe moram traxit, habitoque juxta Coloniam cum Ludovico de Bavaria, regnum Almanniæ tunc occupante, consilio, de toto imperio citra Coloniam ejus vicarius factus est, et omnibus imperium tangentibus vicem ejus gerens.

The Emperor of Germany appoints him his Vicar-General.

Qualiter Edwardus scripsit Papæ et Cardinalibus.

A.D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

Amabilium Deo patrum sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium collegio venerando, Edwardus, Dei gratia, rex Angliæ, dominus Hiberniæ, et dux Aquitaniæ, salutem et sinceræ dilectionis affectum. Sanctissimo patri domino summo pontifici, post debita reverentiæ munera, scripsimus in hæc verba:—Jus naturæ prævium, pariter animalia cuncta docens, contra violentas injurias licentiam defensionis indulsit, statuens universaliter jure factum, quod quisque, vim injuriamque propulsans, suam fecerit ad cautelam. Sane, cum dudum animosa guerrarum pericula, injuriosa damnorum discrimina nobis mota fuerunt et illata, quæ toti mundo notoria, et nostra etiam intimatione frequenti apostolicæ sedi facta, satis pro constanti supponitur beatitudini vestræ nota; nos, cor habentes pacificum, novit Deus, pro vitandis illis, et pacificis subducendis, obtulimus nos voluntarie persequenti reverenter et humiliter forte nimis amabiles vias pacis, non sine nostrorum magno jurium interesse, ut, neglecta prosecutione alia cujuslibet juris nostri, tempore illo justi doloris, quo propter accensam furoris

[1] The King embarked at Orwell on Sunday, the 12th of July, but the fleet did not weigh anchor until Thursday, the 16th, between one and two o'clock. Rot. Claus. 12 Edw. III. p. 2, m. 22, d.; Rymer, Fœdera, ii. 1050.

Edward III. A. D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

Soldani Babiloniæ rabiem, et crucis hostium aliorum ex causa jurati contra eos passagii, et solemniter publicati in partibus transmarinis, peribant, et pereunt Christiani, et crescunt immaniter injuriæ crucifixi, possemus sicut debemus, et propensius anhelamus, intendere causæ Christi, quæ negligitur immo verius imponitur in magnam cujuslibet christicolæ regis, maxime demerentis, infamiam et ignominiæ magnæ notam. Sed nescimus veniat quo 'peccato,'[1] quod de pacificis oblatis humiliter, ex quibus surgere debuit pacis amor, in eo, qui nos sola voluntate persequitur, majoris iracundiæ majorisque duritiæ crevit tumor. Contra nos tamen illum non provocat, Deo et conscientia nostra teste nobis, aliquod factum nostrum vel attemptatum per nos aliud contra eum; immo vident oculi mundi, publici testes nostri, præfatus persecutor noster, Franciæ regem se nominans, damnosis injuriis quot et quantis nos et nostra jura vulnerat et defalcat. Ipsius quidem regni Franciæ, quod ad nos omni successorio jure legitimo pertinere cognoscitur, est invasor et illicitus occupator; regnum ipsum, quod debuit nobis vocatis vel defensis legitime debito juris ordine petere, non veritus occupare, cum vir essemus et quod persona essemus cujus principaliter interesset notorie certum esset, et in regno ipsum jus nostrum foret tam notorium quam communi jure fundatum; supposito, sicut evidentia facti notorii præsupponit, quod celebris recordationis Philippus olim rex Franciæ 'pater claræ memoriæ Caroli regis Franciæ'[2] immediate defuncti, et serenissimæ dominæ Isabellæ reginæ Angliæ matris nostræ, fuerit avus noster, cum

[1] 'pacto,' MSS. Coll. Trin. and Cott. Nero D. ii.

[2] Supplied from the copy of this bull, preserved by Walsingham, p. 136.

Edward III. A. D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

eidem Carolo, tempore mortis suæ, ex descendentibus secum ab eodem Philippo masculus superstes proximior fuerit nullus nobis, et persona feminea dicti regni, per jus in eodem regno servatum antiquitus, sit non capax, quod nos jus regni præfati favorem in viam causæ finalis attendens, ne regnum ipsum sub feminea fragili gubernatione labatur, et propter hoc personam mulieris excludens, non excludit personam masculi per sic exclusam feminam descendentis, ne fiat juribus semper odibilis prorogatio odiorum, personæ videlicet ad personam, sexus ad sexum, causæ ad causam, odii ad favorem, neve, contra legum traditiones communes, femineum genus, ubi maxime de odio agitur, concipiat masculum. Ad hæc etiam per jus memoratum a regno fragilitas muliebris excluditur, ut regno salubrius consulatur, et proximior masculus admittendus, alias admittatur potissime ad jus illud quod primordialiter a matre sic exclusa non oritur, sed in nepotem propagatum ab avo originaliter derivatur. Alioquin sequeretur et alia iniquitatis absurditas per prorogationem odibilem supradictam, quod excluderetur collateralis conjunctior ut remotior vocaretur, cum tamen, ipso jure gentium naturali, fratres et sorores eorumque filii in successione mutua collateralibus aliis alterius lineæ præferantur. Et unde dictum jus pro regni favore ac odiis femineæ inhabilitatis ad regendum exoritur tam juris quam descendentium, 'per'[1] femineam masculorum injuriam occasio nasceretur. Nec est putanda memorati juris intentio sic iniqua ut matrem et filium ratione contraria similiter damnet. Immo e contra juris ejusdem judicio quo mater a successione

[1] 'ne per,' Walsingham.

Edward III. A. D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

expellitur, filio gradum matris ingresso successio tunc differtur, similitudine filii, qui gradum parentis deficientis ingreditur, ut ad patriam successionem cum patruis etiam admittatur, ut sic merito tristis mater, præfato rigore regia hæreditate nudata, substitutione taliter sibi facta, de filio gaudeat consolata, nec afflictioni afflictionem accumulet, quod sancta consideratio legis abhorret, sicut videmus etiam 'ubi'[1] onus afflictionis præamabile non intulit lex, sed casus in lege, scilicet quod consuetudinariam legem damnat, bona concedentem alii naufragorum, qua ratione quod in expresso legali pro vitanda afflictionis adjectione corrigitur, multo fortius in tacito prohibetur. Legi ergo regni Franciæ sufficiat plusquam plene, matri, non suo vitio, sed naturæ facto, quæ feminam fecit illam, radices regias succidisse, quodque mater expresse per legem ipsam exhæredationis propriæ, quasi quoddam naufragium patiatur, absque eo quod ex legis præfatæ consequenti tacito, omni jure contrario, cum filio exhæredato iterum naufragetur, et sine culpa pœna inveniatur augeri, cum, ubi etiam culpa est, debeat emolliri. Aliter etiamsi pro eo quod mater ex jure non admittetur ad regnum, repelli jure filius intelligeretur a regno. Judæorum regnum contra fidei fundamentum non pervenisset legitime ad Jesum, qui tamen natus Dei misterio, non virili consortio, ex feminea regali prole Davitica Maria virgine, ad regnum hujusmodi non admissa nec etiam admittenda, per certam fidei veritatem, rex verus et legitimus extitit Judæorum. Absit etiam quod 'Jesu filii David'[2] regalis successio, legalis observantiæ sive nodi fuerit fractura sive solutio,

[1] Omitted in MS. Coll. Trin. R. 5, 10.

[2] 'Jesus filius David,' MSS.

Edward III. A. D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

cum 'dicit'[1] legem non venerit solvere sed adimplere. Hoc autem excellentissimum legitimæ successionis exemplum rationabiliter imponit silentium loquacitati contrarii juri nostro in regno Franciæ memorato, ne quoad legitimum gradum et ordinem succedendi superemur in constitutione vel interpretatione juris, quos quoad hoc parificat identitas rationis. Nedum autem debita nostri vocatio nostraque defensio, ubi de tanto nostro agebatur 'præjudicio,'[2] est omissa, sed etiam nostri procuratores qui in Franciam ierant, ut pro nobis et nostro jure legitime comparerent, non solum fuerunt in judicio non admissi sed mortis horribilis comminatione repulsi. Et sic nostrum memoratum titulum, factum duodecim parium Franciæ non excusat, qui quoad nos, quibus ætatis tenellæ minoritas tunc favebat, relictis partibus judicum, ex hoc functi partibus sunt prædonum; quorum processum, factum in nostrum præjudicium, ipso jure nostra fecit invalidum minor ætas; qui quoad majorem efficax non fuisset, taliter defensione sublata, quæ competit homini ex jure naturæ, quod tolli nequit a principe nec a jure. Notum etiam communiter est ubique, qualiter in Aquitaniæ nostro ducatu semper invaserit et colliserit jura nostra, terras nostras invadens et dissipans quas capere potuit, aliis nostris terris quas occupavit adjungens, et, jus sibi dicens ad libitum Dei timore postposito, sibi tenens. Scoti etiam, quos nostræ coronæ subjecerant jura temporum antiquorum, sed iniqua rebellionis dementia contra naturalem dominum calcitrantes 'contumaciter'[3] in nostros

[1] Omitted in MSS. Coll. Trin. R. 5, 10, and Cott. Nero D. ii.

[2] 'judicio,' MSS. Coll. Magd., Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

[3] Adopted from the copy of this bull preserved by Avesbury; 'continuati,' MSS.

Edward III. A. D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

prædecessores et nos, læsæ majestatis criminis rei erant, ut contra nos nihil injuriæ omitteret, ad nostras injurias fœdere adjunxit, in tanto crimine nostræ injuriæ fovens eos, qui jure sanguinis et naturæ debuit potius nos juvare. Cumque præmissa omnia non implerent de nostris injuriis votum suum, collectis undique viribus quicquid potuit, ut nos iræ suæ torrens absorbeat aggregavit, tollere nos de mundo sollicitus, ad illud non intentos, forsitan ex intento facto suo contra nos, nostrum contra se metitus intentum, quod colligere vel metiri nequivit per alicujus actus nostri judicium nondum actum. Donum insuper nobis impensum divini muneris ægre ferens, extimare[1] visus est suam injuriam in Angliæ regno nostro nos vivere super terram etsi quantum dabat Dominus prospere, saltem per omnia pacifice quoad eum, quodque serviens nobis populus, vel verius cui servimus, nostris temporibus Dei dono fuerit gloriosus. Hæc autem non statim audita vel cognita nos moverunt, sed illa sub dissimulatione transivimus, nulli parcentes oneri vel honori, ut contra nos persecutio sua injuriaque quiesceret, nostrumque cum eo pacificum tempus esset, donec propinquum nobis vidimus gladium nostræ ac nostrorum neci et exterminio præparatum. Sed nunquid aliquis est qui credat quod animus nobis cognitus principis tantæ potentiæ, et sic, ut præmittitur, occupatæ nobis, fuerit negligendus, qui suæ viribus voluntatis armatus, potentia undique vocata vallatus, solum ut possit liberius pro sua voluntate nos persequi, juratam deserit causam Christi. Quid ergo pro suo jure suaque securitate non licuit regi, sui status suique populi periculum jam videnti, dicat qui noverit, quid

[1] A medieval form of æstimare.

Edward III. A.D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

non liceat homini de vitandis injuriis damnisque certanti, in illis præsertim quæ ad vitæ statusque radices securim ponere probabant. Levis ne timor dici poterit aut vanus, qui pro nobis si potuit conjunctorum nobis illustrium fortiumque constantia corda concutere, multo fortius debuit etiam nos terrere, quos solos periculorum concepta molimina concernebant? Propter hoc igitur jure naturæ dictante, facti tam nostri quam nostrorum jurium, non voluntarii sed necessarii defensores, ac opportunis cautionibus attendentes, juxta rei militaris documenta probata illustrium antiquorum, quod potentiæ magnæ pericula conspirata periculosius exspectantur, in laribus illis nuper currentibus ad nostræ lucis et salutis occasum consultius venimus in occursum, ne contra nos forte discriminose procederent, sed sui ortus præfocarentur loca, eorum freti consilio et auxilio nobis oblato, quos nobis consanguinitas et affinitas conjungebat, et ad quos simul spectabant nobiscum periculis nostræ destructionis occurrere, illaque consiliis et auxiliis præcavere; ponentes in manu Dei, quam in manibus apostolicæ sedis vestræ vel aliorum bonorum virorum communium ponere quondam voluimus justificatam, quantum potuimus, causam nostram, ut Ipse, rectum ex alto prospiciens, sententiam justam ferat, et in sui gladii viribus exequatur. Nec, credimus, alme pater, quod arbiter quivis rectus, vel etiam judex justus, sic interpretetur aut torqueat nostrum factum, ut quod pro nostrorum tuitione et assecutione jurium, in tanto discrimine nostram fecimus ad defensam, alterius, quam non intendimus, non agimus, nec agemus, putet injuriam vel offensam. Immo credimus, et certi sumus, quod facti nostri intentio attendetur, et quid, ubi, ac propter quid fiat, debita

Edward III. A. D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

consideratione librabitur, et justi statere judicis appendetur, et sicut sanctio legis docet, non factum ex dicto, sed dictum pensetur ex facto, non esset equidem juris præsumptio nobilis, quod supponit factum ab homine fieri suo jure, non benigna interpretatio vel civilis, qualem semper fieri dictat censura legalis, si nostri juris usum notorium, nostræque defensionis compendium, dispendium offensionis illicite quis diceret alienæ. Cesset igitur, quæsumus, omnis conjectura in actibus nostris certisque, locum duntaxat sibi vindicat in non certis. Denique dicet forsitan accusator, calumniosus nostræ actionis interpres, quia suscepimus hominem contra quem processisse fertur ecclesia vel non parentem ecclesiæ vicario; non dicet quod fratris et affinis vicibus fungimur, non ad juris habendum titulum necessarium nobis potentiæ solum usum 'asciscimus'[1] ut necessario fulti præsidio, ubi nunc sumus, nos a congestis in nostram ruinam periculis defendamus, et pro nostrorum justa jurium assecutione certemus. Non dicet, quod intendimus nos defendere, pro nostro jure certare, non ecclesiam impugnare, vel ejus impugnationi favere, pro cujus utique certaremus honore, nullius habita respectione periculi, sicut catholicam excellentiam regum decet, cum tamen ut omnis juris 'censet'[2] intentio, ac cujuslibet actionis finalis causa vel ratio principaliter attendenda, et ex notitia voluntatis atque propositi, surgat distincta certaque cognitio operis accusati, solumque de gestis hominum realis actio, non verbalis conceptio, penderetur. Non dicet quod facimus de materia ista scutum contra eum, qui nostro prominebat capiti mortis ictum; quodque fecerimus medici

[1] Supplied from Walsingham.
[2] 'cesset,' MSS. Coll. Magd., Coll. Trin. R. 5, 10, and Cott. Nero D. ii.

Edward III. A. D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

sapientis exemplo, qui materiam morte plenam, 'currentem'[1] ad partes corporis ubi vita se recipit, divertere facit ad membra, in quibus materia nequit fore suspecta, quæ ad proximum fuerat interitum præparata. Sic loquitur, sancte pater, sic loquitur propter vehementiam, qui in suis insidiis nos invenire quærebat incautos et penitus imparatos. Sed proculdubio cautius fuit nobis, juxta militarem theoricam edocentem, quod motæ guerræ periculum plus evitat qui eam a terræ suæ limite prosequestrat, contra notorium hostem nostrum pro jure nostro nos congredi, et terris potentum potentibus sociatos, quam in propria persona nostra solos. Non igitur apud vestræ viscera misericordiæ et sanctitatis locum inveniant detrahentium informatio æmula vel sinistra facta, de filio qui suorum hæreditario jure majorum, in vestrorum prædecessorum, vestra, et apostolicæ sedis gratia et obedientia semper inconcusse perstitit et persistet. Immo, si quævis de filio taliter facta suggestio pulsaverit vestræ beatitudinis forsitan aures, non prius a vestra dignatione sancta credulitas illi detur, quam auditus sit filius qui tangetur, qui confidit, et indesinenter intendit, ante sanctitatis vestræ judicium omni præsidens creaturæ, quod negare hæresin est probare, justam dicere, vel justam facere quamlibet causam suam. Illud demum dicimus, ad nostræ intentionis majorisque devotionis evidentiam subjungentes, quod si sit aliquis de nobis fœdere naturæ conjunctus, nobisque ad nostram defensionem adjunctus, qui per viam obedientiæ apostolicæ sedis vestræ non ambulet, sicut debet, dare intendimus, quam non parum utiliter dare posse confidimus operam indefensam, ut omni dimisso devio ad viam obedientiæ redeat,

[1] 'crescentem,' MSS. Coll. Trin. R. 5, 10, and Cott. Nero D. ii.

Edward III. A.D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

omnemque faciat semitam suam rectam. Unum rursus, quod a multis audivimus, petita venia cum reverentia, non tacemus, quod alias inauditum, quanto consideratur attentius, pungit acutius mentem nostram, videlicet quod adversarii nostri manus, notorie nunc ut prius, 'ad nostrum tantum laborantis exitium,'[1] cum guerram faceret nemo sibi nec ipse alii nisi nobis de Christi patrimonio sit armatus. Quod certe reges Angliæ nostros prædecessores illustres Christi pugiles, fidei athletas, sanctæ Romanæ matris ecclesiæ amantissimos zelatores, ejusque mandatorum devotissimos servatores, vel nos etiam nec scimus nec credimus meruisse. Et licet propter hoc dicatur a pluribus, non a nobis, quod contra nos facta subventio, quoad nos, actus patris vel matris non extiterit sed novercæ; nihilominus tamen constanter asserimus quod sumus, et perseveranter erimus, vestræ sanctitatis vestræque sedis, devotus et humilis filius, non privignus. Ex quo non sine ratione speramus quod nostra humilitas facta major et firmior per illud quod non meruit nocumentum, vestræ paternæ caritatis et gratiæ invenire debeat exuberantius incrementum, ut quod nobis insontibus intulit, 'quæ præcessit'[2] asperitas punctionis, sequens deleat et compenset vestræ lenitas unctionis. Hunc autem nostræ justitiæ et contra nos injuriæ sic multiplicatæ processum præeminentiæ vestræ sancti culminis intimamus, ut vestra summa sanctaque mensura boni et æqui, cujus a Deo sibi competit dare claves, aperire et claudere in terra positis portas cœli,

[1] Amended from Walsingham; MSS. Coll. Magd., Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10, read 'ut nostri ad tantum laborantis exercitium.'

[2] Amended from Avesbury; MSS. Coll. Magd., Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10, read 'quæ non præcessit.'

Edward III. A. D. 1339.

Letter of King Edward to the Pope and Cardinals, setting forth his title to the throne of France.

prout exigit plenitudo suæ potestatis et præcellentia sui fori, quantum fuerit rationis, favere debeat nostro juri, parati semper, nedum a vestro sancto cunctis præsidente judicio, immo et a quolibet alio de veritate contrarii, si quis eam noverit, humiliter informari. Et qui sponte rationi subjicimur, aliam datam nobis intelligi veritatem cum plena et humili gratitudine complectemur. Quia vero vos, patres conscripti, estis in partem sollicitudinis et consilii dicti domini summi pontificis condignis meritis evocati, sibique lateraliter ad dandam plebi Christi salutis scientiam assidetis, ista vestræ patere cupimus notitiæ, ut, cognita causæ nostræ justitia, veritati possitis impendere, quod debetis. Ad quod circumspectionem vestram providam, quæ solet sine personarum acceptione jura singulorum æquo libramine ponderare, votivis precibus excitamus. Et si forsan in facto nostro quicquam appareat, cautelam exposcentes consilii sanioris, a vobis super hoc cupimus salubriter informari, parati in agendis nostris singulis cedere rationi. Datum apud Antewerpe XVI. die Julii, anno Domini M.CCCXXXIX.

Qualiter summus Pontifex rescripsit Regi Angliæ Edwardo.

Bull of Pope Benedict, in answer to King Edward's letter.

Benedictus episcopus servus servorum Dei carissimo in filio Christo Edwardo 'etc.'[1] Dudum te, fili carissime, clara imitari vestigia progenitorum tuorum regum Angliæ, qui erga Deum et sacrosanctam Romanam ecclesiam velut peculiares ejus alumni et devoti filii, plenitudine devotionis et fidei claruerunt, tuæque

[1] The following are the words omitted: "regi Angliæ illustri, salutem et apostolicam benedictionem."

'splendorem'[1] prosapiæ a quavis obfuscatione nebulosi contagii 'præservari,'[2] eaque in te prælucere cupientes clarius, et ex paternæ caritatis et dilectionis affectu quo te statumque tuum prosequimur nostras tuæ celsitudini literas detexisse meminimus, inter cætera recensentes qualiter excessus per nobilem virum Ludovicum de Bavaria, olim, ut asserebatur, discorditer in regem Romanorum electum, adversus Deum et eandem Romanam ecclesiam, ac fœlicis recordationis Johannem papam XXII. prædecessorem nostrum, per coacervationem multiplicium et atrocium offensarum, nequiter perpetrati, tuum præterire nequibant auditum; quos velut toti mundo notorios, non omnes, cum longa et prolixa nimis eorum narratio extitisset, sed ex eis aliquos, in eisdem literis providimus, ut sequitur, recitandos. Idem namque Ludovicus, contra processus prædecessoris ejusdem et inhibitiones ipsius, de consilio fratrum suorum, ejusdem Romanæ ecclesiæ cardinalium, factos et habitos, diversas spirituales et temporales pœnas et sententias continentes, intravit Italiam, et nonnullos hæreticos de hæresi publice et notorie condemnatos in consortium publicæ participationis admisit, et asserens hæreses manifestas, ac favendo secumque tenendo hæreticos publice dogmatizantes prædictarum hæresium detestabiles et horrendos errores, hæretica quoque dogmata scienter, immo potius dementer, approbans, et in evidentiam approbationis hujusmodi, ea per diversas literas, sigillo suo noto munitas, deduxit in aliorum publicam notionem. Sibi etiam nomen imperiale postmodum usurpare, et administrare jura imperii

Edward III. A.D. 1339.

Bull of Pope Benedict XII.

---

[1] 'splendor,' MSS. Coll. Magd., Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

[2] 'præsentarunt,' MS. Coll. Magd.

Edward III. A. D. 1339.

Bull of Pope Benedict XII.

in eadem Italia et Almannia, contra processus et inhibitiones prædictos, detestabili temeritate præsumpsit, ex hiis, præter pœnas alias, excommunicationis et anathematis sententias incurrendo; et tandem ausus ausibus, et excessus accumulando excessibus, se conferre non expavit ad urbem, ubi in illam nequitiæ prorupit insaniam ut meditatus urbi et orbi universali schismatis suscitare dispendium, quendam hypocritam, diabolicæ præsumptionis virum, nomine Petrum de 'Corbaria,'[1] velut abominationis horrendæ simulacrum, in apostolica sede pro Romano pontifice statuere moliretur; idque, quantum in eo fuit, produxit in actum; fuit veneratus in papam, consecrationemque, immo verius execrationem, ac diadema imperiale de facto recepit ibidem, ut de multis insanis aliis processibus, quinimmo detestandis excessibus, per eosdem Ludovicum et Petrum, præsumptione perpetratis hæretica, taceretur. Propter quæ dictus prædecessor præfatum Ludovicum fore a Domino denunciavit omni honore et dignitate privatum, et in eum, tantarum hæresium et schismatum maculis irretitum, exercens gladium apostolicæ potestatis, 'cum'[2] omnibus qui adhærerent eidem vel præstarent auxilium, consilium, vel favorem, seu pro Romano rege aut imperatore scienter haberent, tenerent, vel nominarent eundem, non solum excommunicationis et anathematis, sed etiam alias pœnas et sententias, tanquam in fautores, hæreticos et schismaticos promulgavit, et a jure declaravit prolatas, sicut in diversis processibus, per præfatum prædecessorem habitis, seriosius continetur. Super quibus quidem pœnis, quan-

[1] 'Cobaria,' MSS. Coll. Magd., Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

[2] 'eum cum,' MSS. Coll. Magd., Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

tumcunque per ipsum Ludovicum promeritis, et in eum justo ecclesiæ judicio promulgatis, si vere pœnitens se humiliasset ad gratiam benignam, reperisset eandem ecclesiam, quæ ipsum, tanquam filium prodigum de longinquo redeuntem, ad suum gremium apertis brachiis recepisset, immolatura pro eo, in ubertate divinæ laudis, vitulum saginatum. Rursus adjecimus in literis supradictis, quod, 'quanquam tam'[1] prædictorum excessuum quam eorundem processuum, per dictum prædecessorem contra dictum Ludovicum, exigente justitia, postmodum habitorum notitiam habuissemus et etiam habemus; ut tamen ipsum, a peccatorum nexibus liberatum, de faucibus sempiternæ mortis possemus eripere, postquam fuimus ad apostolatus summi apicem assumpti, diversos nuncios ejus, diversis vicibus et temporibus ad nos missos, receperamus benigne, ac pro reconciliatione ipsius, per fructum veræ pœnitentiæ promerenda, prolocutiones varias habueramus cum eis, et tunc pendebat etiam ad proloquendum ulterius, terminis assignatis, in quo, proculdubio, per nos non stetit quominus ulterius fuerit super negotio reconciliationis ejusdem processum. Quare, fili dilectissime, serenitatem tuam requirendam tunc duximus per easdem literas et rogandam, ut prudenter advertens, et in scrinium internæ considerationis adducens, gravitatem pœnarum in quas inciderent, et sententiarum quas incurrerent, quantisque periculis et discriminibus implicarentur, qui præfato Ludovico, sic notorie et publice de pravitate hæresis et sic odiosi toti Christianitati schismatis condemnato, antequam reconciliationis gratiam ejusdem ecclesiæ meruisset, 'participare'[2] præsumerent, sibique impen-

Edward III. A.D. 1339.

Bull of Pope Benedict XII.

[1] 'tanquam,' MS. Cott. Nero D. ii.

[2] 'præcipitare,' MS. Cott. Nero D. ii.

Edward III. A. D. 1339.

Bull of Pope Benedict XII.

derent auxilium, consilium, et favorem, vel sibi, tanquam imperatori vel regi Romanorum, reverentiæ cultum, seu titulum regalis vel imperialis nominis assignarent scienter, ac cujuslibet participationis fœdere contrahendo cum ipso, et exhibitione reverentiæ et honoris sibi, tanquam regi vel imperatori, quousque dictus Ludovicus reconciliationis ejusdem ecclesiæ meruisset gratiam obtinere, penitus te retrahere et totaliter abstinere curares, ut tibi famæ integritas et illibata tui generis claritas servarentur. Cum autem rumor implacidus et admodum infestus ad nos perduxerit hiis diebus, quod tu, fili, requisitionibus et rogationibus nostris hujusmodi, utique salutaribus et de fonte prodeuntibus caritatis, non sine detrimento tuæ salutis et famæ, quod dolentes referimus, obauditis; non solum cum prædicto Ludovico, nondum eidem reconciliato ecclesiæ, nec a pœnis et sententiis, quibus propter præmissa et alia multa gravia commissa, per ipsum prædecessorem nostrum implicatus esse noscitur, liberato; nec etiam processibus sæpefati prædecessoris, per quos, ut præmittitur, adversus omnes et singulos cujuscunque præminentiæ, dignitatis, conditionis, vel status, etiamsi pontificali, regali, vel quacunque alia ecclesiastica seu mundana dignitate fulgerent, præfato Ludovico adhærentes seu præstantes directe vel indirecte, publice vel occulte, consilium, auxilium, vel favorem, vel sibi, tanquam imperatori aut regi Romanorum, reverentiam exhibentes, seu titulum regalis vel imperialis nominis assignantes seu ascribentes, graves, spirituales ac temporales pœnæ ac sententiæ infliguntur, nequaquam relaxatis, immo sui roboris efficacia perdurantibus, participationes, confœderationes ' inire '[1] sibique adhærere, ac præ-

[1] 'jure,' MSS. Coll. Magd., Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

Edward III. A.D. 1339.

Bull of Pope Benedict XII.

stare favorem, auxilium, et consilium præsumpsisti; immo, quod perniciosius, proh dolor! et damnabilius noscitur existere, si veritas relatibus suffragetur, vicariatus officium per totam Almanniam et Germaniam, ac universas et singulas earum provincias sive partes, ab eodem Ludovico, sub imperialis nominis titulo, ut asseritur, suscepisti de facto, cum ipse Ludovicus nec rex nec imperator sit, ut præfertur. Cujus prætextu nonnullis prælatis ecclesiarum et personis ecclesiasticis in terris imperii constitutis, ac in nostra et ecclesiæ memoratæ devotione ac fidelitate debitis persistentibus, sub pœnis gravibus, per tuas eis literas comminatis, mandasse diceris et districtius injunxisse, ut ad te, tanquam ejusdem Ludovici in Almannia et Germania et partibus supradictis vicarium, et audituri sententiarum et judiciorum ipsius Ludovici tuorumque mandatorum rectitudinem, ac præstituri eidem Ludovico, vel tibi ejus nomine, recognitiones, homagia de terris, bonis, et juribus, quæ tenent ab imperio, convenirent. De te igitur, fili, ubi sit tua tuorumque consiliariorum prudentia ex eo præsertim non sufficimus admirari, quod cum tu, sicut audivimus, pro illorum repetitione jurium, quæ ad te asseris pertinere, non sine grandium personarum periculis, ac expensarum et sumptuum profluviis, peregrinari ad partes Almanniæ curaveris, et multos super hoc feceris apparatus, nunc spretis ejusdem prædecessoris processibus, et deductis damnabiliter in contemptum pœnis et sententiis supradictis, quibus te manifeste, si quæ nobis referuntur vera sint, non absque horrenda nota, quæ non parum obfuscat tui claritatem generis, proculdubio 'implicasti.'[1] Et nihilominus, quamvis

[1] 'multiplicasti,' MS. Coll. Magd.; 'multiplicitati,' MSS. Cott. Nero D. ii. and Coll. Trin. R. 5, 10.

Edward III. A. D. 1339.

Bull of Pope Benedict XII.

nos te nunquam offenderimus, nec contra te aliquid fecerimus; quanquam et intelleximus falso et mendaciter suggestum tibi per eos qui te, salutem et honorem tuum minime diligunt fuerit, quod nos carissimo in Christo filio nostro Philippo regi Franciæ illustri, in auxilium guerræ suæ, ingentem pecuniæ quantitatem de nostra camera dederimus, quodque institutionem personarum ecclesiasticarum concesseramus eidem in omnibus ecclesiis regni sui, quæ omnimoda carere veritate noscuntur; talia namque nunquam postulata fuerunt a nobis, nec ea concessissemus quomodolibet cum quantacunque instantia petita fuissent; nec decimas contra te regi Franciæ concessimus, sed adversus Teutonicos 'Ludovico'[1] adhærentes prædicto, ipsiusque ecclesiæ Romanæ inimicos, qui ad invasionem regni Franciæ se, ut habebat rumor publicus et notorius, disponebant, sicut in concessione decimarum ipsarum continetur expresse. Non fuit nempe nostræ intentionis adversus te fomentum ministrare discordiæ 'vel eam'[2] alicujus subsidii administratione fulcire; quinimmo statum regni 'tui'[3] et etiam regni Franciæ, pacis et concordiæ prosperitate et unanimitate potiri summis desideriis affectantes, ad hoc, serenitati tuæ et dicto regi Franciæ per nos sæpe directis literis, et etiam nunciis, videlicet sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus ad partes illas de latere nostro missis, votis ardentibus laboramus, et labore non cessamus, nec cessabimus, ut inter te et regem eundem et utriusque regna, pacis et unitatis serenitas illucescat. Tu tamen, fili

[1] 'Ludovicos Ludovico,' MSS. Coll. Magd. and Cott. Nero D. ii.

[2] 'tui vel eos,' MSS. Coll. Magd. and Cott. Nero D. ii.

[3] Omitted in MSS. Coll. Magd. and Cott. Nero D. ii.

Bull of Pope Benedict XII.

carissime, fide, ut videtur, adhibita prædictis falsis suggestionibus et mendosis, te nostrum et ejusdem Romanæ ecclesiæ persecutorem et hostem, invadere ac occupare honores et jura nostra et ejusdem ecclesiæ, ad quos regimen et administratio imperii Romanorum, eo vacante, sicut nunc vacare noscitur, pertinent pleno jure, moliris, molestando prælatos et personas ecclesiasticas in nostra et ipsius ecclesiæ devotione ac fidelitate debitis, ut præmittitur, 'persistentes,'[1] ipsosque ad obedientiam dicti Ludovici, de diversis, ut præmittitur, hæresibus et schismatibus aliisque criminibus sententialiter condemnati, ac jure regio et imperii, si quod forsan ad eum competierat, vel etiam competebat, justo Dei et ecclesiæ judicio privati, ac præstationem hujus recognitionis et homagii sibi, vel tibi ejus nomine, faciendam, attrahere et inducere, coactivis impulsibus et commonitionibus satagendo. Utinam, fili, antequam de hiis tam periculosis et detestandis te involvas amplius, attente consideres, et matura deliberatione prævia constituas ante oculos mentis tuæ circuitus periculosos et nodosos laqueos, quibus te, subtilibus ingeniis et fraudibus exquisitis, aliqui, de suis potius quam de tuis solliciti negotiis et commodis, præmissis involvere, tibique onus, quod a se quodammodo rejicere cupiunt, non minus leve, 'si'[2] diligenter circumstantias 'attenderis,'[3] imponere moliti sunt, et non sine periculo tui præcipitii moliuntur. Nec te latere volumus quod præfatus prædecessor olim, per quandam constitutionem ab ipso de

[1] Amended from Walsingham, Hist. Ang. 142; 'persistis,' MSS. Coll. Magd. and Cott. Nero D. ii.

[2] Amended from Walsingham, 'sed,' MSS. Coll. Magd., Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

[3] Amended from Walsingham, MSS. Coll. Magd., Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10, read 'attendens.'

Edward III. A.D. 1339.

Bull of Pope Benedict XII.

dictorum fratrum suorum editam consilio, in omnes et singulos, cujuscunque status, dignitatis, vel conditionis existerent, etiamsi patriarchali vel quavis alia superiori aut pontificali vel regali dignitate fulgerent, et qui, absque sedis apostolicæ licentia speciali, vicarii seu cujuscunque alterius officii nomen in prædicti terris imperii, eo vacante, sicut tunc vacabat, et nunc etiam vacat, ut præmissum est, assumere, vel assumptum ultra terminum duorum mensium præsumerent retinere, seu dimissum reassumere quoquomodo, ac in obedientes, parentes et intendentes eisdem, excommunicationes ac alias graves sententias promulgavit. Nos itaque, qui erga te, fili, claudere viscera paternæ dilectionis nequivimus, et cordis dolore tangimur intrinsecus cum talia percipimus ad tuum tuique honoris, status, salutis, et famæ dispendium machinari, tuam rogamus magnificentiam, requirimus, et in Domino attentius exhortamur, sano paternoque tibi nihilominus consilio suadentes, quatinus ea quæ præmisimus, et alia quæ circa illa tibi possunt occurrere, deducens in rectæ deliberationis et discussionis examen, ac insuper tenens certius et attendens quod dictus Ludovicus, ut præmisimus, nec rex nec imperator est, nec aliqua quæ ipse fecerit vel faciet quamdiu fuerit et erit dictis processibus ac pœnis et sententiis irretitus, quicquam valuerunt vel valent, nec sunt aut fuerunt alicujus auctoritatis, roboris, vel momenti, quodque tibi periculosum est, et multipliciter formidandum, te bellorum subjicere discriminibus, maxime si esses supradictis processibus, pœnis, et sententiis, a quibus liberari non posses, nisi duntaxat per sedem apostolicam, quæ absolutionem earum sibi expresse retinuit, involutus, ac Dei et ejusdem

Edward III. A. D. 1339.

Bull of Pope Benedict XII.

Romanæ ecclesiæ persecutor et hostis effectus, a quibus te misericordiarum Dominus protegat et defendat. Consideransque præterea diligenter, quod licet humanum sit peccare, in peccatis tamen perseverantia diabolica est censenda, te a præmissis singulis sic horrendis deviis, si ad illa forsan declinaveris serpentina deceptione seductus, antequam invalescant perniciosius, seu in conspectu Dei et hominum fœteant deterius et putrescant, resilire penitus, pedesque tuos ad viam rectam, Deo placitam ac tuis statui, saluti et honori congruam, dirigere quantocius non postponas; eorundem cardinalium, qui te statumque tuum sincere diligunt, super reformatione pacis inter te et dictum regem mutuo placabili Deo et amabili hominibus adquiescens. Videtur equidem quod si etiam prædicti vicariatus valeret officium assignari, adhuc tamen tuum, qui tam magnus tantusque rex et princeps existis, tantoque nomine ac titulo regio existere nosceris insignitus in orbe, non deceret honorem quod nominareris vicarius alicujus domini temporalis; quanto minus ergo tuam decuit vel decet excellentiam illius vicarium appellari, qui auctoritate nulla, sicut sæpedictum est superius, præminet, sed, proh dolor! tantorum existit respersus labe criminum, tamque gravibus pœnis et sententiis, cum omnibus sibi adhærentibus implicatus. Sciturus, fili amantissime, quod si monitis nostris hujusmodi salutaribus adquieveris cum effectu, tibi sic impulso ut caderes manum benignam porrigemus quantum cum Deo poterimus, sublevantem; alias autem non poterimus desistere, cum id a nobis exigat officium apostolicæ servitutis, quominus super prædictis providere de opportunis remediis, procedendo contra te, quod molestum et grave nobis erit admodum, si

Edward III. A.D. 1339.

necesse, quod absit, fuerit, prout, exigente justitia, debebit et poterit fieri, procuremus. Datum apud Avinionem idibus Novembris, pontificatus nostri anno quarto.

Saturday, Nov. 13.

Qualiter Flandrenses Regi Angliæ favent; et de Mutatione Sigilli sui; et de Gestis inter ipsum et Regem Franciæ habitis.

Rex Angliæ hoc anno Flandrenses in amicitiam suam attraxit; a majori parte illorum fidelitate sibi jurata, relicto domino suo naturali, fœdera suscepit; mutatoque sigillo et armis suis utriusque regni, Francorum scilicet et Anglorum, arma integra, more tamen quadripartito,[1] sibi appropriavit; regem Angliæ et Franciæ[2] in literis suis se scribi jussit.[3] Misit insuper literas suas patentes, sigillo suo novo signatas, locis Flandriæ conterminis, et portis ecclesiarum in Gallico talia continentes affigi fecit.[4]

King Edward assumes the title and arms of France.

---

[1] A full account of the manner in which the quarterings were disposed is given in Stow, 584; Barnes, Hist. Edw. III., 154.

[2] The styles "Edwardus Dei gratia rex Angliæ et Franciæ, dominus Hiberniæ, et dux Aquitaniæ," and "Edwardus Dei gratia rex Franciæ et Angliæ, dominus Hiberniæ et dux Aquitaniæ," are met with in several letters addressed by the King to the Duke of Brabant, appointing him his lieutenant and vicar-general in France (to which kingdom he asserts his claim by hereditary succession), to the Marquis of Juliers, the Count of Holland, and the Earl of Northampton, all bearing date the 7th of October, 11 Edw. III. (1337), which are printed in Rymer's Fœdera from the Almain Rolls in the Tower. It is remarkable that the title of King of France is not to be found in any other document in that collection until after the 25th of January, 1340.

[3] It would appear that the King assumed the title and arms of France at the request of the people of Flanders, who wished to obtain a plausible pretext for lending their assistance against the King of France. Knyghton, 2576; Barnes, 154.

[4] The original French letter, which follows, is taken from a fine contemporary copy preserved in MS. Cotton. Caligula, D. iii. 23:—

"*La patent et garnissement que notre Seigneur le Roy Edward fist pubblier et ficher as hus dez Eglisez en le Roialme de Fraunce.*

Edward par la grace de Dieux roy de Fraunce et de Engleterre,

Edwardus, Dei gratia, rex Franciæ et Angliæ, dominus Hiberniæ, omnibus prælatis, comitibus, baronibus, nobilibus, communibusque regni Franciæ, cujuscunque fuerint conditionis, veri-

Edward III. A. D. 1340.

Manifesto of King Edward asserting his title to the crown of France.

seigneur de Irelonde, a toutes pieres, prelates, duces, countes, barouns, nobles, et comunes de realme de Fraunce, de quele estate ou condicionque ils seyunt, conisaunce de verite. Purceo que notorie chose est que monsieur Charles de bone memorie, nadgers roy de Fraunce, morust seisi heritablement du realme de Fraunce, et que nous sumez fitz a la seor germayn du dit seigneur Charles; apres que mort le dit realme de Fraunce nous est notorrement par droit heritage eschutz et devolut, et que sire Philip de Valeys fitz al uncle le dit sire Charles et issi en plus longe tyme degree que nous ne sumus, se ad batuz countre Dieu et droiture en le dit realme taun come estounus de meyndre age, et le detynt en cy tourcenousement. Si avoms par bone et graunt deliberation en affiaunce de Dieu et de bones gentez enpris le noun et le gouvernement del dit realme comme nous devioms; et si sumus en ferme porpos de faire graciousment en eux qui volount faire vers nous lour devyer: et nest mye nostre entencion de vous toler noun duement vous droytures, mes pensoms de faire droiture a toutz, et de prendre lez bonez leyez et costoms qui fuerent en temps nous progenitours Soient Lowes; et auxint nest mye nostre volunte de quere notre gayn et votre damage pour eschaungez de moneyes ou par exactions ou par maltoltes nient dues. Kar la Dieu mercy assez avoms pour notre estate meyntener, eyms voloms nous sugettez en tantz que nous pouems eyeser, et lez libertes et lez priveleges de seynt eglise meyntener et especialment defendre a notre poer; et si voloms tout foith es bosoignes de realme avoir et sevre bone conseile de piers, prelates, nobles, et autrez sages, nous feals en dit realme, saunz rien sodeynement ou voluntairement faire ou comenser. Et vous dioms a decertes que nous desyrauns sovereynment que Dieu par notre travayle et de bone gentz meyst pees et amour entre Cristiens, et nomement entre nous, issint que un arme de Cristienes se pourrent faire en hast devers le Terre Seynte pour la deliverer dez meyns des mescreauns, a quele chose al eyde Dieu nous esperoms. Et volez entendre que nous avoms sovent maunde al dit sire Philip plusours resonablez voyez de pees, mes il nad volu asenter nulle tiel voye faire a nous, eyns nous ad degwerre et nous altres, et se afforce a nous defaire entierment a seon poer. Et ensy sumus chace per necessite de nous defendre, et nous droitures pourchaser; et verreyment nous ne querroms mye mortalite ne empoverosement de poeple, eyns deseiroms que eus et lour biens soyent sauvez. Par quoi voloms et grantoms de notre bone grace et de bounte que toutz lez gentz du dit realme, de quel estat ou condicion qils soyent, se volount adrescer a nous come nous chiers et nous feals, sicome lez bonez gentz de pays de Flaundrez ount fait, en regarde de Dieu et de notre droit, et nous reconustre

Edward III. A.D. 1340.

Manifesto of King Edward, asserting his title to the crown of France.

tatis cognitionem. Quia vero notorium est quod dominus Carolus bonæ memoriæ, dudum rex Franciæ, de regno Franciæ hæreditarie seisitus viam universæ carnis ingressus est, et quod nos filius germanæ sororis dicti Caroli esse dinoscimur, post cujus obitum prædictum Franciæ regnum nobis hæreditario jure existit devolutum; dominusque Philippus de Valesio, filius avunculi dicti domini Caroli, in longinquiori gradu persistens, contra Deum et justitiam, dummodo minor ætas nos fovebat, per suam potentiam dictum regnum usurpavit et injuste detinere non timuit. Nos vero per morosam grandemque deliberationem, in fiducia Dei bonarumque gentium ac nobilium, regimen prædicti regni, sicut tenemur, assumpsimus et nomen, et cum illis qui erga nos facere voluerint quod tenentur, firmo perseveramus proposito et stabili, gratiose, quod nobis 'incumbit,'[1] operari. Nec est utique intentionis nostræ justitias vestras et jura indebite vobis auferre, sed æquitatem et justitiam cunctis, Deo propitio, facere meditamur, bonasque consuetudines tempore progenitoris nostri Sancti Ludovici promulgatas reassumere. Nec est voluntatis nostræ nostrum emolumentum quærere vestrumque dispendium per monetarum

lour droit roy, et affere a nous lour deyver entre cy et la fest de Pasche procheyen avener, seynt ressuz a notre pees et a notre especial protection et defence, et qils eynt touz plenerement lour possessions et biens moebles et noun moebles saunz rien prendre ou estre grevous pour chose fait en temps passe; et lez voloms sauver et meyntener par toutz lez voyez que nous poms, come par reason faire devoms. Et pour ceo lez ditz chosez ne pount de leger a checun [de] vous especialment estre notifie, si lez avoms fait pubblier entierment et ficher as hus de eglisez et en autre lus que eux pussent vener issint a notitie de eus, en counfort de nous feals et terrour de nous rebels que nuly par ygnoraunce dez ditz chosez se puise excuser. Done a Gaunte, le XVIII. jour de Feverer, lan de notre regne de Fraunce primer et d'Engleterre XIIII°.

[1] 'incubuit,' MSS. Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

Edward III. A. D. 1340.

Manifesto of King Edward asserting his title to the crown of France.

excambia seu per exactiones indebitas et vectigalia, cum sufficienter, laudetur Deus, pro statu nostro manutenendo et regendo habeamus; sed subditos nostros, quantum poterimus, alleviare et exonerare intendimus, et libertates et privilegia sanctæ ecclesiæ pro viribus nostris fovere ac specialiter defensare; in negotiisque dicti regni, prælatorum, nobilium, et aliorum sapientium, fidelium nostrorum in eodem regno, sine alicujus rei subita vel voluntaria inceptione vel accensione, salubre consilium votivis affectibus amplexari et sequi. Dicimus itaque vobis et asserimus quod ferventissimo desiderio, præ cæteris hujus mundi prosperis, anhelamus, quatinus omnipotens Dominus per laborem nostrum et fidelium inter Christianos, præcipue tamen inter nos, pacem apponere curet, et quod passagium nostrum festinum versus Terram Sanctam, ad eripiendam eam de manibus inimicorum Christi, ad quod, Domino nobis favente, speramus fieri posse. Noverit etiam universitas vestra plures rationabiles pacis vias prædicto domino Philippo nos sæpius obtulisse, quibus non solum assentire non curavit, verum etiam in aliis terris nostris nobis guerram commovit; totaliter nos annihilare non solum nisus est, verum etiam pro viribus suis de mundo tollere solicitus. Idcirco enim nos et nostra defendere ac jura perquirere, necessitate non modica inducti sumus et coacti. Veraciter tamen mortalitatem et depopulationem non quærimus, sed personas singulas ac bona, quantum in nobis est, si per eos non steterit, servare ac indemnitate gaudere affectamus. Quocirca volumus, et de gratia nostra speciali ac benignitate concedimus, quod cuncti fideles dicti regni, cujuscunque fuerint conditionis aut status, qui nobis, sicut carissimi

Edward III. A. D. 1340.

Manifesto of King Edward asserting his title to the crown of France.

et fideles nostri patriæ Flandrensis, jus nostrum considerantes, fecerunt quod justitia suadebit, et illis incumbit facere, citra Pascha proximo futurum nos suum dominum et regem agnoscere voluerint, ad pacem nostram specialem, protectionem et defensionem suscipiantur, et possessionibus mobilibus et immobilibus, sine diminutione et gravamine, pro quocunque contra nos temporibus retroactis commisso, gaudeant, illos viis et modis quibus poterimus, prout exigit ratio, defendere volumus et protegere. Et quia supradicta ad notitiam omnium de levi specialiter pervenire non poterunt, in portis ecclesiarum diversarum et locis aliis ad confortationem fidelium nostrorum et rebellium terrorem, ut per ignorantiam nullus se valeat excusare, aperte figi mandavimus. Datum apud Gaunt 'VIII.'[1] die Februarii anno regni nostri Franciæ primo et Angliæ quarto decimo.

A. D. 1339. Sept. 20. The English and their allies waste Cambresis.

Eodem anno rex Angliæ, in mense Septembris, in vigilia Sancti Matthæi Apostoli, cum militia sua, una cum duce Brabantiæ, comite Gerlensi et Gelleres, ac multis nobilibus, comburendo et prædas agendo, Franciam in pago Cameracensi[2] intravit.

Wednesday, Sept. 22.

In crastino Sancti Matthæi dominus Edwardus de Monte-acuto castrum quoddam cepit, et Gallicos intus repertos trucidavit, aliudque castrum sibi redditum fuit. Et dominus Walterus de Manney castrum de Toner subjugavit, et rex Angliæ sibi contulit illud. Rex autem Angliæ juxta Cameracum quasi unum milliare, per XV. dies moram traxit, et patria circumquaque igne prædaque

---

[1] The French original reads 'XVIII.'

[2] Cambresis, formerly a province of French Flanders. It is now comprehended in the department of the North.

vastata est. Die Mercurii post festum Sancti Michaelis venit ad regem Angliæ marchio de Brandeburgh filius Ludovici de Bavaria. Die Sancti Dionisii rex Angliæ arripuit iter suum versus Vermondoys,[1] et dominum Laurentium de Hastinge fecit comitem Pembrochiæ, nonnullosque alios nobiles eodem die fecit milites. In crastino vero domini cardinales ad tractandum de pace accesserunt ad regem. Eodem die ad castrum de Hunycourt dirum fecerunt Anglici insultum, ubi interfectus fuit dominus Thomas Pounynges miles, cum aliquibus aliis Almannis et Anglis. In vigilia Sancti Wilfridi domini cardinales cum suis responsis redierunt. Die Sancti Calixti venit ad quendam locum qui dicitur Orny Sancti Benedicti, ad duas leucas de Sancto Quintino, et fecit per exercitum proclamari quod omnes qui ad pacem suam venirent, per conditionem illam, vitam et membra, terras et tenementa sua eis conferret, et qui non venirent extra conditionem illam positi forent. Per decem quasi milliaria circumquaque ab exercitu patria fuit combusta. In vigilia Sancti Lucæ Evangelistæ venit ad regem dux Brabantiæ victualium allegans penuriam, simul frigus hyemale quasi præsens amplius morari suum non esse commodum asserebat. Cui rex, tristis valde effectus, dixit, "Dilectissime consanguinee, procedamus ad perficiendum negotium inceptum supplico; Deus enim sicut incepit ita et auxilium nobiscum continuabit. Copiam victualium nostrorum omnem tibi tuisque conferimus, carectas nostras, onusque grande caragii, quod habemus, relinquimus, de peditibus equites faciemus,

Edward III. A. D. 1339.

Wednesday, Oct. 6.

Saturday, Oct. 9.

Proposals for peace.

Oct. 11.

Oct. 13.

Sunday, Oct. 17, The Duke of Brabant quits the English army.

[1] Vermandois, formerly a district of Picardie, but now comprehended in the departments of the Aisne and Somme.

Edward III. A.D. 1339.

et quousque inimicis nostris obviaverimus, equitando indies festinare debemus, et sic victualium abundantiam Deo propitio reperiemus." Dux vero cæterique magnates, habito consilio, ulterius procedere suum nequaquam fore proficuum communiter inter se dicebant.

De Literis inter Exercitus missis; et qualiter Rex Franciæ Anglorum Regi Terga dedit.

Eodem die dum hæc agerentur rex Boemiæ, dux Lothoringiæ, constabularius Franciæ, dominus de Niez, miserunt literas regi Angliæ, sub sigillo Galli de Labasme, magistri balistariorum regis Franciæ. Et quia Gallus prædictus regi Angliæ notus non fuerat, misit illas consanguineo suo domino Hugoni de Geneve qui in exercitu Anglorum moram traxit, sub hac forma.

Dilectissime consanguinee, literas meas domino regi Angliæ excellentissimo scriptas, vobis transmitto, ex corde rogans quatinus ex parte mea sibi illas præsentare velitis. Et quod ista vera sunt dominus rex Boemiæ, dominus de Niez, dominus constabularius, dominus Lothoringiæ mihi per literas suas testes effecti sunt. Dominus noster vos conservet. Scriptum apud
Oct. 17. Sanctum Quintinum XVII. die Octobris.

The French challenge the English to a battle.

Litera vero per magistrum balistariorum Anglorum regi directa, talis erat.

Trementissime domine, noveritis quod dominus meus rex Franciæ mihi in præceptis dedit quod vobis scire faciam quod sæpe ad aures suas pervenit quod ubique palam vos facitis, si sciretis ipsum debere vel etiam velle vobiscum pugnam inire, 'XV.'[1] diebus aut certe septimanis

[1] 'xvii.' MSS. Cott. Nero D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

tribus cum militia vestra et exercitu, sub conditione bellum committendi cum ipso, ardenti affectu moram faceretis. Super quibus sciatis, quod si usque ad diem Mercurii proximo futurum expectaveritis, dominus meus rex vobis sic approximando castrametabitur, quod die Jovis vel Veneris sequente, si tamen in loco communi, aquis vel aliis impedimentis, deceptionibusve notabilibus, nullatenus 'impedientibus,'[1] fueritis, bellum vobiscum committere et ipse ardenti affectu non tardabit. Et si, ut præmittitur, moram feceritis, ex parte domini mei regis quod non deficietis, vobis fidejussor ego sum. Trementissime domine, si prædicta vera esse non creditis, dominus meus Boemiæ, dominus de Niez, dominus constabularius, dominus meus Lothoringiæ, sicut vobis scribo per literas suas testes fient. Scriptum apud Sanctum Quintinum XVII. die Octobris in nocte.

Edward III. A.D. 1339.

Responsio domini Hugonis de Geneve, jussu regis Angliæ, talis erat.

Reply sent to the French King.

Dilectissime consanguinee, literas vestras recepi et intellexi, reverentissimoque domino meo regi Angliæ illas, sicut rogastis, præsentare non distuli. Super quibus bene nostis, nec vos latere 'potest'[2] cum notorium sit et apertum, quod rex Angliæ dominus meus regnum Franciæ intravit, tribusque septimanis et amplius in illo mansit; mora sua ita est notoria et aperta quod dominus vester rex Franciæ, si voluisset, diu est quod bellum habuisset. Dominus meus vero rex Angliæ in dicto regno usque ad diem per vos assignatum causa bellum committendi, si rex dominus vester venire voluerit, adhuc moram

[1] 'impedimento,' MSS. Cott. Nero, D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

[2] 'potuit,' MSS. Cott. Nero, D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

Edward III. A.D. 1339.

faciet. Et hoc ergo, jussu domini mei regis Angliæ, de consensu domini marchionis de Brendebregh, ducis de Gelre, marchionis de Julers, domini Johannis de Hannonia, et aliorum nobilium, cum verbis decrevi nunciare dum penes vos et magnates de patria vestra cognitionem non habeant; et scire vos facio quod si ex parte vestra, sicut per literas vestras apparere videtur, bellum affectatis, in petitione vestra deficere non potestis. Dominus noster vos custodire dignetur. Scriptum juxta Orny Sancti Benedicti, XVIII. die Octobris.

Monday, Oct. 18.

Litera regis Boemiæ et ducis Lothoringiæ domino Hugoni de Geneve, transmissa in Gallico, talis erat.

Letter of the King of Bohemia.

Johannes, Dei gratia, rex Boemiæ et comes de Lucenburghe, et Radulfus, eadem gratia, dux Lothoringiæ, dilecto consanguineo nostro domino Hugoni de Geneve, domino de Vorrai et Anchon, salutem. Quæ enim balistariorum magistro domini nostri regis Franciæ scribere curastis, inspeximus; et vos scire facimus quod dominus noster rex Franciæ quæcunque prædictus magister regi Angliæ scripserit, sine dilatione non 'desinet'[1] adimplere, et hoc vobis testificamur pro veritate. Ita tamen quod loco sufficienti fiat, et quod rex Angliæ sic lente procedat, quod dominus noster rex Franciæ ipsum sequi valeat, et sicut talem exercitum, sic regis Franciæ et Angliæ fore noscuntur, procedere decet. Et sciatis quod die Mercurii proximo futura versus exercitum Angliæ sine dilatione movere se proponit. In testimonium quod quicquid magister balistariorum regi Angliæ scripserit veritatem contineat, præsentibus literis sigilla nostra sunt apposita.

---

[1] 'deserit,' MSS. Cott. Nero, D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

Datæ in castris dicti domini nostri regis Franciæ juxta villam Sancti Quintini, die Martis, XIX. die Octobris, anno gratiæ M.CCCXXXIX. Edward III. A. D. 1339.

In die Sancti Lucæ Evangelistæ rex Angliæ in eodem loco Gallicos, si forte venire vellent, expectando moram fecit. In crastino versus patriam de Tyrais[1] per tria milliaria motus est exercitus, die Mercurii per duo milliaria, die Jovis 'infra'[2] patriam de Tyrais per tria milliaria 'intravit,'[3] et circumcirca per sex milliaria igne concremavit. Die Veneris in eodem loco per totum diem Gallicos expectavit; fuit enim dies ultimus, per literas, ut præmittitur, assignatus. In vespera enim, cum magnates exercitus Anglorum concordati fuissent in crastino ad sua redire, supervenit nuncius quidam ex parte regis Franciæ, Anglorum regem interpellans quatinus in crastino locum sibi placitum eligeret, et sine dubio ad pugnam rex Franciæ sibi obviaret. Quibus auditis, rex Angliæ ingenti lætitia repletus est; et Anglici nocte illa locum suum illis aptum eligere festinarunt. Et ecce, eadem nocte comes de Salesbiri et dominus Walterus de Manney cum suis versus exercitum Franciæ equitantes, usque ad vigiles pervenerunt, et, fortiter exclamantes, totum exercitum terrore et timore perterritum, quasi ad pugnam paratum per totam noctem armatum stare fecerunt; et capto milite quodam cum suo scutifero ad suos redierunt. Facto autem mane Anglici de equis descenderunt, et rex arcitenentes juxta armatos collocari fecit, et Wallenses cum suis lanceis juxta eos constituit, aciesque suas meliori modo quo potuit ordinavit. Veneruntque Alamanni et Brabantini, ut aciem

Monday, Oct. 18. Proceedings of the English army.

[1] Tiérache, in Picardie.
[2] 'intrat,' MS. Cott. Nero, D. ii.
[3] Omitted MS. Cott. Nero, D. ii.

Edward III. A.D. 1339.

Anglorum dispositam modumque viderent; et videntes dispositionem exercitus admirati sunt. Considerantesque regem et suos ad vivendum et moriendum paratos, vultuque et animo constantes, multum animati ad acies suas redierunt. Et misit rex quosdam de suis qui patriam exercitumque Francorum explorarent: qui circa primam ejusdem diei revertentes, quendam Gallicum captum secum adducunt coram rege, qui Gallicos festinanter advenire et ad pugnam se parare firmiter asseruit. Et accesserunt statim plures ad regem, et milites de manu ejus facti sunt. Post hæc rex Angliæ et comites de Northampton et Salisbiri afferri vina jusserunt, et etiam magna potantes lætitia, miles eodem die captus sub conditione sequente vitam et membra consecutus est. Mittitur ergo ad regem Franciæ, cui et diceret quod curiales et probos se non ostenderent rex Franciæ et gens sua, nec sicut deberent fecissent, homines laboribus fessos indies modo tali procrastinando, ex quo per literas suas die assignata ardenti, ut videbatur, desiderio bellum implorassent. Regresso ad suos milite prædicto, processit rex Angliæ ad videndum et considerandum aciem suam, quæ in tres alas seu acies divisa fuit.[1] In quarum prima fuerunt domini episcopus Lincolniensis, Henricus de Burghasse, Henricus de Flandria, Johannes Darci, Henricus de Ferrariis, Edwardus de Monte-Hermeri, Johannes de Bellomonte, domi-

Order of battle.

[1] Mezeray estimates the English army at forty thousand cavalry and sixty thousand foot, while the French force was equally brilliant; for though in infantry inferior by about one-fifth, their cavalry was double, two hundred and twenty banners of the most noble seigneurs of France floated in the air; the Kings of France, Navarre, Bohemia, and Scotland commanded in person, accompanied by the Dukes of Normandy, Berry, Bourbon, Bretagne, Lorraine, and d'Athenes, with thirty-six counts, and above 4000 knights. Mezeray, Hist. ii. 398.

nus de Segrave, Willelmus Filius-Warini, Reginaldus de Cobham, Walterus de Mannay, Robertus de Ferrariis, Galfridus de Scrop, Johannes de Norwic, Nicholaus de Cantilupo, Johannes Molyns, Mauricius de Berkle, Johannes de Strivelyn, Johannes de Mongomery. In secunda vero ala dextera, comites de Derby et Sothfolk, dominus de Saye, et alii plures nobiles. In tertia ala sinistra, comites Northampton, Salesbiriæ, et Pembrochiæ, et cæteri nobiles multi. In media vero custodia sive acie fuerunt marchio de Brendesburghe, dux Gelrensis, marchio de Julers, comes Moncium, dominus Johannes de Hannonia, dominus de Faucomond, constabularius Selandiæ et Holandiæ, dominus Willelmus de Ufford. In tertia vero solus dux Brabantiæ cum gente sua : dux quoque Brabantiæ, postquam modum Anglorum et 'ordinationem'[1] eorum in acie sua vidisset, necnon vultum eorum animique constantiam, et quod ad pugnandum 'paratissimi'[2] erant, lætus ad suos regressus, fecit proclamari quod quicunque de suis amplitudinem unius palmæ de vexillo regis Franciæ sibi deferret, mille florenos pro suo labore sibi conferret. Circa horam IX. cum miles prædictus ad regem Franciæ venisset, retulit ei quomodo captus ad regem Angliæ ductus fuerat, et sibi vitam et membra contulerat sub conditione, et cuncta per ordinem, sicut prædicta sunt, eidem patenter enarravit. Cumque seriatim Gallici omnia audissent, et quod Anglici animosi et parati ad pugnam forent, perpendissent, quasi mente consternati dixerunt inter se, "Dementia plenus est rex Angliæ, qui terram nostram ausus est intrare,

[1] 'ordinationes,' MSS. Cott. Nero, D. ii., and Coll. Trin. R. 5, 10.

[2] 'potissimi,' MSS. Cott. Nero, D. ii., and Coll. Trin. R. 5. 10.

Edward III. A.D. 1339.

gentem nostram interficere, villas incendere, castra prosternere, et contra vires Franciæ et ejus potentiam in campo ad pugnandum adhuc resistere." Tunc rex Franciæ per Sanctum Dionisium juramento firmavit, quod licet rex Angliæ gentem suam confusioni exponere vellet, ipse tamen, cum coram Deo pro tanta stultitia responderet, nullatenus hoc faceret. "Sed redeamus," inquit, "et pro voluntate nostra alias ei melius obviare debemus." Cumque ad aures regis Angliæ pervenisset, militiam Gallicorum sic regressam, mirabatur in immensum quod gens ab antiquo tam famosa, conventiones literis suis affirmatas non servasset. Regresso itaque usque ad Sanctum Quintinum rege Franciæ, rex Angliæ cito post in Angliam transfretavit.[1]

The French retreat, not risking an engagement.

Edward returns to England.

Qualiter Papa cito post hæc scripsit Regi Angliæ.

Bull of Pope Benedict, offering his mediation.

Benedictus[2] episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Edwardo, regi Angliæ illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Dum diligenter attendimus, et profundis cogitationibus meditamur, quanta summi et æterni Regis fuerit benignitas et misericordissimæ affluentia pietatis, quod pridem tuis, carissime fili, et carissimi in Christo 'filii'[3] nostri illustris Franciæ regis ejusque colligatorum, ordinatis aciebus, et multum ex propinquo ad confligendum terribiliter et animose dispositis hinc et inde secuta non exstiterint pericula, quæ tantus fragor armorum et armatorum impetus minabatur; Eidem laudum exsolvimus præconia, cum et hoc

[1] Edward returned to England on the 21st of February, 1340. Rymer, Fœdera, ii. 1115.

[2] A copy of this document, containing several variations, is printed in Rymer's Fœdera, ii. 1103, from MS. Cott. Otho D. ii. which manuscript is now lost.

[3] Supplied from MS. Harl. 655.

Edward III. A.D. 1339.

Bull of Pope Benedict, offering his mediation.

ad donum Dei maximum, et grande operatum misericorditer a clementia divinæ 'providentiæ,'[1] quæ in sui dispositione non fallitur, miraculum reputetur. Ex hoc quidem colligi potest etiam apertius, quod Altissimo, qui bella conterit, et gentibus ea volentibus, per prophetam, dissipationis exterminium comminatur, tanta sanguinis redemptorum pretioso cruore Dominico quantam fudissent si conflictum sibi dedissent acies prædictæ tunc temporis, in totius Christianitatis damnum et opprobrium, ac animarum multarum periculum, effusio non placebat. Regalis quoque circumspectio potest etiam advertere diligenter, quantum 'tu et'[2] rex prædictus indignationem haberetis formidare divinam, 'si populos Dei'[3] quos ipse a periculis animarum et corporum eripuit sic benigne, iterum simili subjicere discrimini curaretis; timendum esset, proculdubio, ut adeo accenderetur, et præsertim vehementius contra illum qui hujusmodi discrimini daret ampliorem operam, ira Dei, ut tanta strages tantaque confusio sequeretur quod tota concuteretur Christianitas, et reformatio pacis et concordiæ non 'solum'[4] difficilis sed impossibilis, quod non sinat miserator et misericors Dominus contingere, redderetur. Et insuper, nec minus considerandum videtur, quantum, occasione guerrarum præsentium, multis et variis modis, ut fertur, regii subditi non modicum sunt exhausti pecuniis et aliis bonis suis; 'et etiam quod si continuatio talium onerum, sequeretur,'[5] quod absit, amplius

---

[1] 'prudentiæ,' MS. Cott. Nero, D. ii.

[2] Amended from Rymer; MSS. read 'et cum.'

[3] Amended from Rymer; MS. Coll. Magd. reads 'si plures de eis;' and MS. Cott. Nero, D. ii. 'vero plures de eis.'

[4] Supplied from MS. Harl. 655.

[5] Amended from Rymer; MS. Coll. Magd. reads 'et etiam si continuationem talium onerum.'

Edward III. A.D. 1339.

Bull of Pope Benedict, offering his mediation.

gravarentur; quodque bellorum eventus est dubius, et multum, ubi Dei timetur indignatio, formidandus. Ideoque regiam magnificentiam rogamus in Domino attentius, et hortamur, nihilominus per Dei misericordiam obsecrantes, quatinus præmissa et alia quæ possunt occurrere circumspectioni regiæ in hac parte revolvens infra claustrum regii pectoris, et deducens in exactæ deliberationis examen, ad reformandam pacem cum rege præfato vel treugas ineundas, ut tuis, dilectissime fili, tuorumque obvietur periculis, et Deo, qui pacem diligit et in viris pacificis delectatur, magis placeas, teque acceptiorem Eidem efficias, animum habilites regium et inclines, dilectorum filiorum nostrorum Petri tituli Sanctæ Praxidis presbyteri, et Bertrandi Sanctæ Mariæ in Aquiro diaconi, cardinalium, apostolicæ sedis nunciorum, zelatorum utique regii honoris et commodi, quos dudum ad partes illas, propter ea, de consilio fratrum nostrorum, destinavimus, monitis et salutaribus circa hæc persuasionibus effectualiter nihilominus adquiescens. Sane cum præter ea quæ præmissa sunt, et quod hujusmodi et aliis innumeris periculis ex guerris prædictis imminentibus, obviare salubriter, et ut inter te, fili amantissime, dictumque regem, nexu propinquo sanguinis et affinitatis conjunctum, pacis plenitudo et mutuæ caritatis dilectio vigeant, pacis reformationem hujusmodi ferventibus desideriis peroptamus, si forsan per eosdem cardinales ad pacem illam attingi non possit in illis partibus, tuque, præcarissime fili, et rex prædictus, vos ad mutuam habilitantes concordiam, Deo placabilem, hominibus amabilem, Christianitati utilem, ac utrique vestrum multipliciter opportunam, consentire volueritis, ut nos ad pacem ipsam reformandam,

tanquam 'tractator amicabilis,'[1] propria persona intendamus, et, initis aliquibus invicem treugis vel concessis sufferentiis ab invasionibus et commotionibus bellicis, usque ad tempus opportunum, infra quod tractatus pacis inchoari, continuari, et, si misericordiarum Dominus dederit, ad finem possit deduci felicem et votivum, nuncios 'nostros,'[2] mandatis suffultos idoneis, ad vos propter ea destinando. Nos, licet arduis et importabilibus agitemur continue 'supra'[3] vires, paratos ob desiderium pacis prædictæ nos offerimus, aliis, quantum commode cum honestate fieri poterit, prætermissis, efficaciter super reformatione hujusmodi pro quiete, utilitate, ac honore utriusque partis, interponere, sicut præmisimus, prout ex alto nobis ministrabitur, sollicitudinis nostræ partes; super quibus, matura deliberatione prævia, rescribat nobis, quæsumus, regalis magnificentia suæ beneplacitum voluntatis. Datum, 'etc.'[4]

Edward III. A. D. 1339.

Bull of Pope Benedict, offering his mediation.

Responsio Regis Edwardi.

Reverenter[5] et devote recepimus sanctitatis vestræ literas ultimo nobis missas, per quas pacem reformandam, vel treugas ineundas, cum domino Philippo de Valesio, nobis vestra benignitas persuasit, clementer adjiciens vos velle ad ipsam pacem reformandam in propria persona, tanquam tractator amicabilis, intendere, si nos et Philippus prædictus in hoc voluerimus consentire. Nos quidem, sanctam affectionem vestram de

A.D. 1340.

King Edward's reply to Pope Benedict.

---

[1] 'tractatores amicabiles,' MSS. Coll. Magd., and Cott. Nero, D. ii.

[2] 'vestros,' Cott. Nero, D. ii.

[3] 'contra,' MSS. Coll. Magd. and Cott. Nero, D. ii.

[4] Rymer supplies the date, 'apud Avinionem xii. kalendas Januarii, pontificatus nostri anno quinto.'

[5] A copy of this document, containing several variations, is printed in Rymer's Fœdera, ii. 1107, from MS. Cott. Otho D. ii.

Edward III. A. D. 1340.

King Edward's reply to Pope Benedict.

filiorum quiete sollicitam, in Domino contemplantes, de salubri persuasione et vestra oblatione in tanta tamque pia, grates et gratias vobis humiliter exsolvimus quas valemus, et sub firma dilectionis rectitudinisque vestræ fiducia, sanis vestris cupimus inhærere consiliis, nosque sanctis beneplacitis vestris specialiter conformare. Sed in publicam notitiam jam devenit, qualiter idem Philippus regnum nostrum Franciæ, ad nos per mortem celebris memoriæ domini Caroli, ultimi regis Franciæ, avunculi nostri, legitime devolutum, sibi contra justitiam usurpavit; et, eo non contentus, terras nostras in ducatu Aquitaniæ sibi attraxit juxta vires; insulas nostras in mari, et etiam regnum nostrum Angliæ invadens hostiliter cum navigio, quod sub colore sancti passagii transmarini parare se finxerat, deformat, quam 'juraverat,' [1] causam Christi; Scotos etiam in nostri rebellionem perperam concitavit, machinans omnino nos deprimere, ut sic dictum regnum nostrum Franciæ et alias terras nostras hæreditarias, juxta insatiabile suum dominandi desiderium, liberius possit retinere. Cui, sicut alias sanctitati vestræ scripsisse nos meminimus, plures obtulimus amabiles vias pacis, volentes ab eo pacem redimere cum non modico nostrorum jurium detrimento; sed ipse per tractatus varios diu protrahens sub incerto, et magnis sumptibus nos exponens, ut nostrum exhauriret ærarium, et sic nos ad nostrorum recuperationem jurium efficeret impotentes, finaliter aliquid nobis facere non curavit, sed semper in nos peramplius persecutio sua crevit. Propter quod, impellente necessitate, ad partes venimus transmarinas, ad induendum amicorum nostrorum potentiam pro

---

[1] 'juravit,' MSS. Cott. Nero, D. ii., and Coll. Trin. R. 5. 10.

Edward III. A. D. 1340.

King Edward's reply to Pope Benedict.

reformandis illatis, et propulsandis inferendis, per eum nobis, injuriis, et juribus nostris hæreditariis obtinendis; 'quæ'[1] pro certo negligere non intendimus, sed ea, nisi aliam viam congruam potuerimus, prosequemur pro viribus, Deo duce. Et licet coram reverendis patribus Petro tituli Sanctæ Praxedis presbytero, et Bertrando Sanctæ Mariæ in Aquiro diacono, cardinalibus, et sanctitatis vestræ nunciis, qui circa pacis negotium laudabiliter et sollicite laborarunt, petitum sit nostro nomine dictum regnum Franciæ, quod ad nos pertinere noscitur omni jure, nosque præfatis cardinalibus, sub certis viis pacis, velle nostrum, bona fide, fecerimus aperire, offerentes semper ad omnem viam pacis rationabilem nos paratos, pro certo tamen de voluntate partis adversæ, nec per prædictos cardinales, nec per alios, hucusque scire nequivimus quod idem dominus Philippus quicquam nobis facere voluerit, vel offerre. Et revera, si nobis oblationem et mediocrem tunc fecisset, ad vitanda guerrarum discrimina et expensarum profluvia, super eam rationabilem fecissemus deliberationem; sed jam non videmus quid per viam pacis ulterius cum honore nostro facere valeamus. Si tamen adhuc placeat præfato domino Philippo nobis offerre rationabilem viam aliquam, vel etiam vestra consideratio provida, seu dicti domini cardinales, hujusmodi viam congruam, cui prædictus dominus Philippus consentire voluerit, nobis fecerint aperiri, statim, cum de illa constiterit, deliberationem habere volumus super ea, ac cum omni celeritate facere responsionem quæ sanctitati vestræ et cunctis consideratam rectam et ordinatam rationem habentibus videri debeat ratio-

[1] Supplied from Rymer.

Edward III. A. D. 1340.

King Edward's reply to Pope Benedict.

nabilis et accepta. Et si forsitan in supradicta via nostrorum amicorum et fidelium foret requirendus et obtinendus assensus, circa illum obtinendum poneremus omnem diligentiam quam possemus, ita quod per nos non stabit quin concordia bona fiat si pars altera velit condescendere rationi. Supplicamus igitur vestræ clementiæ toto corde, quatinus vestras justitiam et intentionem in veritate fundatas, velitis, si placet, debite ponderare, nosque vos et sanctam Romanam ecclesiam in omni devotionis plenitudine, et solidæ dilectionis et favoris gratia, incidenter confovere, de nobis, ut de filio devotissimo, sentientes. Nam testis est nobis conscientiarum Dominus quod honores et libertates ecclesiasticas extollere cupimus et tueri, et, si Deus nobis prosperare concesserit, ad ipsius bella contra inimicos fidei peragenda, devotis et humilibus affectibus aspiramus. 'Conservet, etc.'[1]

Parliament at Westminster, Wednesday, March 29.

An aid is granted to the King.

Factum est parliamentum hoc anno apud Westmonasterium in Quadragesima, in quo concessa sunt regi nonum vellus, nonus agnus, nona garba, per biennium, ab omnibus qui per baroniam tenerent et ad parliamentum venire tenerentur; at prælati, religiosi, ac cæteri de clero, ut præmittitur, solventes decimam regi antea concessam, solvere minime arctarentur illa vice; insuper illi qui ad parliamentum venire non consueverunt, prælati scilicet, religiosi, ac cæteri de clero, solum decimas antea regi concessas solvere tenerentur. Pro hac autem concessione remisit dominus rex et condonavit omnia catalla felonum et fugitivorum, evasiones incarceratorum, fines, exitus, forisfactiones, et amerciamenta murdrorum, et omnia delicta de

[1] The copy printed in Rymer reads 'Datum apud Gandavum, etc.'

Edward III. A.D. 1340.

viridi, de venatione, vasta, et quæcunque alia delicta infra forestas facta, adjudicata vel adjudicanda, relevia, scutagia, usque ad passagium suum versus Brabantiam, videlicet 'octavam'[1] diem Julii, anno regni sui duodecimo; et insuper auxilia faciendi filium suum militem, et filiam suam maritandi pro toto tempore suo. Insuper concessit quod debita terminata in Scaccario ante tempus suum et in tempore suo, 'de'[2] debitis antiquis ante tempus suum debitis, et multa alia essent condonata, remissa, et adnihilata imperpetuum; ita tamen quod terminata facta de debitis 'sibi debitis'[2] et suo tempore ortis, starent in robore suo. Confirmavit etiam Magnam Cartam, et Cartam de Foresta, et aliqua alia.

Confirmation of the Magna Charta and Charta de Foresta.

De Bello navali inter Anglicos et Gallicos in Mari commisso; et de Litera per Regem Prælatis missa.

King Edward sets sail for Flanders,

Rex Angliæ Edwardus cum paucis admodum navibus, et armatorum tenui manu, ad transfretandum versus Flandriam se paravit; sed, Deo volente, de classe Gallicana quæ mare juxta Sclusam, quasi operuerat, præmonitus, infra septem fere dies per loca diversa et portus in persona propria cum paucis valde equitando, navigium, armatorum copiam, et arcitenentes, meliori modo quo potuit, festinanter congregavit. Erectis velis,[3] navigioque vento et mari commisso, juxta Sclusam ad tria milliaria ad villam

and arrives at Sluys,

[1] MS. Harl. 655, and Walsingham read 'octavam decimam.' A memorandum on the Rot. Claus. 12 Edw. III. p. 2, m. 21, d. states that on Sunday, July 12 (1338), the King left Walton for Orwell, whence he set sail on the following Thursday, the 16th of July.

[2] Supplied from MS. Harl. 655.

[3] King Edward set sail from Orwell on the 22nd of June, 1340, 'hora quasi diei prima.' Rot. Claus. 14 Edw. III. p. 1, m. 12, d.; Rymer, ii. 1129.

Edward III. A. D. 1340.

Friday, June 23.

quæ Ays dicitur die Veneris in vigilia Sancti Johannis Baptistæ quasi in meridie prospere applicuit. Gallici vero cum CCL. navibus, armatorum et balistariorum multitudine optime munitis, quasi in ostio fluvii de Sclusa decurrentis, ad mare se statuerunt. Die autem Sabbati in festo Sancti Johannis Baptistæ, orto vix sole, velis depositis quatuor acies navales, colligatis magnis catenis ferreis et cordis insimul navibus, Gallici statuerunt, scaphasque suas parvulas lapidibus plenas, in medio mali suspendentes, castella sua lignea in summitate mali erexerunt. Misit autem Angliæ rex ad villam de Ays episcopum Lincolniensem ut Flandrenses et cæteros Anglicos ibidem repertos, cum tempus infestandi inimicos opportunum arrideret, rege Gallicos impugnante, congregaret, ac paratos exire ad bellum faceret; spes tamen ejus evanuit. In conflictu enim stantes in ripa maris Flandrenses exitum belli, ut parti victrici favere valerent, ut dicebatur, solum expectabant. Et eodem die, parum ante horam vesperam, navis domini Roberti de Morlee navigio Gallicorum primo omnium insultum dedit, post illam navis comitis de Huntingdon, deinde comitis de Northampton, deinde Walteri de Mannay, sicque singulæ naves versus inimicos festinantes, solem et ventum secum habuerunt juxta votum. Et quasi in agonis principio tres maximos cogones quos vocabant Edwardum, Katerinam, et Rosam, olim de manibus Anglorum in mari sublatos, adepti sunt. Subjugataque prima navali acie, qui intus erant gladio deletis et conculcato regis Franciæ vexillo, regisque Angliæ in sublimi in tribus dictis navibus elevato, reliquæ naves singulæ fugam inire temptabant; circumclusæ tamen ab Anglis, depositis armis suis, qui intus erant scaphas intrabant, sed

Naval engagement at Sluys, Saturday, June 24.

antequam terram tangere possent naviculæ, nimis oneratæ, submersis circa duo millibus hominum profundum maris petierunt, sicque tribus aciebus subditis, in IV. acie, circa LX. naves habente, erant nonnulli armati a prædictis fugati navibus difficiles ad subjiciendum. Transactaque media nocte occisis multis millibus vix subjugari potuerunt. In hoc enim ultimo bello perdiderunt Anglici unam navem et galeam de Hull, cunctis qui intus erant lapidibus oppressis. Illi vero qui erant in navi, ubi garderoba regis Angliæ posita est, præter duos homines et mulierem quandam omnes occisi sunt: navis tamen postea ab Anglicis adepta est. Ceciderunt autem ex parte Gallicorum tum ferro tum ex illis qui in mari saltaverunt tum ex illis qui de magnis navibus in naviculas parvas descendentes nimio navali pondere submersi sunt circa triginta millia virorum. Ex parte vero Anglicorum nullus nobilis, præter solum dominum Thomam de Monte-Hermeri militem, interfectus fuit die illo. Collata itaque 'super Francigenas a Domino'[1] victoria, rex Angliæ cum quibusdam ad terram veniens, summas Altissimo gratias humiliter referebat. Cito vero post hæc misit rex Angliæ literas suas diversis Angliæ prælatis, ut et ipsi gratias Deo referrent pro victoria sua, sub hiis verbis. "Rex[2] venerabili in Christo patri Johanni eadem gratia archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ primati, salutem.[3] Effusam circa nos hiis diebus propitiationis divinæ clementiam, ad vestri contemplationem et lætitiam vobis ducimus intiman-

Edward III. A.D. 1340.

Naval engagement at Sluys.

The French are defeated with great loss.

King Edward orders a public thanksgiving for his late victory.

[1] 'ut præmittitur a Deo,' MS. Coll. Trin. R. 5, 10.

[2] This document is printed from the Rot. Claus. 14 Edw. III. p. 1, m. 7, d.; the various readings of Hemingburgh's MSS. are given in foot-notes.

[3] 'Edwardus, Dei gratia, rex Angliæ et Franciæ, venerabili in Christo patri, etc.,' MSS. of Hemingburgh.

Edward III. A.D. 1340.

King Edward orders a public thanksgiving for his late victory.

dum. Scitis autem, immo vos et alii fideles nostri, quadam participatione sensistis, quantis fuimus et sumus guerrarum lacessiti turbinibus, et velut in mari magno procellosis fluctibus agitati. Sed, licet 'sint mirabiles elationes maris, mirabilior tamen est in altis Dominus,'[1] qui procellam convertens in auram, jam inter tot adversa clementissime nos respexit. Nam, cum pridem ordinassemus passagium nostrum necessarium versus partes Flandriæ, dominus Philippus de Valesio, persecutor noster infestissimus, hoc prævidens, classem maximam navium armatarum quam in expugnationem nostri nostrorumque fidelium parari fecerat, ad insidiandum nobis in portu de Swina transmisit, ut vel sic nos caperet vel nostrum transitum impediret. Qui transitus si, quod absit, fuisset impeditus, ardua negotia quæ prosequimur fuissent penitus in ruina, quinimmo nos et nostri fuissemus verisimiliter periculo confusionis magnæ subjecti. Sed Deus misericordiarum, videns nos in tantis periculis constitutos, gratius et citius quam humana ratio judicare poterat, misit nobis magnum navale subsidium, et insperatum numerum armatorum ac semper ventum prosperum juxta votum; et sic, sub spe cœlestis auxilii, et justitiæ nostræ fiducia, dictum portum navigio venientes, invenimus dictam classem, et hostes nostros ibidem paratissimos ad prœlium, in multitudine copiosa, quibus in festo Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ proximo præterito, Ipse, spes nostra, Christus Deus, per conflictum fortem et validum, nos prævalere concessit, facta strage non modica dictorum hostium, capta etiam quodammodo tota 'classe,'[2] cum læsione gentis

---

[1] Psalm xciii. v. 4.

[2] 'dicta classe,' MSS.

Edward III. A. D. 1340.

King Edward orders a public thanksgiving for his late victory.

nostræ modica respective: sicque tutior, de cætero, patebit transitus nostris fidelibus supra mare, et alia bona plurima sunt ex hoc nobis et nostris fidelibus verisimiliter proventura, de quo spes pulcherrima jam arridet: Nos autem, tantam cœlestem gratiam devotissime contemplantes Ipsi Salvatori nostro laudes et gratias humiliter exsolvimus, deprecantes ut Qui jam et semper, in opportunitatibus, copiosis 'gratiis'[1] nos prævenit, continuatis nos auxiliis prosequatur, et nobis regere temporaliter sic concedat in terris, ut in Eo lætemur æternaliter 'in excelsis. Dilectionem vestram'[2] attente rogamus, et per Dei misericordiam obsecramus, quatenus soli Deo vivo, qui tantum signum 'nobiscum'[3] fecit in bonum, in devotæ laudis præconium assurgentes, nos, jam in remotis agentes, et nedum jura nostra recuperare, sed sanctam ecclesiam catholicam attollere, et in justitia populum regere cupientes, sibi devotis orationum instantiis recommendare curetis, facientes pro nobis missas et alia piæ placationis officia, misericorditer exerceri; et ad hoc clerum et populum vestræ diœcesis salutaribus monitis inducatis, ut Deus Ipse, miseratus nobis, progressum fœlicem et exitum annuat gratiosum; 'detque'[4] servo suo cor docile, ut recte possimus judicare et regere, et sic facere quod præcipit, ut mereamur 'assequi'[5] quod promittit. 'Teste custode prædicto, apud Waltham Sanctæ Crucis, XXVIII. die Junii.'"[6]

---

[1] 'et gratiis," MSS.

[2] 'in cœlis. Dilectionem etiam vestram,' MSS.

[3] 'nobis,' MSS.

[4] 'detur,' MSS.

[5] 'exsequi,' MSS.

[6] 'Datum anno regni nostri Angliæ decimo quarto, regni vero nostri Franciæ primo,' MSS. of Hemingburgh. The document as preserved by Robert of Avesbury concludes thus: "Teste Edwardo duce Cornubiæ et comite Cestriæ, filio nostro carissimo, custode Angliæ, apud Waltham Sanctæ Crucis, XXVIII. die Junii, anno regni nostri Angliæ XIV., regni vero Franciæ primo."

Edward III. A. D. 1340.

Qualiter Rex Angliæ Gallicis multa Mala intulit, Tornacum obsedit, et de Literis inter Reges mutuo missis.

The English besiege Tournay.

Rex Angliæ Edwardus cum sua militia Franciam intravit, villas nonnullas incendio deformavit, blada vastavit, prædas egit, civitatem Tornacensem victualibus et armatis optime munitam obsedit. Rex autem Franciæ, collecto exercitu quasi innumerabili, et nostris temporibus inaudito, juxta Tornacum ad tria milliaria, aqua profunda utrumque exercitum secernente, loco, ut ferebatur, paludibus circumsepto, castrametatus est. Tandem, mediante præcipue comitissa Hanoniæ[1] matre reginæ Angliæ, adjectis conditionibus multis captivisque interim partis utriusque libere dimissis, usque ad festum Sancti Johannis Baptistæ initæ sunt treugæ,[2] quibus elapsis paceque inter reges nondum forte reformata, captivi redirent ad carceres, vel redemptiones solverent prætaxatas. Sicque comites duo Sarum et Southfolk, qui dudum cum paucis villæ quæ Insula[3] dicitur minus provide appropiantes, a loci incolis inclusi sunt et capti, Parisiusque diu carcerali custodia detenti, initis treugis libere dimissi Angliam redierunt. Ferebant enim nonnulli, pecuniæ inopiam Anglorum regem plurimum coarctasse; si enim thesauri copiam habuisset, treugas illis non concessisset. Posuerat quoque in regno suo custodes et ministros, avaritiæ suæ, ut videbatur, consulentes, profectibusque propriis inhiantes, qui salutis honorisque

A truce is concluded.

[1] The Lady Jane of Valois, Countess-dowager of Hainault, and at this time a professed nun in the Abbey of Fountaine au Tartres.

[2] The form of this truce, dated on Monday, the 25th of September, is given at full in the Chronicle of Robert of Avesbury, p. 65.

[3] Lisle.

Edward III. A.D. 1340.

regii parum curantes, regem quasi pecunia destitutum dimiserunt et egenum. Re enim vera si gesta regum a monarcha primo Anglorum revolvissent, accurateque considerassent præteritorum filum XXVIII. annorum, tam strenuum, misericordem et humilem, insulam produxisse minime reperissent. Ante Tornaci obsidionem misit rex Angliæ Francorum regi literas, ipsum nullatenus regem sed Philippum de Valesio nominando, inter cætera talia continentes.[1] Quod quia per nuncios suos plures pacis vias rationabiles, pro jure suo in regno Franciæ hæreditateque debita recuperandis, hactenus ab ipso contra Deum et justitiam detentis ac occupatis, ei obtulisset, nec ei rationem neque justitiam, ut videbatur, facere decrevisset, idem rex Angliæ per medium Franciæ, sicut dominus superior, transierat, collectaque secum terræ ejusdem fortium potentia, versus ipsum se attraxerat in jure suo finem Deo placabilem affectans facere breviorem. Et quia causa inter ipsos duos fuerat mota, pro oppressione populi, vastatione, ac strage evitandis, bellum inter eos fieret singulare: et si via forte ista 'sibi non placere contingeret,'[2] ex parte utraque centum cum rege suo fortiores ac validiores convenirent, bellumque committerent. Quod si ista Philippus prædictus acceptare non curaret, infra decem dies proximo sequentes juxta civitatem Tornacensem cum universo exercitu suo bellum daret: et quid prædictorum eligere deliberaret, ei per literas suas remitteret sine mora. Rescripsit autem ei rex Franciæ in Gallico[3] sub hac forma.

Edward offers to decide his claim to the throne of France by single combat.

[1] This challenge, printed at full in Rymer's Fœdera (ii. 1131), is dated *à Chyn sur les Champs de Lees Tournoy*, on the 26th of July.

[2] 'non placeret sibi,' MSS. Coll. Trin. R. 5, 10, and Cott. Nero, D. ii.

[3] King Philip's reply is given

Edward III. A. D. 1340.

King Philip's reply.

"Philippus, Dei gratia, rex Franciæ, Edwardo regi Angliæ. Literas vestras, curiæ nostræ Philippo de Valesio missas, aliquas petitiones dicto Philippo factas continentes, perspeximus. Sed quia literæ nec petitiones prædictæ, sicut illarum tenore evidenter apparet, nobis missæ nequaquam fuerant nec factæ, vobis nullatenus respondemus. Et quia per prædictas literas, et aliter, intelleximus quod regnum nostrum Franciæ in manu armatorum valida intrare præsumpsistis, damna non modica nobis, regno nostro ac populo, voluntate ductus non ratione, ea quæ homo ligius domino suo facere tenetur, minime considerando, intulistis; intrastis siquidem dudum homagium nostrum ligium, nos, sicut ratio exigit, regem Franciæ recognoscens, obedientiam qualem ligio domino suo quis promittere tenetur, sicut literis vestris patentibus magno sigillo vestro signatis, quas penes nos habemus, et etiam vos habere debetis, liquet manifeste, promisistis; nostra vero existit intentio, cum aptum nobis decreverimus ad honorem nostrum, regni nostri populique commodum, vos de regno nostro ejicere ac effugare; et ad hoc quoque complendum perficiendumque firmam spem, a quo nobis data est potentia, habemus in Christo. Per vestram quippe guerram voluntarie irrationabiliterque motam, passagium ultramarinum retardatur, non modica Christianorum copia morti subitur, servitium divinum minoratur, sanctaque ecclesia minis tenetur. Quod vero asseritis Flandrensium animos sive auxilia vos possidere, æstimavimus certi esse

---

by Avesbury p. 62, in the original French, and concludes, "Done soutz les Camps, pres de la priorie Seint Andreu, soutz le Seal de notre secret, en labsence du graunt, le XXX[me] jour de Juyl, lan de grace M[l].CCC.XL[me]."

quod probi patriæque communitas erga consanguineum nostrum comitem Flandriæ dominum suum, nosque superiorem dominum, taliter se habebunt, quod honorem suum fidelitatemque servare non omittent; et quod hucusque commissum esse dinoscitur per malum eorum consilium qui commune commodum sive utilitatem non considerant, sed proprium, perpetratum est." Edward III. A. D. 1340.

Qualiter Rex Edwardus Ministros suos amovit, et Archiepiscopus ei Literam misit.

Rex Edwardus, mari transito, Angliam intravit,[1] ministros suos, videlicet cancellarium,[2] thesaurarium,[3] et alios,[4] amovit, non clericos immo seculares ad placitum suum substituit, nonnulla, ut in sequentibus patebit, fautorum ductus consilio inchoavit, unde et Johannes Cantuariensis archiepiscopus ei literam in Gallico scripsit,[5] talia continentem. Edward returns to England, and dismisses his ministers.

"Carissime domine, dominationi vestræ scire placeat quod res excellentissima quæ reges et principes debito opportunoque detinet statu, sapiens est consilium. Et ideo dicit sapiens, 'Ubi multi consiliarii, videlicet boni, ibi salvatio.'[6] Scribitur A. D. 1341. Jan. 1. The Archbishop of Canterbury's letter to the King.

[1] Edward arrived at the Tower of London on Thursday, the 30th of November, about midnight. Claus. 14 Edw. III. p. 2, m. 12, d.; Rymer, Fœdera, ii. 1141.

[2] Robert Stratford, Bishop of Chichester.

[3] Roger de Northburgh, Bishop of Litchfield and Coventry.

[4] Among these were Lord Nicholas de la Beche, Constable of the Tower; Andrew Aubrey, Mayor of London; Lord Thomas Wake; Sir John Stonore, Lord Chief Justice of the King's Bench; Michael Wath, Henry Stratford, and Robert Chickwel, Clerks of the Chancery; and Philip Thorp, Clerk of the Exchequer.

[5] A copy of this letter in the original French form will be found in Rymer, ii. 1143, printed from MS. Cott. Claud. E. viii. f. 252, and in the Chronicle of Avesbury, p. 72.

[6] Proverbs xi. v. 14; xxiv. v. 6.

Edward III. A.D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the King.

enim libro Regum, quod Salomon, regum sapientissimus, seniores sapientioresque terræ suæ ascivit, provido quorum consilio sensuque proprio totam terram Israel in pace obtinuit et quiete, omnesque reges sibi conterminos voluntati suæ tributarios habuit et subjectos. Illo autem viam universæ carnis ingresso, regnavit filius suus Roboam, qui prætermisso seniorum qui cum patre fuerant consilio, juvenibus sibi placere volentibus adhæsit, unde et terram Israel, præter duodecimam partem, sibi a Domino reservatam, juste amisit. Multique reges Israel, terrarum insuper aliarum, malo ducti consilio, ad magnas inopias devenere. Et ne vobis, domine, displiceat, recolitis quidem quod per iniquum consilium dudum domini nostri regis patris vestri, quem Deus absolvere dignetur, contra leges terræ Magnamque Cartam, majores terræ aliosque cepit, morti adjudicavit, bona diripuit, nonnullos redemptionibus gravissimis vexavit: et quid illa de causa acciderit, vobis manifestum est. Post ejus tempus per consiliarios vobis adhærentes fere corda populi terræ vestræ amisistis, a quibus, ut sibi placuit, vos eripuit Jesus Christus: post hæc autem per bonam circumspectionem discretionemque prælatorum, magnatum, ac terræ sapientum, negotia vestra taliter sunt deducta, ut integre corda populi vestri possidetis, et ita clerici sicut et laici magis quam alicui progenitorum vestrorum manus porrexerunt adjutrices: sicque sano mediante consilio, populi vestri suffragio, gratia necnon vobis a Deo collata de inimicis vestris Scotiæ et Franciæ gloriose triumphastis, inter Christianos principes nobilior reputati estis. Sed impræsentiarum, per iniquum quorundam terræ vestræ consilium qui commodum proprium sive utilitatem magis

Edward III. A. D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the King.

quam honorem vestrum populive salutem affectare noscuntur, clericos et alios terræ vestræ capi facitis, processus contra leges terræ, quas per sacramentum, in coronatione vestra præstitum, custodire tenemini, peragitis indebitos, necnon contra Magnam Cartam contra quam venire præsumentes per prælatos Angliæ bullamque papalem quam penes nos habere dinoscimur, sunt excommunicati. Quæ quidem in animæ vestræ non modicum periculum, status honorisque detrimentum, proh dolor! acta sunt. Et quanquam iidem qui rectores terræ magis quam statui illorum congruit se faciunt et consiliarios, intelligere vos conantur quod ea quæ in præsenti agitis, populo vestro complacere debent, certissime tamen asserimus modo nullatenus inchoato, et hoc reperietis. Dubitamus enim non modicum, quod si modum prosecuti fueritis jam inceptum, corda gentis vestræ necnon auxilia bonam ac rectam amittetis et querelam, taliterque citra mare vos implicabitis, quod guerram vestram perficiendi nequaquam vires possidebitis nec potestatem, inimicis vestris occasionem insurgendi contra vos dabitis et destruendi, bonamque famam vestram ac terram, quod Deus avertat, amittendi. Quare, domine, ob honoris vestri terræque salvationem, querelam vestram necnon confovendam, magnates terræ ac sapientes coadunare, et ut negotia vestra fœlicem sortiantur effectum, seniorum ac magnatum secundum assensum, quorum sine consilio auxilioque terram vestram regere nec etiam querelam potestis perficere, velitis et operari. Et quia aliqui vobis collaterales sive faventes proditionem nobis et falsitatem imponere non formidant, eos excommunicatos fore denunciamus, et sicut pater vester spiritualis pro talibus eos tenere velitis exoramus.

Edward III. A. D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the King.

Ob quorundam insuper vobis ministrantium 'inertiam'[1] iniquum etiam vestri absentia sive famulatum, villam Tornacensem alios necnon honores quamplurimos, amisisse nos asserunt et imponunt, velitis, domine, si placeat, prælatos, magnates, terræque nobiles, ubi cum prælatis secure convenire poterimus loco competenti congregare, et in quorum manibus ab initio guerræ vestræ, lanæ, denarii, et alia quæque, usque in hodiernum diem vobis concessa, devenerunt, qualiterque ministrata fuerunt, per quorumque defectum Tornacensis civitas non subacta, sed taliter extiterat dimissa, diligenter inquirere, et, velut dominus æquus et justus, secundum leges terræ, prout demerita exegerint, culpabiles castigare. Et quantum nos attinet, judicio parium nostrorum, sanctæ ecclesiæ statu ac ordine nostro, alias sicut sæpe scripsimus semper salvis, in omnibus nos submittere parati sumus. De nobis itaque, nec aliis terræ vestræ fidelibus ac probis, priusquam veritas cognoscatur, nisi bonum credere nec cujusquam dictis fidem adhibere, velitis: si enim gentes sine responso, veritate nec agnita, puniantur, de bonis et malis, reis et insontibus, unum judicium foret et idem. Inimicos insuper Galliæ et Scotiæ adeo fortes attentius matureque considerare curetis; si enim prælati, magnates, ac totius terræ vestræ sapientes, die nocteque sine divisione seu discrepatione una voluntate forent congrua et assensu negotia vestra, supra modum ardua, discrete ac circumspecte ordinandi, guerram vestram jam inceptam, honorem vestrum terræque salvationem conservandi, satis modicum fore videretur. Nec vobis displiceat, domine reverende, quod verita-

[1] Amended from MS. Harl. 655; 'in ecclesia,' MSS. Coll. Magd. and Cott. Nero, D. ii.

Edward III. A.D. 1341.

tem vobis simpliciter sic mittimus et grosse; affectio enim magna quam erga vos habemus, habuimus, et semper, Deo auctore, habebimus, honoris vestri ac terræ conservatio, et, quanquam indigni, primas tamen totius Angliæ existimus, et pater vester spiritualis excitare vos dinoscitur, pericula animæ vestræ ac status detrimentum denunciare, mandare, ac præmunire cum effectu. Spiritus Sanctus, domine, corpus vestrum et animam salvet et custodiat, gratiamque bonum consilium habendi et sanum, ac credendi, victoriam necnon inimicorum vestrorum vobis concedere dignetur. 'Datum Cantuariæ primo die Januarii.'"[1]

The Archbishop of Canterbury's letter to the King.

Qualiter Archiepiscopus scripsit Cancellario Angliæ.

The Archbishop of Canterbury's letter to the Lord Chancellor, Sunday, Jan. 28.

Scripsit etiam idem archiepiscopus cancellario Angliæ in Gallico, sub tali forma. "Johannes, permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, et sedis apostolicæ legatus, domino Roberto le Bourser cancellario Angliæ, libertates sanctæ ecclesiæ et terræ leges illibatas conservandi voluntatem. Dicit enim sapiens, quod veritas præcognita ac prævisa pericula non modica evadere facit post futura; ideoque vos intelligere volumus quod decimæ sanctæ ecclesiæ per unum annum per clerum nostræ Cantuariensis provinciæ domino nostro regi ultimo concessæ, citra festum Sancti Johannis Baptistæ proximo futurum certis terminis cum aliis decimis a retro existentibus persolvendæ, sub certis concessæ fuerant conditionibus, certisque articulis a domino nostro rege dicto clero concessis, et per cartam suam confirmatis. Et insuper, quod dictus clerus nulla alia portione

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

Edward III. A.D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the Lord Chancellor.

seu contributione, domino regi faciendis vel etiam concedendis, illa vice foret oneratus. Post hæc quoque in parliamento apud Westmonasterium in Quadragesima proximo elapsa, congregato, concessa sunt regi nonum vellus, nonus agnus, nona garba; certis tamen modis et conditionibus adjectis, videlicet quod nulli prælati nec etiam aliquis de clero prædicto, ad hujus nonæ contributionem portionis aliquatenus tenerentur, nisi tantum illi qui per baroniam tenerent, et ad parliamentum venire solent. Quodque ad solutionem decimæ, ut præmittitur, concessæ, prælati et cæteri de clero nonam portionem prædictam solventes, nullatenus forent astricti; sed quidam nostræ dictæ provinciæ nonæ portionis collectores, a prælatis et cæteris de clero qui decimam antedictam solvunt, et per baroniam de rege nihil tenent, nec ad parliamentum venire astricti sunt, nonam, ut præmittitur, concessam, levare, et per districtiones varias nituntur exigere. Insuper et ab hiis qui ad solutionem hujus nonæ astringuntur, contra Deum et justitiam ac concessionem sæpedictam viros ecclesiasticos onerando, decimam exigunt memoratam. Quocirca in Domino vos hortamur et requirimus quatenus personas religiosas et ecclesiasticas, nisi secundum formam et concessionem antedictas, onerari vel vexari nullatenus permittatis, nec etiam consilium seu assensum in dictæ Cartæ præjudicium, seu privilegiorum ac libertatum ecclesiasticarum subversionem, præbeatis quoquomodo; si vero breve, commissio, præceptumve aliud contra formam Magnæ Cartæ, privilegia ac libertates antedictas a cancellaria hucusque fuerint emissa infra decem dies post harum receptionem literarum, sicut tenemini, revocari et annullari faciatis; voluntas etenim domini nostri regis cartam præ-

fatam, privilegia ac libertates ecclesiasticas, ut certi sumus, fovere existit ac conservare; nec est siquidem voluntatis ejus, nec esse debet, quod clerus ultra concessionem suam spontaneam, a quoquam oneratus sit vel gravatus: hoc enim in præjudicium sanctæ ecclesiæ, quod tolerare non possumus, non modicum verteretur et gravamen. Si autem, ut præmittitur, prædicta revocare nequaquam curaveritis nec annullare, remedium quale sancta ecclesia permittere poterit apponere non omittemus. Et quid in præmissis feceritis, velut filius spiritualis, fidelis, ac Deo acceptus infra octo dies post harum receptionem literarum per literas vestras nos certificare curetis. Spiritus Sanctus, sicut justitias suas sibi, quantum in vobis est, servaveritis illibatas, corpus vestrum et animam salvare dignetur et custodire. Datæ Cantuariæ XXVIII. die mensis Januarii, anno ut supra, et translationis nostræ septimo."

Edward III. A. D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the Lord Chancellor.

Qualiter Archiepiscopus scripsit Regi, Consilioque suo.

The Archbishop of Canterbury's letter to the King and Council.

Misit quoque archiepiscopus regi ac consilio suo schedulam sive billam in Gallico, talia continentem. "Domino nostro regi, consilioque suo, ac omnibus et singulis dicti consilii sui personis, monstramus nos Johannes, permissione divina, Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, et sedis apostolicæ legatus, quod cum omnes clericos capientes, in carcerem invite mittentes, seu detinentes, ac eos quocunque voluerint libere ire non permittentes, illos clericos et publice ac notorie pro talibus reputatos, scientes, et ut clericos se habentes, qui crimina non confessi, nec de criminibus convicti nec judicati, nec etiam notorie in criminibus sunt deprehensi, a canone latæ sententiæ existunt innodati; illam sententiam

Edward III. A.D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the King and Council.

in ecclesia nostra Cantuariæ publicavimus, et per omnes fratres nostros et suffraganeos provinciæ nostræ Cantuariæ fecimus publicari. Post cujus siquidem sententiæ publicationem, ut præmittitur, factam, capti sunt et in castellis diversis et locis aliis Angliæ in carceres missi ac invite detenti, Johannes de Sancto Paulo, Michael de Wath, Robertus de 'Chickwell,'[1] Johannes de Thorp, et Henricus de Stretford, in præjudicium Dei et sanctæ ecclesiæ, et contra leges ac clericorum privilegia omnium, necnon animarum illorum in periculum qui talia commiserunt, consilium dederunt et assensum. Quare domino nostro regi qui libertates sanctæ ecclesiæ, prout in actibus suis Dominus Deus temporibus elapsis feliciter monstravit, clarumque fecerit, et jura ac privilegia semper conservare curavit illibata exoramus, quatenus dictorum clericorum et singulorum contra Cartam Magnam, leges terræ ac consuetudines detentorum, ereptionem a carcere sive deliberationem dominationi suæ præcipere placeat indilate. Rogamus insuper et hortamur in Domino omnes consiliarios illos qui talia committendi consilium domino regi dare præsumpserunt, deliberationi detentorum præfatæ nullatenus obviare: dissimulare enim non valemus, quin ea quæ nobis incumbunt faciamus in hac parte. Item quod personæ, laici, hominesque liberi, contra Magnam Cartam, leges ac terræ consuetudines capti, adhucque in carcere detenti, ejiciantur libereque abire permittantur: prædictaque et alia secundum formam in bulla Innocentii quarti contentam, per quam omnes contra Magnam Cartam venire præsumentes seu illam violantes sententiam excommunicationis incur-

[1] 'Chigwelle,' MS. Harl. 655.

runt, dominus rex reformare placeat ac emendare. Item cum non solum ministri sui diversæque conditionis officiales, terram peragrantes, domos, grangias, ac loca alia archiepiscoporum episcoporum, religiosorum aliorum, necnon virorum ecclesiasticorum intrant, sine custodum firmariorumve voluntate, bona pro libito capiunt, inviteque asportant; immo præmissa fieri præcipientes, actaque suo nomine rata habentes et grata, sæpefata sententia sunt innodati, dominus rex remedium apponere placeat opportunum: dissimulare enim non possumus quin contra tales prout pastoralis officii cura exegerit, et per fratres nostros et suffraganeos, quod nobis et eis incumbit exequamur. Nostræ tamen intentionis non est dominum nostrum regem, dominam reginam, aut liberos eorundem dictis sententiis involvi seu comprehendi, quatenus de jure poterunt excusari."

Edward III. A. D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the King and Council.

Qualiter Archiepiscopus Cantuariensis scripsit Episcopo Londoniensi.

Post hæc quoque archiepiscopus Johannes, pater venerabilis, de quo non pauca sinistra plebs indocta retulit, simplex et rudis, incertis ac rumoribus intenta, vanisque favorabiliter aurem inclinans, episcopo Londoniensi literas misit, ut subsequitur continentes.

"Johannes, Dei 'permissione divina Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas et apostolicæ sedis legatus'[1] venerabili fratri nostro Radulpho, Dei gratia Londoniensi episcopo,[2] salutem et fraternam in Domino caritatem. Cum

The Archbishop of Canterbury's letter to the Bishop of London.

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

[2] Ralph de Stratford, Prebendary of St. Paul's and Salisbury, was elected Bishop of London on the 26th of January, 1340.

Edward III. A. D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the Bishop of London.

animosa guerrarum pericula et injuriosa damnorum discrimina, domino Edwardo, Dei gratia regi nostro illustri, in variis mundi partibus, et potissime per Philippum de Valesio, se regem Franciæ 'prætendentem,'[1] et per Scotos dicti domini nostri regis inimicos notorios et rebelles, indebite mota fuerunt et illata, adeo quod ob violentias et diversas invasiones ac injurias manifestas, oportuit eum pro defensione regni et ecclesiæ Anglicanæ, recuperationeque jurium suorum detentorum injuste, usque ad exinanitionem quasi totaliter exponere patrimonii sui vires. Unde nos cæterique prælati necnon viri religiosi et clerus nostræ Cantuariensis provinciæ hujusmodi inevitabili necessitate attenta, unam decimam bonorum ecclesiasticorum, secundum taxationem currentem certis persolvendam terminis, quorum ultimus est in festo Sancti Johannis Baptistæ proximo nunc futuro, una cum decimis aliis prius per nos, prælatos, religiosos ac clerum prædictos eidem domino regi concessis eisdem etiam terminis persolvendis, benevole duximus concedendam; hiis etiam conditionibus manifeste adjectis, quod prælati, religiosi, et clerus prædicti, hujusmodi solventes decimam, ad nullius alterius portionis dicto domino nostro regi concessæ per alios, vel etiam concedendæ illi, contributionem faciendam aliquatenus tenerentur; quodque idem dominus noster rex certas libertates 'ecclesiæ'[2] concederet Anglicanæ, et cartam super hoc faceret 'consignari.'[3] Postmodum vero nos et nonnulli ecclesiarum prælati in parliamento apud Westmonasterium Quadragesima proximo præterita, una cum comitibus,

[1] 'prædicentem,' MS. Cott. Nero, D. ii.

[2] 'clero et ecclesiæ,' MS. Harl. 655.

[3] 'consignari quam penes vos habetis, ut credimus, consignatam,' MS. Harl. 655.

Edward III. A.D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the Bishop of London.

baronibus, aliisque regni proceribus, et cum communitate regni Angliæ congregati, ad ipsum venire arctati, necessitatem prædictam promptius intuentes, nonam garbam, nonum agnum, et nonum vellus per biennium tunc proximo secuturum, sicut ipsi comites, barones, proceres, et communitas prædicta concesserunt dicto domino regi sub certis modis et conditionibus eidem liberaliter duximus concedendum : ita videlicet, quod nulli prælati vel etiam aliquis de clero prædicto ad hujusmodi nonæ contributionis 'portionem'[1] aliquatenus tenerentur, nisi tantum illi qui per baroniam tenerent, et ad regis parliamentum tenerentur venire; quodque ad solutionem decimæ, ut præmittitur, concessæ, ipsi prælati, religiosi, seu alii de clero, nonam portionem prædictam solventes, nullatenus forent astricti. Pro qua autem concessione portionis prædictæ, remissiones multas, libertates et privilegia, prælatis, comitibus, et baronibus, ac communitati terræ suæ, idem dominus rex gratanter concessit, cartamque super hoc factam et consignatam fecit hujusmodi communitati liberari. Sed quidam vel non intelligentes præmissa, vel saltem in præjudicium cleri prædicti infringere malitiose conantes, absque ipsius domini nostri regis, ut credimus, conniventia, a prælatis, viris religiosis, clericisque secularibus, qui et ipsi decimam solvere dicto domino nostro regi tenentur, et per baroniam nihil tenent de ipso, nec ad parliamentum suum, ut præmittitur, venire sunt astricti, nonam rerum prædictarum sic concessam levare, et per districtiones varias et contra prædictæ concessionis formam exigere moliuntur, in ipsorum prælatorum et cleri præjudicium manifestum, cum nec

[1] 'portionem prædictam solventes,' MS. Cott. Nero, D. ii.

Edward III. A. D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the Bishop of London.

ipsi parliamento interfuerunt prædicto, sicut interesse minime tenebantur, nec consensum ad dictæ nonæ portionis præstationem aliquatenus præbuerunt; de contrario et aliqui malitiosi nituntur a prælatis et aliquibus religiosis, qui ad solutionem hujus nonæ astringuntur, contra prædicta decimam exigere memoratam. Cum igitur nihil magis congruit humanæ fidei, quam ea quæ placuerint inter partes fideliter custodire, ac gratia, quæ de concedentis benignitate procedit, recipientem evidenter reddit ingratum si vertitur in abusum, aut dominationis frugalitas deducitur in irrisum, quod non contenta suis finibus in donantis extendit læsionem: necnon si præmissa sic fierent, 'clerusque'[1] non concessa potestate laicali compelleretur, quod absit, in ecclesiæ sanctæ et cleri præjudicium perpetuum ac manifestum gravamen, vobis in virtute obedientiæ firmiter injungendo mandamus quatenus cum abusus tam in ecclesiæ sanctæ Dei perniciem quam virorum ecclesiasticorum subversionem tendat bonæ fidei occultatæ, nonam rerum prædictarum ab illis viris ecclesiasticis qui decimam prædictam, juxta concessionem hujusmodi, tenentur solvere dicto domino nostro regi, decimam vero ab aliis viris ecclesiasticis qui ad nonam prædictam eidem domino nostro regi solvendam, ut præmittitur, astricti, exigi vel levari in vestra Londoniensi diœcesi nullatenus permittatis, sed exactores hujusmodi, si nonam vel decimam supradictam ab hujusmodi viris ecclesiasticis alio modo quam præmittitur exegerint, per quascunque censuras ecclesiasticas canonice compellatis. Quod si exactores hujusmodi, ecclesiasticis contemptis censuris, nobis parere non curaverint,

---

[1] 'clerus ad,' MS. Harl. 655.

sicut decet, ab exactione residui decimæ ultimo sic concessæ supersedere in dicta vestra diœcesi faciatis omnino, quousque fidem servare promissam feceritis in præmissis. Nullam decimam in virtute concessionis prædictæ a prælatis et viris ecclesiasticis dictæ vestræ diœcesis qui nonam, ut præmittitur, solvere sunt astricti exhibentes levari aut exigi facientes, cum a decimæ hujusmodi concessæ præstatione sint liberi et immunes esse debeant ex condicto. Et quid feceritis, etc. Dat. etc."

Edward III. A. D. 1341.

The Archbishop of Canterbury's letter to the Bishop of London.

Qualiter Archiepiscopus excommunicari fecit Pacis Perturbatores et Privilegia Ecclesiæ Infringentes.

Sentence of excommunication against the violators of the liberties of the Church.

Misit autem archiepiscopus ad omnes confratres suos et suffraganeos ut et ipsi in suis diœcesibus et locis singulis sententias, ut subsequitur, publice promulgarent. "Johannes, permissione divina, Cantuariensis archiepiscopus, totius Angliæ primas, et apostolicæ sedis legatus, venerabili fratri nostro, etc. Sacrosancta ecclesia, quæ debet libera esse, variis exactionibus indebite et angariis infestis opprimitur hiis diebus; cujus bona, ad quæ laica manus non deberet extendi, pro libito diripiuntur in prædam; clerusque nostræ Cantuariensis provinciæ vexatur injuste, ac probroso contemptu nequiter conculcatur; justitia, quæ principaliter elucere deceret, et quæ regibus dat regnare ac populo quietem præparat opportunam, debito cultu non colitur, sed ad injurias et oppressiones iniquas multorum frænum laxatur impune. Nos, oppressorum gemitibus paterno compatientes affectu, attendentes 'ac considerantes attente quod'[1]

---

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

Edward III. A. D. 1341.

Sentence of excommunication against the violators of the liberties of the Church.

ad apostolicam dignitatem nos ideo divina clementia sublimavit, non ut dies nostros in quiete et deliciarum affluentia duceremus, sed ut ex injuncto nobis administrationis officio, nostrorum prædecessorum exemplis salubriter instructi, pro domo Domini ascendentibus ex adverso nos murum inexpugnabilem præparemus, ut errantes ad viam veritatis, inspirante Domino, reducamus, quasdam excommunicationum sententias a sanctis patribus et prædecessoribus nostris in subscriptis casibus adversus delinquentes hactenus promulgatas, per denunciationes publicas in locis eminentibus faciendas per vos et cæteros confratres ac suffraganeos nostros, palam duximus omnibus intimare, ne ignorantiæ affectatæ nebulose valeant, qui nequam sunt, aliqualiter excusare prætextu veritatis occultatæ et ut decet minime publicatæ, sed ut singuli melius sibi caveant pro futuro. Nostræ tamen intentionis non existit dominum nostrum regem Angliæ illustrem, dominam reginam, aut liberos eorundem, dictis sententiis aut aliqua earum involvi, seu sub denuntiatione hujusmodi comprehendi, quatenus de jure excusari poterunt in hac parte. Mandantes, etc., quatinus, etc." Tenor vero hujusmodi articulorum talis est. "In Dei nomine, Amen. Nos Johannes permissione divina, etc. Omnes et singulos qui ecclesias suo jure privare vel per malitiam infringere seu perturbare præsumunt libertates et liberas consuetudines earundem, et eos præcipue qui antiquas libertates aut liberas consuetudines nostræ Cantuariensis ecclesiæ violaverint, seu in aliquo diminuerint, vel contra privilegia eidem indulta scienter venerint aut contra ea fecerint, necnon et illos qui pacem et tranquillitatem regis aut regni Angliæ nequiter et injuriose perturbare præsumunt, seu ad hoc

Edward III. A.D. 1341.

Sentence of excommunication against the violators of the liberties of the Church.

dederint consilium, auxilium, vel favorem, majoris excommunicationis sententia, sicut sunt a sanctis patribus innodatos et excommunicatos fuisse et esse denunciamus, et a liminibus sanctæ matris ecclesiæ sequestramus, auctoritate Dei Patris omnipotentis, beatæ Mariæ virginis matris suæ, beati Thomæ martyris gloriosi, Sanctorumque omnium, publice et solemniter in hiis scriptis. Item cum in Magna Carta Henrici, quondam regis Angliæ, sit concessum ac etiam ordinatum, quod nullus liber homo regni Angliæ capiatur, vel imprisonetur, aut disseisiatur de libero tenemento suo, vel libertatibus aut liberis consuetudinibus suis, seu outhlagetur, vel exulet, aut aliquo alio modo destruatur; quodque super liberum hominem hujusmodi rex non ibit vel mittet, nisi per legale judicium parium suorum, vel per legem terræ Anglicanæ; et quod rex nulli negabit, nulli vendet vel differret rectum vel justitiam; quodque civitas Londoniæ habeat omnes antiquas 'libertates'[1] et liberas consuetudines suas; aliæque nonnullæ libertates et liberæ consuetudines in dicta Carta regno Angliæ, ad Dei laudem et gloriam, ecclesiæ catholicæ pacem, et regni quietem provide sunt concessæ, et ab archiepiscopis et episcopis dicti regni, excommunicati, anathematizati, et a liminibus sanctæ matris ecclesiæ fuerunt sequestrati qui post concessionem dictæ Cartæ libertates et liberas consuetudines in ipsa et in Carta de Foresta contentas et concessas ecclesiæ Anglicanæ, quacunque arte vel ingenio violaverint et infregerint, diminuerint, seu imminuerint, clam vel palam, facto, verbo, vel consilio, contra illas vel illarum aliquam in quocunque articulo temere

[1] Supplied from Walsingham.

Edward III. A. D. 1341.

Sentence of excommunication against the violators of the liberties of the Church.

veniendo. Quamplures nihilominus præmissorum contra dictas cartas, libertates, et liberas consuetudines in cartis hujusmodi concessas venire temere jam conantur, et eas infringere plures sunt moliti. Nos, ipsorum ausus nefandos reprimere cupientes ac velatam ignorantiam et captatam fugare, ad omnium notitiam deducentes præmissa, monemus in genere omnes et singulos qui contra præmissa fecerint in aliquo quovismodo, aut contra dictas cartas, vel earum alteram, statuta ediderint vel edita servaverint, consuetudines introduxerint vel servaverint introductas, scriptores etiam statutorum necnon consiliarios et executores, et qui secundum ea præsumpserint judicare, quod debite se corrigant, et ordinariorum arbitrio plene satisfaciant de commissis intra quindecim dies a tempore monitionis nostræ continue numerandos; quos non parentes, extunc in dictam majoris excommunicationis sententiam, per Innocentium papam quartum ex certa scientia confirmatam, denunciamus publice et solemniter incidisse. Item omnes et singulos qui de domibus, maneriis, grangiis, aut locis aliis, ad archiepiscopos, episcopos, vel alias personas ecclesiasticas pertinentibus, quicquam præter voluntatem dominorum vel eorum qui sunt hujusmodi rerum custodes deputati abstrahere, capere, consumere vel contrectare præsumpserint, capi, consumi, seu contrectari fecerint, vel hujusmodi abstractionem, captionem, consumptionem, suo nomine vel a familiaribus suis factam, ratam habuerint, ecclesiasticæ libertatis et immunitatis violatores existere, et excommunicationis majoris sententiam contra violatores libertatum ecclesiæ in Concilio Oxoniensi latam, ipso facto incurrere denunciamus publice et solemniter in hiis

Edward III. A.D. 1341.

Sentence of excommunication against the violators of the liberties of the Church.

scriptis. Item, quia temporis malitia clericis laicos reddit infestos, adeo quod ipsos capiunt et detinent invitos, aut quo voluerint abire libere non permittunt; nos omnes et singulos clericos et laicos nostræ Cantuariensis provinciæ subditos, qui scientes esse clericos, et publice ac notorie pro clericis habitos et reputatos, et etiam se gerentes de crimine non confessos, non convictos, nec etiam indictatos, in custodia vel carcere ponunt et detinent ausu sacrilego invitos temerarie in casu a jure vel consuetudine regni Angliæ non permisso, in cleri opprobrium et injuriam manifestam, majoris excommunicationis sententia a canone lata in hac parte denunciamus publice et solemniter involutos. Item, omnes et singuli qui in nostra Cantuariensi provincia alicui vel aliquibus crimen falso ex odii fomite malitiose imponunt, cum super crimine sic imposito apud bonos et graves prius non fuerant infamati, cujus impositionis occasione quovismodo graventur majoris excommunicationis sententia in Concilio Oxoniensi contra defamatores hujusmodi a sanctis patribus rite lata sint et fuerint innodati, ac delinquentes scienter in archiepiscopos aut episcopos, patres spirituales, Christi legatos, ecclesiæ columnas, ex dignitate offensorum culpam graviorem committant, adeo quod in ipsos acerbioris debet indignationis si poterit aculeus merito desævire, auctoritate qua fungimur omnes et singulos qui in nostra provincia Cantuariensi archiepiscopo, vel episcopo, vel alii cuicunque crimen proditionis seu aliud quodcunque, falso, nequiter et malitiose hactenus imponere temere ac publice præsumpserint vel in futurum imponent contra constitutionem prædictam, dicta majoris excommunicationis sententia in præfato concilio proinde

Edward III. A.D. 1341.

lata, denunciamus publice innodatos et a sanctæ matris ecclesiæ liminibus sequestratos."

Qualiter Rex Edwardus scripsit Episcopo Londoniensi contra Archiepiscopum.

King Edward's letter to the Bishop of London, complaining of the sentence of excommunication by the Archbishop of Canterbury.

Auditis ita literis archiepiscopi prædictis, et singulis 'intellectis,'[1] aliis insuper 'nonnullis sinistris ab aulicis,[2] ut putabatur, archiepiscopo impositis, rex Edwardus misit episcopo Londoniensi literam ut subsequitur continentem. "Edwardus,[3] Dei gratia, etc., venerabili in Christo patri Radulpho eadem gratia episcopo Londoniensi, salutem. Veteribus probatur historiis, et ex hiis quæ quotidie geruntur clarius elucescit, quomodo multi, probitate principum et honore qui in eis collatus est in superbia abutentes, nituntur interdum malitiæ suæ commentis regum laudabilia studia 'depravare.'[4] Et ut manifestius quod dicimus cunctis fidelibus nostris innotescat, a vestra et eorum memoria non credimus excidisse, quod nos dudum in annis adolescentiæ ad regni solium exaltati, in ejusdem suscepto regimine, sanis consiliis dirigi cupientes, quia Johannem, tunc Wintoniensem nunc vero Cantuariensem archiepiscopum, fidelitatis et discretionis virtute credebamus aliis præminere, ejus consilio super hiis quæ animæ nostræ saluti expediunt et regni nostri augmentum et conservationem respiciunt, spiritualiter et temporaliter usi sumus,

---

[1] 'electis,' MSS. Coll. Trin. R. 5, 10, and Cott. Nero, D. ii.

[2] 'nonnullis ab aulicis regiis,' MS. Harl. 655.

[3] A copy of this document, with certain verbal differences, dated at Langley on the 10th of February, is printed in Rymer, ii. 1147, from the Rot. Claus. 15 Edw. III. p. 1. m. 46, d.

[4] 'deprivare,' MSS.

King Edward's letter to the Bishop of London.

et in tantam familiaritatem est a nobis susceptus, ac illam in se humanitatem expertus ut pater noster vocaretur et adoraretur ab omnibus post regem secundus. Cumque postmodum regnum Franciæ ad nos jure successorio fuisset devolutum, et a domino Philippo de Valesio de facto notorie usurpatum, idem archiepiscopus nobis importuna instantia persuasit cum principibus Alemanniæ contra dictum Philippum fœdus inire, et guerrarum dispendiis exponere nos et nostra; promittens et affirmans quod expensas ad hæc necessarias, de terrarum nostrarum proventibus, et aliunde quæsitis subsidiis, abundanter faceret ministrari; adjiciens insuper quod solummodo de personis ad bella doctis et strenuis solliciti essemus, quia ipse pecuniam necessariam pro nostris necessitatibus et eorum stipendiis efficaciter procuraret. Unde nos, mari transito, manum ad ardua misimus, et circa bellicos apparatus immensas, ut oportuit, expensas fecimus, et confœderatis nobis in maximis pecuniarum summis nos obligavimus, de promisso nobis auxilio, ut præmittitur, confidentes. Sed heu! quoniam illusoris baculo arundineo cum, juxta sententiam propheticam, si innixus fuerit homo intrabit in manum ejus et perforabit eam, fiduciam posuimus, et subtracto nobis, utinam non fraudulenter, sperato subsidio, necessitate compulsi, sub usuris gravissimis quasi importabilia contraximus onera debitorum, et sic retardata expeditione ulteriori, coacti sumus ab inchoatis magnanimiter hostium aggressibus ea vice desistere et in Angliam remeare; ubi expositis præfato archiepiscopo nostris ærumnis multiplicibus et infortuniis memoratis, convocatoque super hoc parliamento, proceres, barones, prælati cæterique fideles

Edward III. A. D. 1341.

King Edward's letter to the Bishop of London.

ejusdem regni nostri, nonæ partis garbarum, agnorum, et vellerum suorum, præter decimam nobis a clero concessam tale nobis dedere subsidium, quod si fideliter collectum fuisset congruo tempore et obtentum, ad expeditionem dictæ guerræ, debitorum solutionem et inimicorum confusionem non modicum adminiculum præstitisset; et forte, multorum secundum opinionem, verisimiliter suffecisset. Idem archiepiscopus ad dicti subsidii collectionem et aliorum nobis necessariorum subministrationem iterum promisit efficaciter interponere partes suas. Unde nos, ejus promissionibus inhærentes, resumptis viribus navigio ad hoc congregato versus Flandriam navigantes, commisso gravi prœlio navitico cum hostibus qui in nostram et totius gentis nostræ Anglorum perniciem conjuraverunt; misericordissima Ejus clementia qui ventis et mari imperat, non nostris meritis, obtinuerimus de tantorum hostium multitudine numerosa victoriam et triumphum. Quo peracto, cum prægrandi exercitu, pro jurium nostrorum recuperatione, exinde progredientes, castrametati sumus prope civitatem fortissimam Tornacensem, in cujus obsidione aliquamdiu jugiter occupati, et continuatis expensis et laboribus fatigati, præstolantes in silentio promissum nobis adjutorium, sperabamus indies ministerio dicti archiepiscopi in tot et in tantis nostris necessitatibus relevari; tandem spe concepta frustrati, licet per plures nuncios et diversas literas plene significaverimus præfato archiepiscopo, et aliis consiliariis nostris sibi adhærentibus, nostras indigentias et pericula varia quibus expositi fuerimus propter defectum promissi subsidii memorati, utilitatem insuper et honorem quos ex succursu pecuniæ conscripsimus nos posse faciliter obtinere, nullum

Edward III. A.D. 1341.

King Edward's letter to the Bishop of London.

tamen ab eis emolumentum recipere potuimus, quia sua non nostra negotia curantes et commoda propria curantes, frivolis excusationibus et fucatis verborum faleris, suam desidiam, ne dicamus fraudem vel malitiam, palliabant, similes illusoribus qui, ut ait Ysaias, deridendo ludificant, dicentes 'Manda remanda, manda remanda, modicum ibi, modicum ibi.'[1] Unde, proh dolor! factum est ut dum triumphandi super inimicos nostros arrideret nobis gratiosissime spes propinqua, prævalente penuria, cogeremur inviti treugis initis consentire, cum verecunda nostræ expeditionis retardatione et exultatione non modica æmulorum. Reversis nobis in Flandriam, cum essemus pecunia vacui, et æris alieni mole pressi, nec superesset quicquam in nostris aut nostrorum marsupiis unde possemus nostris necessitatibus consulere, et debita stipendia nostro obsequio militantibus erogare, compulsi sumus usurarum voragini submergere, et humeros supponere cumulatis generibus debitorum. Tandem convenerunt ad nos amici fideles, peregrinationis nostræ comites, et tribulationis nostræ participes, cum quibus tractatum habuimus diligentem super optatis remediis quibus a tanta infortuniorum tempestate possemus commodius respirare. Visum est omnibus præfatæ retardationis eventum tristibilem et egestatis nostræ incommoda multiplicia, culpa vel desidia, ne dicamus malitia, præfati archiepiscopi, de cujus discretione tota regni nostri dispositio pendere videbatur, et cæterorum officialium quos ejus consilio super nostri regni negotia constituimus, accidisse; et vehementer mirantes ac contra nos murmurantes super hoc

---

[1] 'Isaiah, xxviii. 10, 13.

Edward III. A. D. 1341.

King Edward's letter to the Bishop of London.

quod dictorum archiepiscopi et officialium insolentiam regia mansuetudo tanto tempore relinquere voluit incorrectam, sunt publice protestati quod, nisi super hiis faceremus congruum remedium celeriter adhiberi, oporteret eos de nostris obsequiis se subtrahere, et ab inito fœdere retroire, et hoc utique in regni nostri 'subversionem'[1] et nostram perpetuam ignominiam, et nationis Anglicanæ sempiternum opprobrium redundare; quod avertat temporibus nostris clementissimi Patris benignitas, in cujus soliditate fixa est immobiliter anchora spei nostræ. Unde nos ad disciplinam et correctionem hujusmodi nostrorum officialium mentis aciem dirigentes, quosdam ex eis quos ex causis probabilibus de mala administratione, justitiæ subversione, ac subditorum nostrorum oppressione, acceptorum munerum corruptione, ac aliis offensis gravibus, suspectos habuimus, a suis fecimus officiis, prout nobis licuit, amoveri; alios quoque inferioris gradus in præmissis culpabiles, sub tuta custodia detineri, ille, 'ne'[2] si libertatem solitam potirentur, supplantaretur eorum astutia justitiæ executio, et deluderetur callide inquisitio veritatis. Quoniam cum ex dicti archiepiscopi animi latebris eo certius et plenius elicere crederemus quo nihil eorum quæ ad informationem nostram in hac parte conferre poterant ipsum verisimiliter latere debuerat, cui totius reipublicæ nostræ administrationem et summam rerum gerendarum a multo tempore duximus committendam, sibi per fidelem nostrum Nicholaum de Cantilupo, ad hoc specialiter destinatum, mandavimus quod ad nostram præsentiam,

---

[1] Amended from Rymer; MSS. read 'submersionem.'

[2] Supplied from Rymer.

Edward III. A.D. 1341.

King Edward's letter to the Bishop of London.

quia ejus personali colloquio frui volebamus, Londoniam venire maturius non tardaret. Ipse vero, semper tumidus in prosperis et timidus in adversis, trepidans timore ubi non erat timor, sibi periculum per aliquos nobis assistentes intemptatum et comminatum, si ab ecclesia Cantuariensi recederet, imminere minus veraciter allegavit, quia hoc, teste Deo et pura conscientia, nunquam in mentem nostram cecidit, nec alicujus nobis assistentis, ut credimus, tetigit cogitatum, quanquam clero et populo regni nostri malignitatis suæ merito se reddidit odiosum. Nos autem qui cunctos ad nostram præsentiam accedere, præcipue nostris ad hoc literis vel nunciis advocatos, plena volumus securitate gaudere, ad convincendam ejus malitiam, dilectum et fidelem nostrum Radulphum de Stafforde, hospitii nostri senescallum, ad ipsum destinavimus, ut ei securum conductum offerret et faceret; regias super hoc nihilominus literas patentes sigillo regio consignatas ei fecimus præsentari, iterato mandantes quod ad nos personaliter accederet, inchoatam sollicitudinem nostram informaturus super regni negotiis quæ longo tempore gesserat, ut præfertur. Ipse vero, precum et mandatorum nostrorum lenitate contempta, vultu et animo indignato respondit, quod se nostris conspectibus seu colloquiis nequaquam conferret, nisi in pleno parliamento nostro, quod in hiis diebus, ex causis rationabilibus, nullatenus expedit convocari. Sicque idem archiepiscopus quem regalis benignitas beneficiis et honoribus magnificis ampliavit, et in suæ familiaritatis sacrarium, et unanimitatem amicitiæ, et vinculum fœderis, accersivit, super quem, sicut patrem carissimum, noster spiritus et animus requievit, quinetiam dum

Edward III. A.D. 1341.

King Edward's letter to the Bishop of London.

ejus voluntatibus per omnia adquievimus, sophisticæ dilectionis faciem, fuco mendacis benevolentiæ palliatam, more patris amabilis, nobis prætendere consuevit, subito in vitricum onerosum et gravamen crudeliter est conversus, pro beneficiis acceptis ingratus, tumoris arrogantia beneficium persequitur, et illam nobis retributionem reddidit, quam, juxta vulgare proverbium, mus in pera, serpens in gremio, ignis in sinu, suis consueverunt hospitibus exhibere. Nam licet nobis, ad regale fastigium, jure hæreditario, divina cooperante gratia, sublimatis, detestabile semper sit et fuerit abuti potentiæ magnitudine, qui summis desideriis affectamus clementia et lenitate cum moderamine justitiæ gubernare subjectos, 'ut'[1] optata mortalibus cunctis pace populus fruatur; ipse tamen nostram innocentiam ac consiliariorum et officialium nostrorum regalem justitiam prosequentium, fidelitatem et diligentiam convitiis lacerat, publice prædicando, et suis literis patentibus in diversis partibus publicare mandando, quod potestate regia, nostris temporibus, contra justitiam opprimitur populus, clerus confunditur, regnum variis exactionibus, et talliis prægravatur. Et quia nomen boni pastoris, quo hactenus semper caruit, cum sit revera juxta communem opinionem et confessionem propriam publice, ut fertur, emissam, notorie mercenarius, fallaciter nititur usurpare, fucatum zelum vulpinæ calliditatis fuco perizomate palliatum, ad liberationem ecclesiæ, cujus vexationes, si quas in rebus vel personis nostro tempore sustinuit, præfati archiepiscopi duntaxat remissioni, et callidis adinventionibus et reprobis consiliis sunt

[1] Amended from Rymer; MSS. read 'et.'

Edward III. A. D. 1341.

King Edward's letter to the Bishop of London.

veraciter ascribendæ, nequiter simulat se habere, et quasdam excommunicationum sententias, in ecclesiasticæ libertatis et Magnæ Cartæ violatores in genere, dudum latas, ad suggillandam opinionem regiam, et præfatos ministros regios diffamandos, ac seditiones in populo nobis commisso proditorie suscitandas, et devotionem comitum, procerum, et magnatum regni nostri, majestati regiæ subtrahendam, specificatis nonnullis articulis, præter et contra solitum modum in concilio provinciali traditum, mandavit per suas literas in pluribus locis insignibus publicari. Quamobrem nos volentes, ut tenemur, integritati famæ nostræ prospicere, et præfati archiepiscopi malitiæ obviare, paratosque nobis et nostris ab ipso laqueos cautius declinare, providimus, præter ea quæ superius expressa sunt, ut ad præsens de multis ejus actibus taceamus, aliqua deducere in publicam notionem: nempe, ejus improvido consilio et succursu in minori ætate constituti, tot donationes prodigas, ac alienationes prohibitas, ac gratias fecimus excessivas, quod per eas ærarium nostrum totaliter est exhaustum, et fiscales redditus sunt enormiter diminuti; ipsaque munerum acceptione corruptum, magnas pecuniarum summas nobis debitas quibusdam sine rationabili causa, cum id nulla necessitas vel utilitas exposcebat, comperimus remisisse, et plurimos proventus et redditus, qui pro nostris utilitatibus et necessitatibus conservari debuerant, suis suorumque usibus applicasse, et aliis personis male meritis erogasse. Qui etiam nedum munerum, sed etiam personarum 'acceptor,'[1] contra votum nostrum et præstitum nobis fidelitatis juramentum solitum,

[1] Amended from Rymer; MSS. read 'acceptores.'

Edward III. A.D. 1341.

King Edward's letter to the Bishop of London.

ad officia publica in terris nostræ ditioni subjectis, dignis et benemeritis postpositis et 'repulsis'[1] indignos admisit; multaque alia animo infrunito temere attemptare præsumpsit, in status nostri detrimentum et dignitatis regiæ læsionem, ac populi nobis subditi damnum non modicum et gravamen, potestate tradita et commisso sibi officio abutendo; qui si in elata obstinatione, et obstinata rebellione et continuata perstiterit, congruis loco et tempore intendimus apertius declarare. Vobis, firmiter injungendo, mandamus, quatinus hæc omnia et singula singillatim et clare, locis quibus 'expedire videritis'[2] publicetis et faciatis per alios publicari; piam intentionem quam habemus ad subducenda incommoda et promovenda commoda subditorum, ipsis, juxta datam et vobis a Deo sapientiam commendantes, et in hiis taliter vos habentes quod vestram debeamus sollicitudinem merito commendare. Teste meipso apud Westmonasterium 'XII. die Februarii'[3] anno regni nostri XV."

Qualiter Ludovicus revocavit Vicariatum Regi Angliæ collatum.

The Emperor of Germany's letter to the King, revoking his title of Vicar of the Empire.

Scripsit enim Ludovicus dux Bavariæ regnum Almanniæ occupans Angliæ regi Edwardo sub hac forma. "Ludovicus,[4] Dei gratia, Romanorum imperii semper Augustus, Edwardo regi Angliæ, fratri suo carissimo, salutem, et fraternæ dilectionis affectum. Licet innumera

---

[1] Amended from Rymer; MSS. read 'repulsos et.'

[2] Amended from Rymer; MSS. read 'expederitis.'

[3] Supplied from MS. Harl. 655.

[4] A copy of this document, containing several variations, is printed in Rymer's Fœdera, ii. 1166, from MS. Cott. Otho D. ii.

The Emperor of Germany's letter to the King revoking his title of Vicar of the Empire.

grandiaque negotia nostris incumbant humeris, et circa illa multipliciter et assidue distrahamur, tamen cum discordia inter te et Philippum regem Franciæ, affinem nostrum prædilectum orta, tibi et tuo regno quamplurium personarum et rerum dispendia, ipsa non sedata, in futurum poterit generare, et nostris se repræsentat obtutibus, mentemque nostram specialiter angit, et excitat ut ad tollendam ipsam studium et operam nostræ sollicitudinis apponamus. Propter quod te scire volumus quod præfatus Philippus, ad requisitionem nostram, dedit nobis suis literis potestatem tractandi inter te et ipsum super discordia inter vos suscitata. Quam et tibi et tuo regno, pensatis diligenter omnibus conditionibus tuis et alligatorum tuorum, multipliciter expedire credentes, amicitiæ tuæ persuademus, teque cum diligentia hortamur, ut ad hoc tuum assensum præbeas, quod te et ipsum revocare possimus ad concordiam, et inter vos pacis fœdera ordinare, ad quæ libenti animo vacare volumus et impendere onerosa prosecutione labores. In quo si consiliis nostris consentire volueris et acquiescere, ut speramus, placeat et nobis tuis literis dare potestatem præmissam tractandi concordiam, et treugas ad annum vel biennium ordinandi. Nec te moveat amicitia inter nos et Philippum regem Francorum inita et contracta; nam ex quo in treugas et certos terminos ad tractandum de concordia inter te et prædictum regem Franciæ accepisti absque nostro scitu, voluntate et assensu, de consilio nostrorum principum, qui ligias, pacta, et uniones nostras noverunt, quibus visum fuit quod hoc, salvo honore nostro, facere possemus, concordiam et amicitiam cum dicto rege Franciæ contraximus, et unionem univimus; vicariatum,

Edward III. A.D. 1341.

The Emperor of Germany's letter to the King, revoking his title of Vicar of the Empire.

tibi per nos commissum, ex causis revocavimus prænotatis. Pro firmo sciturus quod in tractatibus nostris sic tibi fraterne providebimus, quod si nostris consiliis acquiescere volueris, causa tua ad finem bonum, mediante nostro consilio, perducetur. Super quibus tuam amicitiam de nostra intentione plenius informandam, religiosum virum fratrem Ebarhardum, lectorem ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augustini, specialem nostræ curiæ capellanum, tuæ fraternitati transmittimus; quem petimus, super præmissis, celeriter expeditum remitti. Datum Fraunchunfordiæ, etc., anno imperii nostri 'XVII.[1]"

Qualiter Edwardus Ludovico rescripsit, et etiam Episcopis Angliæ.

King Edward's reply to the Emperor of Germany.

Rex autem Angliæ Edwardus Ludovico prædicto rescripsit in hæc verba. "Serenissimo[2] principi domino Lodovico, Dei gratia, Romanorum 'imperatori'[3] semper Augusto, Edwardus, eadem gratia, rex Franciæ et Angliæ et dominus Hiberniæ, salutem, et votivis semper successibus gratulari. Serenitatis vestræ literas reverenter recepimus, inter alia continentes quod 'præclarus'[4] Philippus de Valesio ad tractandam inter nos et ipsum concordiam, dedit vobis, ad requisitionem vestram, suis literis potestatem. Et, si placeret nobis potestatem hujusmodi vobis

[1] 'XXVII.' MS. Harl. 655. The copy of this document, printed in Rymer, is correctly dated: "Dat' Franchinfordiæ XXV. die mensis Junii, anno regni nostri XXVI. imperii vero XIV."

[2] This document is printed from the Rot. Claus. 15 Edw. III. p. 2, m. 34, d., the various readings of Hemingburgh's MSS. being given in foot-notes.

[3] 'imperii,' MSS. of Hemingburgh.

[4] Omitted in MSS.

Edward III. A. D. 1341.

King Edward's reply to the Emperor of Germany.

dare, libenti 'vacaretis animo'[1] ad dictam concordiam reformandam; et quod amicitia inter vos et 'præfatum'[2] Philippum inita, minime nos 'moveret,'[3] nam ex quo, sine scitu et assensu vestro, treugas ac terminos ad tractandum de pace inter nos et dictum Philippum accepimus; dictam amicitiam cum eo de consilio principum vestrorum, quibus visum 'fuerit'[4] quod hoc, salvo honore vestro, possetis facere, contraxistis; vicariatum per vos nobis 'concessum propter hoc revocantes.'[5] Et quidem zelum quem habetis ad faciendam dictam concordiam plurimum commendamus; 'volentes vestræ patere notitiæ quod nos pacem rationabilem habere cum dicto Philippo semper optavimus, et optamus; quam in quantum decuit, sumus cum instantia prosecuti.'[6] Et, revera, votivum nobis foret admodum et acceptum, si posset fieri per tanti mediatoris instantiam pax optata; sed quia scimus jus nostrum in regno Franciæ satis clarum, illud arbitrio dubio non proponimus ducere alicui per literas nostras committendum. Verum, dum attenta meditatione pensamus qualiter vestra consideratio circumspecta, videns patentem nostram justitiam et dicti Philippi duritiam obstinatam et injuriam, nobiscum contra dictum Philippum, vestri gratia, ligam 'fecit,'[7] velut in specialem adoptionis filium de dilectionis exuberantia nos 'admittens,'[8] ut cum pace vestra loquamur, mirari non sufficimus quod præpotens vestra sublimitas, quæ ad laudem bonorum, et vindictam malorum,

---

1 'daretis animo labores et operam,' MSS.

2 Omitted in MSS.

3 'admoveret,' MSS.

4 'fuerat,' MSS.

5 'commissum revocastis,' MSS.

6 Omitted in MSS.

7 'fecistis,' MSS.

8 'admittentes,' MSS.

Edward III. A. D. 1341.

King Edward's reply to the Emperor of Germany.

est divinitus instituta, contra nos dicto Philippo injuriatori nostro notorio se ligavit. Et 'id'[1] quod dicitur, nos sine scitu et assensu vestro cum præfato Philippo treugas et tractatum pacis iniisse, non debuit, consideratis facti circumstantiis, rationabiliter 'vos'[2] movisse; quia dum obsidebamus civitatem Tornacensem oportuit nos eorum sequi consilia qui nobis comitivam et 'auxilium'[3] tunc fecerunt; et 'imminens subita necessitas'[4] ac locorum distantia vestram super hoc consulere celsitudinem minime permiserunt. Immo nobis alias, si recolitis, concessistis quod 'cum'[5] opportunitas arrideret, tractare possemus de pace vobis inconsultis, ita tamen quod sine consensu vestro pacem finalem cum dicto Philippo nullatenus faceremus; quam nunquam facere 'proposueramus,'[6] priusquam vestrum super hoc habuissemus providum consilium et assensum. Sed 'semper'[2] in votis gessimus vobis in omnibus facere quod debuimus juxta vires; sperantes quod 'paternæ'[7] vestræ plenitudo benivolentiæ nos ad tempus benignius supportasset. Videtur etiam aliquibus quod revocatio dicti vicariatus facta fuerat præmature, 'cum'[2] juxta sponsionem super hoc per imperiales apices nobis factam, non debuisset fieri, quousque regnum Franciæ vel majorem partem ejusdem 'pacifice'[2] fuissemus adepti. Præmissa, quæsumus, velit 'innata vobis'[8] nobilitas debite ponderare, et ulterius facere quod debebit; quia, per Dei gratiam, vobis et vestris semper, juxta mensuram impensæ 'vestræ gratam'[9] faciemus

---

[1] 'illud,' MSS.

[2] Omitted in MSS.

[3] 'auxilia,' MSS.

[4] 'hyemis subita vicinitas,' MSS.

[5] 'si,' MSS.

[6] 'proponemus,' MSS.

[7] 'fraternæ,' MSS.

[8] 'vestra,' MSS.

[9] 'nobis benevolentiæ gratis,'

Edward III. A.D. 1342.

pro viribus repensivam. Celsitudini vestræ donet Altissimus votivæ felicitatis 'augmenta.'[1] 'Datum apud Westmonasterium xiv. die Julii.'"[2]

Mortuo Benedicto XII.[3] successit Clemens VI. Hic de abbate ordinis Sancti Benedicti factus est Attrebatensis episcopus, postea successive ad archiepiscopatus Senonensem et Rotomagensem assumptus, demum ad cardinalatum et tandem ad papatum ascendit.

The King's letter to the bishops to set forth a prayer for success.

Scripsit autem Edwardus rex Angliæ episcopis suis sub forma. "Edwardus, Dei gratia rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, etc., salutem. Terribilis in judiciis et inscrutabilis in consilio Rex cœlestis, qui digne flagellat filios quos diligit, ostendit plerumque peccanti populo dura, peccantes propter iniquitates suas humilians, ut sic ad se reversi quærant humilius nomen ejus. Pensantes itaque quantis guerrarum incommodis et adversitatibus nos et subjectus nobis populus, peccatis nostris vel ipsius populi seu utriusque forsitan exigentibus, fuimus a longe retro temporibus et adhuc sumus, immaniter lacessiti, ac facultatibus collapsi graviter et exhausti, ac considerantes periculosa discrimina nobis et nostris visibiliter imminentia, nisi divina providentia clementius respexerit nos ex alto, in tanta tribulatione malorum et dolore dum nostrum conspicimus imperfectum, divinam 'contemplamur'[4] omnipotentiam, sperantes, quod justus

MS. Coll. Magd.; 'nobis benevolentiæ,' MS. Cott. Nero D. ii.

[1] 'augmentum,' MSS.

[2] 'Datum Londoniis anno regni nostri Franciæ secundo, regni vero nostri Angliæ quinto decimo,' MS. Coll. Magd.; 'Datum Londoniis anno regni nostri xv.,' MS. Cott. Nero D. ii.

[3] Pope Benedict XII. died on the 25th of April, 1342. Peter Roger, Archbishop of Rouen and a Cardinal, who succeeded by the title of Clement VI., was elected on the 7th of May, 1342, and crowned the 19th of the same month.

[4] Amended from MS. Harl. 655; MSS. read 'contemplantes.'

Edward III. A.D. 1342.

The King's letter to the bishops to set forth a prayer for success.

judex, verax Deus, benigne respiciet causæ nostræ veritatem et justitiam, et humiliabit calumniatorem, et sic sub miserationis divinæ fiducia, rem aggredientes arduam, passagium nostrum versus partes Flandriæ ordinavimus validum et festinum, et alium exercitum versus partes Scotiæ duximus transmittendum, ut sic per Dei gratiam comminatis nobis occurramus periculis, et fidelibus nostris post magnam, quam passi sunt, inquietudinem quietis pulchritudinem præparemus. Cum ergo constituti sitis pro hominibus a Domino ut offeratis dona et sacrificia pro peccatis, attendite, quæsumus, prædicta, nedum nostra sed publica pericula, preces pro felici progressu nostro fundentes Altissimo, supplentes vices Moysi, ut nos et nostri possimus adversariis in vestrarum erectione manuum prævalere, et ut augmentum gratiæ nobis multiplicatis intercessoribus largiatur, faciatis per vestras civitates et dioeceses pro nobis missas celebrari, prædicationes et processiones fieri, et alia piæ placationis officia misericorditer exerceri, ut Deus misericordiarum super nos et exercitus nostros manum suæ benedictionis extendat, et actus nostros in beneplacito suo sic dirigat, ut sibi cedant ad laudem, nobis ad meritum, et subjectis nobis fidelibus commodum et quietem. Datum

Monday, Aug. 12.

'apud Turrim nostram Londoniæ XII. die Augusti,'[1] anno regni nostri Angliæ XVI., regni vero nostri Franciæ III."

Revocatio Sententiarum et Pœnarum quas incurrerunt Prælati, qui Scholares ad Studia non miserunt.

"Clemens episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacrosancta Romana

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

Edward III. A. D. 1342.

Bull of Pope Clement revoking a bull of his predecessor, Benedict XII.

ecclesia, de cunctorum fidelium cura sollicita, circa animarum salutem sedulo vigilat et intendit ac salubriter obviat periculis animarum eorundem, et super hiis ex quibus ipsa pericula prospicit provenire, opportunis remediis studet salubriter et utiliter prævenire. Dudum siquidem felicis recordationis Benedictus papa XII. prædecessor noster, pro statu et reformatione religionis Nigrorum Monachorum, nonnulla statuta et ordinationes edidit, quæ mandavit et voluit in eadem religione perpetuis futuris temporibus observari, in transgressores eorum diversas sententias variasque pœnas spirituales nihilominus promulgando. Verum quia, sicut 'habetur'[1] multorum prælatorum et aliorum professorum fidedignorum et proborum virorum religionis ejusdem, zelantium statum ejus prosperum et tranquillum, expositio facta nobis, et experientia facti docet, hujusmodi pœnæ et sententiæ periculosæ nimium fore dignoscuntur et frequenter præparant laqueum animabus: cum multi prælati et eorum subditi religionis ejusdem asserantur excommunicationum, suspensionum et interdictorum sententias, necnon inhabilitatum et irregularitatum maculas, aliasque pœnas, propter transgressionem statutorum et ordinationum hujusmodi incurrisse; prædicti et nonnulli abbates et quamplures alii ejusdem religionis professores, in nostra præsentia personaliter propter ea constituti, nobis humiliter supplicarunt ut suo et aliarum personarum religionis ejusdem statui, et animarum saluti in hac parte de opportuno providere remedio dignaremur. Nos igitur, personarum dictæ religionis, cujus etiam nos alumni et professores existimus, animarum

[1] Sic MSS. ? 'habet.'

Edward III. A.D. 1342.

Bull of Pope Clement.

saluti affectu paterno consulere et animarum obviare periculis in futurum salubriter intendentes; considerantes etiam quod nedum exaggeratione pœnarum quinimmo immansuetudine et dulcedine lenitatis subditi in viam rectitudinis et justitiæ diriguntur, omnes et singulas pœnas et sententias, spirituales et temporales, in ordinationibus et statutis contentas, apostolica auctoritate præsentium tenore suspendimus. Omnes qui temporales pœnas quas prælati et personæ prædicti per ordinationes et statuta nobis, ut præmittitur, constitutos, ac petentes a nobis ab eisdem sententiis, si quas, occasione transgressionis statutorum et ordinationum hujusmodi, quomodolibet incurrerint, humiliter se absolvi, a sententiis absolvimus memoratis, cum prælatis et personis prædictis, præsentibus, ut præmittitur, nobis etiam super irregularitatis macula et inhabilitate, si qua pro eo quia sic ligati prædictis sententiis præsumpserunt celebrare divina, vel se immiscere eisdem, seu pœnam alias, occasione transgressionis statutorum ipsorum quomodolibet incurrerunt misericorditer dispensantes, et nihilominus confessoribus quos abbates et prælati prædicti absentes religionis ejusdem, qui pœnas et sententias statutorum et ordinationum hujusmodi per transgressionem eorum incurrerunt, elegerunt in hac parte, ipsos abbates et prælatos, a pœnis et sententiis hujusmodi auctoritate apostolica, juxta formam ecclesiæ, absolvendi, et cum eis super irregularitate et inhabilitatibus, præmissorum occasione contractis, auctoritate prædicta dispensandi, et tam eisdem, ligatis prædictis sententiis atque pœnis, post absolutionem hujusmodi, quam aliis abbatibus et prælatis dictæ religionis, præfatis pœnis et sen-

tentiis non ligatis, ex nunc universos et singulos eorum subditos ab omnibus pœnis et sententiis quas per constitutiones et statuta hujusmodi incurrisse noscuntur, auctoritate prædicta absolvendi, et cum ipsis subditis super irregularitate et inhabilitatibus, si quas ex præmissis vel eorum occasione, forsitan contraxerunt, auctoritate prædicta modo simili dispensandi, injunctis eis salutari pœnitentia, et aliis quæ viderint expedire, plenam et liberam, tenore præsentium, concedimus potestatem. Nulli ergo omnino homini, etc. Datum Avinione kalendas 'Junii,'[1] pontificatus nostri anno primo."

Edward III. A. D. 1342. Bull of Pope Clement.

June 1.

De Treugis inter Reges Angliæ et Franciæ initis.

Hoc anno inita est treuga inter reges Franciæ et Angliæ, 'mediantibus duobus cardinalibus,'[2] in hunc modum,[3] videlicet quod super omnimodis controversiis et dissensionibus mitterentur ad curiam Romanam aliqui de sanguine regum dictorum nobiles et alii habentes potestatem concordiam ordinandi, affirmandi, et roborandi super causis 'a'[4] partibus ostensis, secundum tractatum domini papæ et nobilium prædictorum. Et poterunt partes proponere et dicere rationes suas coram domino papa, non tamen ad finem dissensionis et dandi sententiam, sed pro facienda pace meliore et tractatu. Item, quod antedicti nobiles qui ad curiam mitterentur Romanam, sint in curia citra festum Sancti Johannis Baptistæ proximo futurum, negotiaque præfata, Domini mediante suffragio, summi

A. D. 1343. Truce between England and France, Sunday, Jan. 19.

[1] 'Julii,' MS. Cott. Nero D. ii.

[2] Supplied from MS. Harl. 655.

[3] This treaty, in its original French form, will be found in Avesbury, p. 102.

[4] Amended from MS. Harl. 655; MSS. read 'et.'

Edward III. A.D. 1343.

Truce between England and France.

necnon pontificis instantia, citra festum Natalis Domini, etiam de assensu dictorum nobilium, termino illo nullatenus prolongato, maneant expedita. Si vero dominus papa impeditus fuerit, vel pacem et concordiam inter reges præfatos reformare non poterit, treugæ nihilominus usque ad terminum infra positum perseverent, et firmiter ab omnibus conserventur. Ad finem quoque illum quod negotia supradicta meliorem plenioremque sortiantur effectum, concedantur treugæ usque ad festum Sancti Michaelis in mense Septembri proximo futurum, et a festo illo usque ad finem trium annorum proximo sequentium, inter prædictos reges Angliæ et Franciæ, regemque Scotiæ, comitem Hanoniæ, duces Brabantiæ et 'Gerliæ,'[1] Marchionem de Gillers, dominum Johannem de Hanonia, et gentem Flandriæ, omnesque eis adhærentes in omnibus terris eorundem, a tempore datæ treugarum præsentium per totum tempus supradictum. Insuper rex Scotiæ, comes Hanoniæ, et dictis regibus cæteri nobiles alligati, mittant nuncios suos ad curiam præfatam cum potestate consentiendi et affirmandi, secundum tractatum coram domino papa habiturum, in quantum eos attinet, citra festum Sancti Johannis prænominatum. Si vero dictorum nobilium aliqui nuncios, ut præmittitur, ad curiam Romanam mittere non curaverint, negotia supradicta nequaquam ob hoc maneant prolongata. Conserventur quoque prædictæ treugæ in Britannia inter reges supradictos et eis adhærentes, quanquam in ducatu illo jus se dixerint possidere: durante vero treuga, civitas Vanetensis in manibus cardinalium nomine domini papæ detineatur, elapsisque treugis de urbe illa suam

[1] 'Gerls,' MS. Cotton. Nero D. ii.

Edward III. A.D. 1343.

Truce between England and France.

faciant voluntatem. Cardinales insuper partes suas diligenter apponant pro absolutione Flandrensium, et sententiis quas incurrerunt amovendis, et quod via bona et rationabilis inveniatur curiose vices suas interponant. Comes Flandriæ sicut dominus durante treuga remaneat in Flandria, ita tamen quod hoc fiat de assensu populi Flandriæ. Si vero aliqui in Vasconia vel alibi, durante treuga, vicinis suis vel inimicis partis adversæ guerram suscitent, dicti reges nec per se nec per alios, directe vel indirecte, se nullatenus intromittant, nec ob hoc treugæ violatæ sint nec infectæ. Dicti vero reges partes suas diligenter sine fraude apponant, ne unius partis subditi, durante treuga, parti alteri in Vasconia et Britannia guerram moveant quoquo modo: nec 'aliquis'[1] uni parti adhærens, pendente treuga, parti alteri fœdus inire sive amicitiam 'permittatur:'[2] nec detur vel promittatur quicquam, durante treuga, directe vel indirecte pro guerra suscitanda, et tam per terram quam per mare treugæ firmiter ab omnibus sint conservatæ; in Vasconia vero et in Flandria infra quindecim dies, in Anglia et Scotia infra quadraginta dies treugæ maneant proclamatæ. Omnes captivi partis utriusque a Dominica ante festum Sancti Vincentii proximo præterita usque ad diem præsentem de carceribus libere ejiciantur, bona rapta reddantur, et liberi, prout ratio exigit, dimittantur. Nulla nocumenta, 'vel'[3] invasiones, durante treuga inter partes in præjudicium treugæ fiant vel despectum. Dicti quoque reges et eis adhærentes, durante treuga, in tali

[1] Amended from MS. Harl. 655; MSS. read 'aliqui.'

[2] Amended from MS. Harl. 655; MSS. read 'permittantur.'

[3] Supplied from MS. Harl. 655.

Edward III. A.D. 1343.

Truce between England and France.

remaneant possessione et seisina, qua hodie persistunt in omnibus bonis, terris, et possessionibus quas detinent vel adquisierunt quoquomodo: et secure de una terra in alteram ibunt et redibunt omnes mercatores cum mercibus suis, et cæteri singuli fideles tam per terram quam per mare et aquas, consuetis tamen in regno persolutis, ita libere veniant et secure sicut tempore prædecessorum dictorum regum ire solebant et redire, exceptis bannitis dictorum regnorum pro aliis causis et pro guerris regum supradictorum; sed barones Vasconiæ et cæteri de ducatu eodem banniti in dicta treuga continentur, et ire et redire poterunt durante treuga sæpedicta; banniti vero et fugitivi patriæ Flandrensis, qui fuerunt ex parte regis Franciæ, durante treuga Flandriam intrare non poterunt nec venire. Dictæ quoque treugæ continebunt et comprehendent Hispanos, Cathalanos, Januenses, Provinciales, episcopum Cameracensem, et capitulum Cameracum, castra pagi Cameracensis, dominum de Bret, vicecomitem de Fronsak, dominum de Tynbon, dominum Johannem de Vermyn, dominum de Roya; dominus vero Odo dux Burgundiæ, dominus Petrus dux de Bourboun, in animam domini Philippi regis Franciæ, et dominus Henricus de Lancastria, dominus Willelmus de Boun, dominus Willelmus de Monte-acuto, 'comites,'[1] in animam domini regis Angliæ Edwardi, secundum mandatum eis per reges sæpefatos factum, tactis sacrosanctis evangeliis, juramentum præstiterunt corporale. Datum in prioratu Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Maletrete, ordinis Sancti Benedicti, diœcesis Vanetensis, nonodecimo die Januarii, anno Domini M.CCCXLII.

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

Qualiter Magnates Angliæ scripserunt Papæ contra Provisores sive Impetrantes in Curia Dignitates vel Præbendas.

Edward III. A.D. 1343.

The Barons' letter to the Pope against Provisors. Sunday, May 18.

"Sanctissimo[1] in Christo patri domino Clementi, divina providentia, sanctæ Romanæ et universalis ecclesiæ summo pontifici, sui humiles filii et devoti principes, duces, comites, barones, milites, cives, burgenses, et tota communitas regni Angliæ in parliamento apud Westmonasterium in quindena Paschæ proximo præterita congregati pariter adunati, devota pedum oscula beatorum cum omni reverentia et humilitate. Sanctissime pater, discretio sancta, regimen et æquitas, quæ in vobis ostensa sunt, et in prælato tam excellenti et sancto, totius matris ecclesiæ capite, regnare debent, per quem etiam sancta ecclesia populusque Dei velut sole illustrantur, nobis spem firmam conferunt, quod petitiones justæ, ad honorem Dei sanctæque ecclesiæ, sanctitati vestræ monstratæ, gratiose a vobis erunt auscultatæ; iniquitates omnes et errores cum fructuosa expeditione et remedio, gratia Sancti Spiritus qui ad statum tam excellentem vos eligere dignatus est et acceptare, abjecti protinus et expulsi. Quocirca, pater sanctissime, nos omnes et singuli cum plena deliberatione et assensu communi, sanctitati vestræ humiliter notificamus quod illustres reges Angliæ et progenitores nostri et antecessores simul et nos, secundum gratiam Sancti Spiritus illis et nobis collatam devote ordinarunt, fundarunt, et dotarunt, ordinavimus, fundavimus, et dotavimus infra regnum Angliæ ecclesias cathedrales,

[1] A French form of this letter is given in Avesbury, 110.

Edward III. A.D. 1343.

The Barons' letter to the Pope against Provisors.

collegiatas, abbatias, et prioratus, aliasque domos religiosas, prælatos et rectores dictis locis assignantes. Terræ quoque, possessiones, patrimonia, libertates, advocationes, patronatus, dignitates, præbendæ, officia, ecclesiæ, aliaque diversa beneficia, ad finem illum et intentionem illis assignata sunt locis, quod cura et regimen dictorum beneficiorum talibus forent collata, per quos servitium divinum fidesque Christiana essent honorata, ampliata, et decorata, hospitalitates et eleemosinæ factæ, ædificia honeste conservata, preces devote pro fundatoribus fusæ, parochiani pauperes confortati et adjuti, et ab illis qui curam habent in idiomate proprio in confessionibus et aliis plene instructi et informati. Et quia, sanctissime pater, errorum notitiam et personarum defectus partibus tam remotis, nisi informati plenius fueritis et instructi, commode habere non potestis; nos, plenam et certam notitiam errorum et defectuum conditionumque personarum, experimento perspicati possidentes, sanctitati vestræ significamus quod propter diversas reservationes, provisiones, et collationes, per prædecessores vestros summos pontifices, vestroque tempore per vos, pater sanctissime, largius solito factas, tam diversis personis nationum diversarum, aliquibusque inimicis nostris, notitiam linguæ Anglicanæ non habentibus, quam 'aliis'[1] insufficientibus et minus idoneis, pericula et calamitates animæ consequuntur, servitium divinum annihilatur, eleemosinæ subtrahuntur, hospitalitates pereunt, ecclesiæ et ædificia ruinam minantur, caritas restringitur, cura et regimen animarum evanescit, devotio populi minoratur, honestæ regni personæ et sufficientes, promotione congrua carentes, scholas relinquunt, thesauri

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

regni, contra fundatorum intentionem, asportati sunt. Quos quidem errores et defectus ac scandala, pater sanctissime, pati non possumus, nec etiam debemus; et ideo humiliter sanctitatem vestram requirimus quatinus, prædictis diligenter consideratis, placeat excellentiæ vestræ tales reservationes, provisiones, et collationes exintegro revocare, et quod amplius non fiant ordinare; pro malisque quæ ex causis præmissis emergere poterunt, in futurum remedium apponere opportunum: et quod beneficia, ædificia, et libertates, cum pertinentiis, ad honorem Dei per personas dicti regni Angliæ regi possint et defendi et amodo gubernari. Insuper sanctitati vestræ placeat intentionem vestram super petitione nostra sine morosa dilatione nobis per literas vestras sanctas significare, intelligentes pro certo quod negligere non intendimus quin labores nostros et operam in causis supradictis pro remedio opportuno et correctione debita faciendis celeriter apponamus. In quorum testimonium literis istis patentibus sigilla nostra apposuimus. Datum in pleno parliamento apud Westmonasterium octodecimo die Maii, anno gratiæ M.CCCXLIII." Edward III. A.D. 1343. The Barons' letter to the Pope against Provisors.

Qualiter Rex Angliæ scripsit Papæ pro eodem Negotio.

"Sanctissimo in Christo patri domino Clementi, divina providentia sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo pontifici, Edwardus, eadem gratia, rex Angliæ et Franciæ et dominus Hiberniæ, devota pedum oscula beatorum. Pensata sedis apostolicæ clementia, quæ de fomento devotionis Christi fideliūm et animarum salute, solet esse summe sollicita, non quærens quæ sunt sua sed quæ sunt potius Jesu Christi, tenet probabiliter The King's letter to the Pope against Provisors, Friday, Sept. 26.

Edward III. A.D. 1343.

The King's letter to the Pope against Provisors.

nostra fiducia, quod vestra maturitas in specula celsitudinis apostolicæ, præclaritate meritorum et scientiæ divinitus jam erecta, ea quæ decus ecclesiæ et devotionem plebis attenuant, ac animarum et rerum pericula comminantur, curabit misericorditer reformare. In publicam autem non ambigimus notitiam pervenisse, qualiter ab exordio nascentis ecclesiæ in regno nostro Angliæ, progenitorum nostrorum regum Angliæ, et procerum ac fidelium dicti regni, digne recolenda, prioritas propter divini cultus augmentum construxit ecclesias, et ipsas amplius dotavit possessionibus, privilegiis communivit, et ponens in eis ministros idoneos, qui fidem catholicam in subjectis sibi linguis et populis fideliter propagarunt, per quorum curam et sollicitudinem vinea Domini Sabaoth in cultu et fructu ibidem mirifice fecundavit; sed quod dolendum est, ipsius vineæ propagines degenerantur in labruscas, et exterminant illam apri de silva, singularesque feræ depascunt eam, dum impositiones et provisiones sedis apostolicæ, quæ solito gravius invalescunt, ipsius peculium contra piam voluntatem et ordinationem donatorum manus occupant indignorum, et præsertim exterorum, et ejus dignitates et beneficia pinguia personis conferuntur indignis ac alienigenis, plerumque nobis suspectis, qui non resident in dictis beneficiis, et vultus commissorum eis pecorum non agnoscunt, linguam non intelligunt, sed animarum cura neglecta, velut mercenarii solummodo temporalia lucra quærunt, et sic diminuitur Christi cultus, animarum cura negligitur, subtrahitur hospitalitas, ecclesiarum jura depereunt, ruunt ædificia clericorum, attenuatur devotio populi, clerici dicti regni, viri magnæ literaturæ et conversationis honestæ,

Edward III. A. D. 1343.

The King's letter to the Pope against Provisors.

qui curam et regimen possent salubriter peragere, et forent pro nostris et publicis consiliis opportuni, studium deserunt propter promotionis congruæ spem ablatam, quæ divinæ scimus non esse placita voluntati. Quinimmo grave nostrum et fidelium nostrorum versatur in præjudicium et inæstimabile periculum, nisi super hoc citius et consultius caveamus. Nam jus patronatus, quod nos et fideles nostri in talibus obtinemus beneficiis, enervatur; curia nostra, in qua duntaxat causæ super jure patronatus dictorum beneficiorum tractari debent, deluditur; et sic jura coronæ nostræ tam probrose quam damnose depereunt, et regni thesaurus ad extraneos, ne dicamus nostros malivolos, asportatur, subtili forsitan conjectura, et regni depresso sacerdotio, et 'ejus'[1] exhausto thesauro, redditur regnum debile in adversis, quæ singula et alia quæ ex præmissis sequuntur incommoda, fuerunt coram nobis in parliamento nostro generali per communitatem dicti regni palam exposita, unanimi et ferventi petitione subjuncta, ut prædictis dispendiis quæ prædictæ communitati videntur intolerabilia, celeriter occurramus. Nos autem Anglicanæ depressionem ecclesiæ et exhæredationem coronæ regiæ, ac mala prædicta quæ dissimulata diutius adjicerent verisimiliter graviora, patulo cernentes intuitu, ad vos successorem apostolorum principis, qui ad pascendum non ad tondendum oves Dominicas, ac ad confirmandos non ad deprimendos fratres suos mandatum a Christo suscepit, ista deferimus votivis affectibus supplicantes, quatinus præmissis debite ponderatis, ac considerato quod

---

[1] 'ærarii,' MS. Coll. Magd.

Edward III. A.D. 1343.

The King's letter to the Pope against Provisors.

de jure creandi sunt de vico populi magistratus, et juxta dictum prophetæ, dandi sunt de sedentis loco populi munitores, quod per beatos apostolos legitur esse factum, dum gentibus viros linguarum suarum habentes notitiam transmiserunt; pensata etiam devotionis plenitudine, qua domus nostra regia, et clerus et populus dicti regni perstiterunt hactenus in obedientiam dictæ sedis, propter quod non haberet paternus affectus eis onera et gravamina cumulare, velitis, ut pater filiis thesaurizans, alleviare dictarum impositionum et provisionum ac onerum, jam per sedem apostolicam invalescentium, gravitatem, permittentes ulterius ut patroni patronatus sui solatium non amittant, ecclesiæque cathedrales et aliæ dicti regni liberas electiones et earum effectum habeant, quas quidem ecclesias dicti progenitores nostri dudum in singulis vacationibus earundem personis idoneis jure suo regio libere conferebant, et postmodum ad rogatum et instantiam dictæ sedis, sub certis modis et conditionibus concesserunt, quod electiones fierent in dictis ecclesiis per capitula earundem, quæ 'concessio fuit per sedem apostolicam ex certa scientia confirmata. Sed contra formam concessionis et confirmationis prædictarum, dicta sedes per reservationes et provisiones'[1] suas dictis capitulis electiones adimit supradictas, et nobis jus et prærogativam, quæ juxta formam dictæ concessionis, nobis competunt in hac parte, propter quod, juxta legem dicti regni nostri, ex quo lex in concessione posita non servatur, concessio resolvitur et res statum revertitur in primævum. Super præmissis itaque dignetur quæsumus vestra

[1] Supplied from Walsingham.

benignitas, ad honorem Dei et salutem animarum, necnon ad tollenda scandala, præjudicia prælibata, festinum et salubre temperamentum apponere, ut nos et nostri personam vestram sanctissimam et sanctam Romanam ecclesiam revereri cupimus ut debemus, cessantibus dictis malis intolerabilibus, in paternæ vestræ dilectionis dulcedine quiescamus, revirescatque vestra devotio per ostensam nobis piæ moderationis vestræ clementiam recreata. Conservet vos Altissimus ad regimen ecclesiæ suæ sanctæ per tempora prospera et longæva. Datum apud Westmonasterium xxvi. die Septembris anno regni nostri Franciæ quarto, regni vero nostri Angliæ decimo septimo."

Edward III. A. D. 1343.

The King's letter to the Pope against Provisors.

Commissio Nunciorum ad Curiam Romanam transmissorum; et qualiter Rex scripsit Delegatis ac Notariis Gratiarum Domini Papæ, et Vicecomitibus suis.

"Universis[1] præsentes literas inspecturis, Edwardus 'etc.'[2] salutem. Noveritis quod cum, ob reverentiam sanctissimi in Christo patris domini Clementis, divina providentia, papæ VI. et sedis apostolicæ legatorum, et ad laboriosam instantiam reverendorum patrum P. Penestrinus et A. Tusculanus episcoporum, ad nos nuper dum eramus in Britannia pro reformatione pacis inter nos et consanguineum nostrum Philippum de Valesio, per dictum

Commission of the ambassadors sent to Rome, Tuesday, May 20.

[1] A slightly different form of this document is entered on the Rot. Franc. 17 Edw. III. m. 12, in Turr. Lond. (Rymer, Fœdera, ii. 1224.) It has been collated with the copy preserved by Hemingburgh, and is the source of several valuable emendations.

[2] 'Dei gratia, rex Franciæ et Angliæ et dominus Hiberniæ,' Rot.

Edward III
A D. 1343.

Commission of the ambassadors sent to Rome.

summum pontificem specialiter transmissorum, quædam treuga inter nos et dictum Philippum sub certa forma inita sit et formata, et etiam inter alia concordatum quod 'citra'[1] festum Sancti Johannis Baptistæ proximo futurum, mittantur ex utraque parte ad curiam Romanam solemnes nuncii cum potestate sufficienti ad tractandum coram dicto domino summo pontifice, non ut papa vel ut judice, sed ut persona privata et amico communi, de pace et finali concordia inter nos et dictum Philippum per Dei gratiam reformanda; Nos volentes ea quæ in hac parte condicta fuerant ac promissa, quatenus ad nos attinet, observare, ac de fidelitate et circumspectione provida venerabilis in Christo patris etc. ac dilectorum et fidelium nostrorum 'etc.'[2] plenam fiduciam obtinentes, ipsos, sex, quinque, quatuor et tres eorum nuncios et procuratores nostros facimus et constituimus speciales; dantes et concedentes eisdem sex, quinque, quatuor et tribus eorum plenam potestatem et mandatum speciale ad tractandum coram dicto summo pontifice, non ut judice sed ut privata persona et amico communi, non in forma nec in figura judicii sed extra judicium amicabiliter cum procuratoribus partis adversæ super jure quod habemus vel habere poterimus in regno et ad regnum et coronam Franciæ; necnon super quibusdam dominiis, et dignitatibus, et honoribus, terris, possessionibus, et juribus ad nos quocunque jure vel colore et titulo pertinentibus, de quibus inter nos et dictum Philippum dissensionis vel controversiæ materia est suborta, vel poterit suboriri.

---

[1] Amended from Rot.; MSS. read 'circa.'

[2] 'Hugonis le Despenser domini de Glamorgan consanguinei nostri, Radulphi de Stafford baronis, magistri Willelmi de Norwico decani Lincolniensis, Willelmi Trussell militis, et magistri Andreæ de Offord juris civilis professoris,' Rot.

Edward III. A. D. 1343.

Commission of the ambassadors sent to Rome.

Ac etiam insuper universis et singulis quæstionibus, querelis, controversiis, arrestiis, demandis, et debatis, actionibus realibus, personalibus atque mixtis, ac litibus et processibus super hiis dependentibus, quæ mutuo competunt vel competere poterunt, necnon super omnimodis damnis et injuriis, hinc inde tam in terra quam in mari datis et illatis, et expensis, interesse, quæ exigi poterunt hinc inde; et generaliter super omnibus dissensionibus, et guerrarum commotionibus, inter nos et ipsum exortis; et tam super prædicto regno, et jure nobis ad dictum regnum et coronam Franciæ competentibus quam prædictis aliis universis et singulis concordandum, pacificandum, componendum, et pacem perpetuam et finalem concordiam ineundum. 'Et'[1] quæ sic contracta, concordata, pacta, composita, transacta 'et inita'[2] fuerint, quacunque securitate firmandum, ac securitatem quæ nobis fieri debeat in hac parte stipulandum et recipiendum; et omnia alia et singula faciendum et exercendum, quæ in præmissis 'et circa ea'[3] necessaria vel opportuna fuerint, etiam si mandatum exigant speciale. Promittentes pro nobis et hæredibus nostris nos ratum et gratum habituri quicquid per dictos nostros procuratores et nuncios sex, quinque, quatuor et tres eorum, actum vel gestum fuerit in præmissis et quolibet præmissorum. In cujus rei, etc. 'Datum etc. anno regni nostri Angliæ XVII., regni vero nostri Franciæ IV.'"[4] Scripsit autem rex Angliæ delegatis ac notariis gratiarum domini papæ et vicecomitibus suis, sub hac forma.

---

[1] Amended from Rot.; 'Ea,' MSS.

[2] Supplied from MS. Harl. 655.

[3] Supplied from Rot. and MS. Harl. 655.

[4] 'Datum apud Westmonasterium xx. die Maii,' Rot.

Edward III. A. D. 1343.

The King's letter to the Provisors against presenting foreigners to ecclesiastical preferments.

"Edwardus, etc. delegatis, subdelegatis, executoribus, subexecutoribus gratiarum, personis alienigenis de beneficiis ecclesiasticis regni nostri Angliæ, vacantibus vel vacaturis, per sedem apostolicam concessarum, ac ipsis alienigenis et procuratoribus ac nunciis et eorum substitutis ac notariis publicis et omnibus fidelibus suis, salutem. Quia provisiones 'factæ'[1] per sedem apostolicam excessivius solito personis alienigenis, de beneficiis ecclesiasticis regni nostri Angliæ hiis diebus, nedum in depauperationem dicti regni et diminutionem divini cultus ibidem, sed in nostri et juris coronæ nostræ regiæ intolerabile præjudicium, et exhæredationis nostri et subditorum nostrorum periculum manifestum, ac diminutionem et enervationem juris patronatus et advocationis, ad nos et fideles nostros in hac parte spectantium, cedere dignoscuntur, ex quibus, nisi Deus avertat, gravia timeri possunt discrimina provenire; nos ad instantissimam requisitionem communitatis dicti regni nostri in parliamento nostro apud Westmonasterium in quindena Paschæ ultimo præterita convocato nobis factam, de consilio et assensu comitum, baronum, justitiariorum, et aliorum fidelium nostrorum, ibidem tunc existentium, volentes tantis periculis occurrere, et conatus eorum qui advocationes et jura coronæ nostræ regiæ nituntur præripere, pro viribus, ut constat, refrænare, vobis super omni quod nobis forisfacere poteritis prohibemus, ne vos delegati, subdelegati, executores, subexecutores hujusmodi gratias per vos vel alios exequamini, nec vos alienigenæ, procuratores, substituti, et nuncii, ipsas gratias prosequamini, ne vos notarii super ipsis gratiis, vel

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

Edward III. A. D. 1343.

aliquibus factis, ipsas provisiones seu processum earum concernentibus, instrumenta publica vel prothocolla faciatis, nec vos alii fideles nostri dictis alienigenis vel eorum procuratoribus, nunciis aut eorum substitutis, delegatis, subdelegatis, executoribus, subexecutoribus notariis in hac parte pareatis, vel aliquatenus intendatis. Nec vos vel vestrum aliquis quicquam in hac parte faciatis, vel attemptetis per vos vel alios publice vel occulte, quod in præjudicium dignitatis et juris nostri regii, ac enervationem et diminutionem juris, patronatus et advocationis, nobis et fidelibus nostris competentium, possit aliqualiter redundare. Teste, etc. anno ut supra." Scripsit quoque rex vicecomitibus sub hiis verbis: "Rex vic., etc. Præcipimus tibi, firmiter injungentes, quod in singulis locis infra ballivam tuam, ubi expedire videris, publice proclamari et ex parte nostra firmiter inhiberi, facias, ne quis cujuscunque status seu conditionis fuerit, sub gravi forisfactura nostra infra regnum nostrum Angliæ deferat literas, bullas, processus, seu instrumenta aliqua, nobis seu populo nostro præjudicialia, seu quicquam aliud quod in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, seu dicti populi nostri præjudicium cedere valeat, archiepiscopis, episcopis, etc. in regno nostro Angliæ liberanda; et quod nullus ea aliquo modo sine mandato nostro speciali, sub forisfactura prædicta recipere præsumat, et omnes quos contra proclamationem et inhibitionem prædictas, 'literas,'[1] bullas, processus, seu instrumenta aliqua, nobis seu populo nostro præjudicialia, seu quicquam aliud quod in nostri seu populi nostri præjudicium cedere valeat deferentes inveneritis, ea ab ipsis, capias et corpora hujusmodi deferentium

The King's letter to the sheriffs against the bringing in of bulls and processes detrimental to the prerogative of the crown.

[1] Supplied from Rot.

Edward III. A. D. 1343.

capi et arrestari et in prisonis nostris salvo custodiri facias, donec aliud inde præcepimus, etc. Teste, etc."

Qualiter Papa scripsit Regi, quia Nuncios ad Curiam non misit.

A. D. 1345. Bull of Pope Clement VI. touching the peace with France.

Clemens episcopus, etc., carissimo in Christo filio Edwardo regi Angliæ, etc. Serenitatis tuæ regiæ literas, nobis per dilectos filios Michaelem de Northburgh canonicum Lichfeldensem, et nobilem virum Nigellum de Loring militem, nuncios regios, præsentatas, per quas inter cætera te, fili carissime, excusabas quia dilectos filios nobiles viros Henricum de Lancastria comitem Derby, et Bartholomæum de Burgharsh, prout alias ordinatum extiterat, ad nostram præsentiam non mittebas, benignitate recepimus consueta; et intellectis plenius quæ continebantur in eis, et illis, nihilominus quæ prædicti nuncii, præsentibus venerabilibus fratre nostro Willelmo episcopo Norwicensi, et dilecto filio magistro Johanne de Offord decano ecclesiæ Lincolniensis, nobis super causis quæ te ad desistendum a missione nunciorum ipsorum movebant, ex parte tuæ celsitudinis exponere curaverunt, satis de hujus tui mutatione propositi fuimus admirati, considerantes causas ipsas per prædictos nuncios expositas, non sic existere, si in libra recti deducantur judicii, efficaces, quod attentis hiis quæ, ut regalis novit excellentia, tractata fuerant a priori laudabili proposito te retrahere debuissent. Profecto, fili dilectissime, quanto nobis, qui regis pacifici vices in terris licet immeriti gerimus, inter cunctos fideles omni tempore debet existere pax acceptata, tanto e contrario discordia inter illos, præsertim

Edward III. A.D. 1345.

Bull of Pope Clement VI. touching the peace with France.

ex quorum discidio animarum pericula, 'personarum'[1] strages et excidia, ac bonorum dispendia innumerabilia, necessario proveniunt, est proculdubio displicibilis et exosa, maxime temporibus istis quibus contra Turcos in transmarinis partibus constitutos persecutores et blasphemos Christiani nominis, qui fideles illarum partium, sine sexus et ætatis delectu, crudeliter in nostri Creatoris contumeliam et totius Christianitatis opprobrium opprimunt, et eorum sitientes sanguinem in ipsos inhumaniter ferali rabie debacchantur, et quamplures zelo fidei et piæ devotionis affectu accensi, se ad repellendam dictorum infidelium proterviam, et confortandam ac corroborandam fidelium impotentiam, viriliter et utiliter accingebant, qui occasione guerræ si eam inter te et carissimum in Christo filium nostrum Philippum regem Franciæ illustrem, moveri, quod absit, contigerit, non sine magno Christianitatis dispendio et animarum periculo, ut verisimiliter æstimatur, a tam utili et Deo grato proposito retrahantur. Ideoque diligentius attendentes quod ex parte mutua præter alia varia commoda, Christi negotium promoveri posset felicius, et ex guerra prædicta periculosius impediri, nos vias omnes per quas ad pacem quomodolibet pervenire poterat perquirentes, post labores diversos quos voluntarie multis aliis negotiis arduis prætermissis, ut pax inter te, fili carissime, et prædictum regem Franciæ posset haberi, duximus subeundos, ad hoc nos offerebamus paratos si præfati comes et Bartholomæus de intentione tua sicut scripseramus et condictum fuerat instructi venissent, non parcentes laboribus et sumptibus, nec calores vel frigora, seu passiones alias temporis formi-

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

Edward III. A.D. 1345.

Bull of Pope Clement VI. touching the peace with France.

dantes amore tam fructuosæ pacis, tam Deo placabilis, et nedum utilis sed necessariæ prædicto negotio transmarino, totis viribus fideliter et sedule laborare. Quocirca magnificentiam regiam plenis deprecamur affectibus, et rogamus attente quatinus hiis et contentis in aliis nostris literis dicti negotii transmarini statum plenius describentibus, intellectu pio et benigno collectis et intra claustra tui pectoris diligentius recensitis, non ad guerram ad quam te parare plures asserunt, quod credere non valemus, maxime propter treugas dudum initas juramento, prout celsitudo regia non ignorat, firmatas, adhuc usque ad festum beati Michaelis proximo futurum, et abinde inantea per annum unum continue duraturas, sed potius ad pacem mundo desiderabilem effectualiter te disponas, treugas ipsas quas, prout habet relatus quorundam displicibilis, aliqui de parte tua infringere moliuntur, facias inviolabiliter, sicut decet honestatem regiam, observari; cum et præfatus rex Franciæ cui observationem treugarum ipsarum et quibusdam aliis tractatum prædictum tangentibus, per venerabilem fratrem nostrum Guidonem episcopum Edweñ seriosius scripseramus, nobis rescripsit se velle prædictas treugas servare et quantum in eo erat hucusque inviolabiliter observasse, et quod inibi tu nuncios tuos ad nostram præsentiam destinares, ipse suos mitteret super hiis quæ scripseramus eidem plenius informatos. Cæterum super illa dispensatione quam ne desideratæ pacis obstaculum præbere valeat, et ex aliis certis et rationabilibus causis, de præsenti non concedimus, nos habeat regalis excellentia quæsumus excusatos. Datum Avinione X. kalendas Aprilis, anno III.

Edward III. A. D. 1344.

Monday, Nov. 15. Luis de la Cerda crowned King of the Canary Isles.

Anno Domini M.CCCXLIV., XV. die Novembris, dominus papa fecit unum principem in consistorio publico, ubi maxima fuit populi pressura; et in creatione illius assumpsit pro themate, dicens, "Faciam principem super gentem magnam," et optime prædicavit et prosequebatur materiam, et qualiter ad ipsum pertinuit hujusmodi creatio optime tetigit. Et fuit ille qui creatus fuit unus ex ambassiatoribus regis Franciæ, vocabatur dominus Ludovicus de Hispania,[1] et nominavit ipsum, Principem Fortunæ, sive Insularum Fortunatarum.[2] Et illo die papa fecit magnam solemnitatem, et tenuit magnum festum: et die sequenti princeps ille tenuit festum solenne apud fratres Prædicatores. Factum utique laude dignum fuisset si pacificam possessionem contulisset: sunt enim prædictæ insulæ novem vel decem, et in illis insulis sunt homines qui non sunt Christiani nec Saraceni, sed vivunt sicut bestiæ, et incedunt nudi, et blada ibi crescunt non seminata, et panem suum scindunt cum lapidibus, et cum talibus armis pugnant,[3] quia non habent ferrum, neque cultellos, nec alia arma; et ibi crescunt arbores quæ habent in longitudine CXV. pedes.

---

[1] This was Don Luis, Count of Claramonte, son of Don Alonzo de la Cerda. He was surnamed the Disinherited, from his having been deprived of the kingdom of Castile by his uncle, Sancho IV. This grant of the Canaries was made to him by the Pope, on condition that he would disseminate the Gospel among the natives. Glas, History of the Canary Islands. 1764.

[2] Heylin, in his Cosmography, says that the Pope, to assist Prince Luis in the conquest of the islands, caused levies of soldiers to be made both in France and Italy. Heylin, p. 935, ed. 1703.

[3] According to Glas, the natives dressed in the hides of sheep and goats, and fought with sticks which they called Tezzezes.

Edward III. A. D. 1345.

Qualiter Rex Angliæ declaravit Treugas per Philippum violatas, et ipsum ab Observatione illarum fore immunem.

Tuesday, June 14. Letters Patent of King Edward concerning the infringement of the peace by the French King.

Rex[1] omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. In publicam non ambigimus notitiam devenisse qualiter celebris memoriæ Carolo, rege Franciæ, fratre serenissimæ dominæ Isabellæ, reginæ Angliæ matris nostræ, viam universæ carnis ingresso, dicto regno ad nos, ut ad proximum hæredem masculum dicti regis, tunc in humanis agentis, incommutabiliter devoluto, dominus Philippus de Valesio, filius avunculi dicti regis, et sic ipsum in gradu remotiori consanguinitatis attingens, dictum regnum, dum eramus in annis minoribus constituti, sibi per potentiam, contra Deum et justitiam, usurpavit, et sic illud detinet occupatum, invadens ulterius, vastans, et occupans terras nostras in ducatu nostro Aquitanniæ, et contra nos Scotis rebellibus nostris se adjungens, et alias ad nostri nostrorumque subversionem, tam in terra quam in mari, laborans pro viribus et innitens. Et licet nos pro vitandis damnis inæstimabilibus, quæ timentur ex commotione guerræ inter nos et ipsum posse verisimiliter provenire, obtulerimus præfato Philippo plures amabiles vias pacis, non sine magno nostrorum jurium detrimento, ut sic contra blasphemos Christiani nominis, in sancto passagio transmarino, possemus, sicut cupimus, intendere guerræ Christi, quæ negligitur, proh dolor! in ignominiam non modicam militiæ Christianæ. Ipse tamen, vulpina calliditate diu sub incerto nos protrahens,

---

[1] See a contracted form of this document printed in Rymer, Fœdera, iii. 44, from the Rot. Franc. 19 Edw. III. p. 1, m. 10.

Edward III. A. D. 1345.

Letters Patent of King Edward concerning the infringement of the peace by the French King.

nihil nobis facere voluit in effectum, sed semper, pendentibus simulatis tractatibus, cumulavit peramplius mala malis. Propter quod donum Dei, qui nobiscum in devolutione dicti regni suam mirificavit gratiam, nolentes negligere, sed volentes, ut convenit, circa recuperanda et defendenda jura nostra hæreditaria sub spe cœlestis auxilii et justitiæ nostræ fiducia laborare, ex quo per oblatas vias pacificas proficere nequivimus, impellente necessitate, vim armatam induimus; venientes Britanniam pro reformandis illatis et propulsandis inferendis nobis per eum injuriis, et juribus nostris hæreditariis obtinendis, volentes potius ad succursum nobis adhærentium sibi patenter occurrere quam comminata nobis pericula in laribus expectare. Et, cum ibidem in expeditione guerræ nostræ ageremus, supervenerunt reverendi patres P. Penestrinus et A. Tusculanus episcopi cardinales, sanctissimi in Christo patris domini Clementis papæ sexti et sedis apostolicæ nuncii, de treugis cum præfato Philippo ad tempus infra quod coram dicto domino summo pontifice tractari posset de pace finali ineundis, ex parte ejusdem domini summi pontificis nos rogantes, adjicientesque quod præfatus dominus summus pontifex crederet invenire viam per quam pax posset commode reformari. Et sub spe pacis bonæ per sanctam mediationem suam faciendæ, specialiter ob ipsius domini summi pontificis dictæque sedis reverentiam, consensimus dictis treugis, et propter hoc nuncios, cum potestate sufficienti, ad præsentiam suam destinavimus. Fueruntque treugæ sic initæ inter nos et dictum Philippum, ita quod servarentur ubique infra potestatem partium, et specialiter in ducatu Britanniæ, inter nos et ipsum Philippum et adhærentes nobis vel sibi,

Edward III. A. D. 1345.

Letters Patent of King Edward concerning the infringement of the peace by the French King.

etiamsi jus in dicto ducatu se habere prætendant, et quod omnes coadjutores et alligati partium remanerent in tali possessione rerum et bonorum qua fuerant tempore treugarum initarum, et sub aliis modis et conditionibus expressis plenius in eisdem. Et sic cum spe pacis arridente, sub dictarum treugarum fiducia redeuntes in Angliam, dimissis paucis ministris nostris in Britannia pro regimine dictarum partium et coadjutorum nostrorum ibidem, ordinassemus nuncios nostros ad dicti domini summi pontificis præsentiam pro tractatu pacis, prout condictum fuerat, transmittendos, supervenerunt nobis nova certa, non leviter pungentia mentem nostram, de morte videlicet quorundam nobilium nobis adhærentium, captorum in Britannia, et de speciali præcepto dicti Philippi Parisius ignominiosæ morti, contra formam dictarum treugarum, tyrannice traditorum; necnon de strage et depopulatione magna fidelium et bonorum nostrorum in Britannia, Vasconia, et alibi, ac tractatibus subdolis et occultis cum alligatis et subditis nostris habitis, quos sic a nobis auferre et sibi attrahere nitebatur, ac aliis, de facili non numerandis, injuriis et flagitiis, contra dictas treugas, per partem præfati Philippi, tam in terra quam in mari factis et attemptatis, per quæ dictæ treugæ noscuntur per partem dicti Philippi notorie dissolutæ. Et licet treugis per culpam dicti Philippi sic dissolutis, potuissemus, sicut adhuc de jure possumus, guerram contra eum statim licite resumpsisse, ad vitanda tamen guerrarum discrimina, volentes primitus experiri si possemus reformationem attemptatorum hujusmodi amabiliter obtinere, misimus diversis vicibus diversos nuncios nostros ad ipsius domini summi pontificis præsentiam, tam

Edward III. A.D. 1345.

Letters Patent of King Edward concerning the infringement of the peace by the French King.

ad tractandum de pace prædicta quam ad petendum reformationem attemptatorum prædictorum, statutos terminos ad sic tractandum pluries prorogando, reservata nobis semper libertate resumendi guerram, per culpam præfati Philippi nobis, ut prædicitur, acquisita. Et quia jam elapsi sunt statuti termini ad tractandum, et adhuc nulla via pacis rationabilis nobis seu dictis nunciis nostris est aperta, nec idem Philippus attemptata prædicta in aliquo reformare curavit, licet per literas dicti summi pontificis super hoc sibi missas rogatus fuisset et monitus, sicut idem dominus summus pontifex per literas suas nobis scripsit, sed semper multiplicantur contra nos tyrannide conspirationes et alligantiæ, in subversionem nostram per præfatum Philippum contra formam dictarum treugarum subdole machinatæ, ut taceamus de excessibus per nuncium dicti summi pontificis, pridem pro conservatione treugarum prædictarum missum in Britanniam, perpetratis; qui quod sedasse debuit dissidium propensius excitavit, non conservatorem treugarum, sed partem contra nos et nostros potius se ostendens; super quo idem dominus summus pontifex, salva pace sua, remedium non adhibuit, licet super hoc fuisset, ut decuit, requisitus, penes Deum et homines excusari debemus, si illatas nobis 'vim'[1] et injurias, cum aliud non reperiamus remedium, propulsemus, præsertim cum causam justissimam et mundo notissimam habeamus. Et ideo reputantes, sicut sunt, treugas prædictas, ex causis prædictis quas scimus, et pro loco et tempore probare volumus esse veras, et præfatum Philippum et adhærentes sibi, maxime in dicto

---

[1] Supplied from MS. Harl. 655.

Edward III. A. D. 1345.

Letters Patent of King Edward concerning the infringement of the peace by the French King.

ducatu Britanniæ prætendentes se jus habere, fore dissolutas, nosque ab earum observatione liberos et exutos; præfatum Philippum, ut violatorem dictarum treugarum, ac inimicum et persecutorem nostrum capitalem, et regni nostri Franciæ occupatorem injustum, et aliorum jurium nostrorum temerarium invasorem, sicut impellit necessitas, diffidamus; protestantes nos nolle quicquam in offensam, quod absit, ipsius domini summi pontificis vel sedis apostolicæ, quos revereri cupimus in omnibus, ut debemus, nec in alicujus injuriam attemptare; sed solum cum ordinato moderamine jura nostra prosequi, et defendere nos et nostra. Est tamen semper intentionis nostræ pacem rationabilem amabiliter admittere, cum eam habere poterimus bono modo; hæc autem, quæ propter defectum remedii facimus et inviti, dicto domino summo pontifici præfatisque cardinalibus, per quorum mediationem dictis treugis consensimus, significare duximus, per eos, ut personas medias, parti alteri ulterius intimanda. Et, ne fama volatilis, fictis et detractoriis conducta relatibus, vos in hac parte aliud de nobis sentire faciat, vel amicorum corda perturbet, puram et justam facti veritatem vobis duximus explicandam, universitati vestræ nostram recommendantes innocentiam et justitiæ veritatem. Datum apud Westmonasterium XIV. die Junii, anno regni nostri Angliæ decimo nono, regni vero nostri Franciæ sexto.

Qualiter Rex Franciæ scripsit David Regi Scotiæ.

A. D. 1346. The King lands in Normandy.

Hoc anno rex Angliæ Edwardus congregato magno exercitu, transito prospere mari, apud 'Hogges'[1] in Normannia applicuit. Ante cujus

[1] La Hogue in Le Cotentin.

adventum rex Franciæ Philippus direxit literas suas Scotorum regi David, in Gallico ut subsequitur continentes, "Carissime ac dilectissime consanguinee, literas vestras amicabiles cum immenso incolumis status vestri gaudio, quem nobis significastis, recepimus, et vobis scire facimus quod nos, regina, liberique nostri, cum præsentes de curia nostra emanarunt literæ, sospitate, laudetur Deus, gaudebamus et salute. Et hoc in veritate intelleximus quod rex Angliæ ad gravandum nos et nostros in regno nostro festinum adventum maturare intendit, nobisque videtur, amantissime ac dilectissime, quod cum illis qui ad partes nostras venire præsumunt conquirendi patriam suam, vel damnum, quod nunquam recuperare poterit, inferendi, emolumentum consequi poteritis non exile. Idcirco, præcarissime rex, fortiori modo quo valetis parare vos satagite: alias enim tempus tale contra dictum regem Angliæ, inimicum nostrum, arridere non videbimus, qui, sicut nostis, in tantum inhonerare, damnificare vos nititur et gravare, quæ revera oblivioni tradere non debetis. Et certos vos esse volumus verum est quod ad partes nostras, sicut per suum apparatum apparet bellicum, applicuerit, vel non tantam in Angliam cum armatorum copia transmittemus classem, qua, Dei nostrique mediante suffragio, ipsum subjicere meditamur. Vos itaque requirimus, et in quantum sufficimus exoramus, in fide et dilectione, tam per consanguinitatem quam per alligantias inter nos et vos habitas, nobis debitis, et aliter, quatinus in præsenti articulo omnem diligentiam vestram et curam apponere nullatenus omittatis, vice namque præsenti, divino favente auxilio, nos et vos ad nostrum propositum deveniemus et intentionem, sicut pro vobis

Letter of Philip VI. to King David of Scotland. June 20.

Edward III. A.D. 1346.

Letter of Philip VI. to King David of Scotland.

faceremus. Papæ scripsimus ad finem quod decimas petitas possidere valeatis; insuper et pro comite Marchiæ, prout fuimus requisiti, eidem cum affectione scribere curavimus non exili. Datum apud hospitale de 'Mesy'[1] xx. die Junii. Nostro carissimo ac dilectissimo consanguineo regi Scotiæ." Idem vero Philippus, postquam rex Angliæ apud portum de Hogges terram arripuit, prædicto David sine mora literam in Gallico direxit sub hac forma.

Letter of Philip VI. to King David, exhorting him to invade England, July 22.

"Carissime ac dilectissime consanguinee, verum est quod rex Angliæ ad partes regni nostri versus Constanciensem jam applicuit et juxta navigium suum moram trahit; remansitque patria Angliæ vacua præsidio et immunita, nam major pars exercitus sui cum ipso est, altera pars in Vasconia, et altera in partibus Flandriæ et Britanniæ divisa est; idcirco enim in Anglia fortium copia et armatorum esse non potest: cunctisque videtur quod in tota patria Angliæ, si diligentiam vestram et curam apponere vultis, maximum sibi damnum inferre potestis. Quocirca nonnulli in immensum admirari non desinunt quod aliter sibi damnum nondum intulistis nec infertis, nam magis emolumentum quam in præsenti possidetis nunquam habere potestis. Exoramus itaque vos et requirimus super dilectione et alligantia habitis inter nos quatinus meliori modo et fortiori quo valetis ipsi ac toti patriæ suæ Angliæ damnum inferendi cum tempus jam arrideat et punctum, vos ordinare curetis et amorem promissionesque quos penes nos habetis de corde et opere nobis ostendatis. Et scire vos facimus quod si in Angliam suum maturaret regressum, confestim

[1] 'Mysy,' MS. Cott. Nero D. ii.

et sine dilatione aliqua classem nostram cum armatorum copia, quia parata est, completa, et munita, si regrederetur in Angliam per mare, transmittemus. Idcirco enim negotiandum festinate et damnificandum dictum regem nostrum inimicum et vestrum, quia si negotium bene manucapere vultis, destruetis et conquiretis maximam partem patriæ suæ. Et scire nos faciatis de novis partium vestrarum et de statu vestro quem prosperum faciat Dominus noster. Spiritus Sanctus vos custodire dignetur. Datum apud Sanctum Dionisium in Francia XXII. die Julii. Nostro carissimo ac dilectissimo consanguineo regi Scotiæ."

Edward III. A.D. 1346.

Letter of Philip VI. to King David of Scotland, exhorting him to invade England.

Qualiter Rex Angliæ et Franciæ ante Bellum de Cressi mutuo Literas transmiserunt.

Rex enim Franciæ Philippus Anglorum regi Edwardo ante conflictum de Cressi per XII. dies in Gallico transmisit literam, ut subsequitur, continentem.

"Philippus, Dei gratia, rex Franciæ, Edwardo regi Angliæ veritatis cognitionem. Viis omnibus et modis quibus potuistis sine causa rationabili nobis guerram commovistis, veniendo et faciendo contra fidem et fidelitatem ac ligiantiam quibus nobis, sicut homo noster ligius, astricti estis. Et de novo, in proposito vestro irrationabili perseverantes, regnum nostrum Franciæ cum exercitu vestro intrastis, concremastis, devastastis, et deprædati estis patriam et populum nostrum et subditos nostros, et si nullus resisteret pejora pro posse vestro, et mala malis indies nitimini cumulare. Quocirca nos considerantes gravamina injusta et deprædationes quæ populo nostro et subditis nostris inferre non

King Philip's letter before the battle of Cressy, Monday, Aug. 14.

Edward III. A. D. 1346.

King Philip's letter before the battle of Cressy.

timuistis, et pro jure nostro et honore illibate conservandis, molestias populi nostri grave non modicum sustinemus, non in superbia et elatione, præsumptione, nec in fiducia potestatis gentis nostræ, sed in confidentia Dei et justitiæ quas habemus et quod guerra ista finem sortiatur breviorem, vobis scire facimus quod si vos 'qui in elatione et præsumptione'[1] terram nostram intrastis, ausi fueritis et expectare vultis inter Sanctum Germanum de Pratis extra Parisius et Vallem Girardi, vel inter Francam-villam et Pontasium, proximo die Jovis, Sabbati, die Dominica, vel die Martis proximo sequente, vel quo die assignato acceptare decreveritis pugnandum contra nos et exercitum nostrum una cum subditis nostris et amicis, fortunam quam nobis Omnipotens donare dignetur amplexabimur: idcirco enim vos, qui terram vultis conquirere, si bellum affectatis sicut asseritis, oblationem istam refutare non debetis. Et quod omnibus palam fiat, quod per nos mora prolixior fieri non contingat, locum communem ubi tales exercitus Franciæ et Angliæ forma congrua et decente congressum habere poterunt, vobis capere offerimus et liberare. Et quod interim vos et gens vestra damna, combustiones, et deprædationes quales facitis non committatis: et sine dilatione per literas vestras super hiis voluntatem vestram nobis certificare curetis; si enim per vos qui multum, ut asseritur, bellum affectatis, oblatio præfata neglecta non fuerit sed acceptata, modo præscripto conflictum possidendum deficere non potestis. In quorum testimonio sigillo nostro magno literas istas fecimus sigillari.

---

[1] 'et elatione, præsumptione, nec in fiducia potestatis,' MSS. Coll. Trin. R. 5, 10, and Cotton. Nero D. ii.

Datum apud Sanctum Dionisium in Francia 'xiv.'[1] die Augusti, anno gratiæ M.CCCXLVI."

Edward III. A.D. 1346.

Responsio Regis Edwardi.

King Edward's reply to the letter of the French King, Tuesday, Aug. 15.

Philippe de Valesio literas vestras intelleximus per quas nobis significastis quod inter Sanctum Germanum de Pratis extra Parisius, vel inter Francam-villam et Pontasium, die Jovis, Sabbati, vel die Dominica, vel Martis proximo sequentibus contra nos et exercitum nostrum bellum committere vultis, et quod nos et gens nostra damna, combustiones, et deprædationes interim non committamus. Super quibus vos scire facimus quod in fiducia Dei et juris nostri clarissimi quod in corona Franciæ habere dignoscimur, quam in exhæredatione nostra, contra Deum et justitiam, injuste occupare non formidatis, non in superbia et elatione, nec in præsumptione, regnum nostrum Franciæ intravimus, ad terminandam guerram et nostrum bellum, 'versus te dirigentes iter nostrum;'[2] sed quia vos qui bellum quasi ad placitum habere valuistis, pontes inter nos et vos sponte prosterni facitis, ne vobis appropinquare nec aquam Secanæ quousque Pussiacum veniremus pertransire possemus; ibi enim pontem per vestros prostratum reparari fecimus, et tribus diebus vos et exercitum vestrum per vos congregatum ibidem præstolantes, secundum enim voluntatem vestram ex una parte aquæ vel altera 'in'[3] eodem loco nobis obviasse potuistis; sed hoc quidem facere, sicut evidenter apparet sic vos a nobis sub-

[1] 'xv.,' MSS. Coll. Trin. R. 5, 10, and Cott. Nero D. ii.

[2] Omitted in MSS. Coll. Trin. R. 5, 10, and Cotton. Nero D. ii.

[3] 'et,' MSS. Coll. Trin. R. 5, 10, and Cott. Nero D. ii.

Edward III. A.D. 1346.

King Edward's reply to the letter of the French King.

trahentes, votivum affectum non habetis. Quocirca deliberato proposito, ex quo conflictum in immensum desideratum consequi non valemus per regnum nostrum antedictum transeuntes ad confortandum amicos nostros et fideles, ad castigandum nostros rebelles quos injuste subditos vestros asseritis; et in dicto regno nostro pro expeditione guerræ nostræ continue morari intendimus ad majus nostri commodum quo valemus, et vestri damnum et rebellium nostrorum. Si enim voluntatem congrediendi contra nos, et quos subditos vestros asseritis salvos facere, sicut per literas vestras apparere videtur, in præsenti de facto monstrare valetis; Deo vero propitio, quem pro communi Christianitatis commodo summe affectamus, ad resistendum vobis in campo, si veneritis, nos semper paratos invenietis, ex quo nullam rationabilem pacis viam tractare dignamini nec acceptare. Quoad hoc enim quod nobis locum et diem belli assignare decrevistis, consulti non sumus, nec volumus per vos taxari, nec sub conditionibus prædictis de vobis locum et diem belli acceptare, sed secundum modum nostrum proprium et gratiam nobis a Deo collatam, sicut rex in suo regno nosmetipsos taxare volumus et ordinare. Datum sub sigillo nostro xv. die Augusti, anno regni nostri Franciæ septimo, et Angliæ vicesimo.

'De Bello inter Reges Angliæ et Franciæ apud Cressy commisso.' [1]

---

[1] Omitted in MSS. Coll. Trin. R. 5, 10, and Cotton. Nero D. ii.

INDEX.

INDEX.

C.

D.

F.

G.

H.

N.

Q.

R.

T.

U.

FINIS.

LONDON:
Printed by S. & J. Bentley and Henry Fley,
Bangor House, Shoe Lane.